bāt. Vnde ſi uolumus xp̄m uidere, oportet ꝙ ſeruiamus dılıgēter ī feruore charitatis ſuccēſi, ſicut Maria Magdalena. Nam uidemus ꝙ humor abundans maxime impedit claritatē ſolis uidere, ſed ſicci oculi bene uidēt. Sic homo habēs oculos cordis plenos humore uoluptatis carnalis, non pōt Chriſtū uidere. Vñ Maria Magdalena q̃diu uixit uoluptuoſe, Chriſtū non uidit interius, quia oculus interior plenus erat humore impediēte eā. Sed poſtq̄ feruor diuīe dilectiōis eā excitauit, tunc Chriſt⁹ ei apparuit. Iō uolētes quod xp̄s eis appareat, debent oēm humorē prauū remouere, & feruorē diuine dilectionis ī ſeipſos excitare. Rom. xij. Spiritu feruētes, domino ſeruiētes. Quarto debem⁹ gaudere & letari, quia p̄ reſurrectionē ſuā nobis ianuā celi apuit. Nam multū gaudēt, qui ad ſocietatē principum aſſumuntur, ſic &c. Vñ ſicut xp̄s in reſurrectione quatuor dotes habuit, licet non ſecūdū ꝓpriā rationē dotis, ſicut nec angeli, ut dicit doctor. ſ. iiij. diſt. xlix. q. iiij. ar. iij. &. iiij. ſic beati in futura reſurrectione dotabuntur quatuor dotibus in corpore, ut etiā doctor. ſ. tangit in. iiij. diſt. xliiij. &. iij. pt. q. xlv. ar. j. ad. iij. Fuit enim corpus xp̄i ſubtile, agile, clarum & impaſsibile. Iſtis quatuor erit corpus noſtrum dotatum. Que ideo uocāt dotes, quia dabit eas dominus in dotē ſanctis, qui ſibi copulabuntur hic p̄ ueram fidē & dilectionē, & in futuro p̄ eternā fruitionē, ſicut ſponſa dotatur a ſponſo. Prima dos uel nobilitas eſt ſubtilitas quam recipiet corpus ab anima, q̃ faciet corpus totaliter ſubditū anime, & eleuabit ſpiritū in quādā ſimilitudinem anime, ſicut & ipſa eleuata erit in ſimilitudinē Dei, ita ut corpus uideatur quaſi unus ſpirit⁹ cū anima. Et hoc dicit Apoſtolus. j. Cor. xv. Seminatur corp⁹ aīale. i. habēs beſtiales motus inordinate concupiſcētie, ſicut in alijs animalibus: ſed reſurget corpus ſpirituale. i. totaliter ſpiritui ſubiectū & conforme, ita quod in nullo preſtabit impedimētum aīe, quo minus Deum contēpletur, amet, & inhereat ei, quod non habet anima ī ſtatu huius uite. Nunc enim corpus quod corrūpitur aggrauat animā. Sap. ix. Et caro cōcupiſcit aduerſus ſpiritum. Gal. v. & impedit animā, ne poſsit Deum continue meditari, nec ad pfectā eius notitiam attingere uel amorē, & hoc facit groſsities & pond⁹ corporis animam deprimētis. Et ſignum huius accipi poteſt in ſomno, dum anima non occupatur uſu ſenſuum exteriorum ſicut uigilando, tunc cōſueuerunt fieri reuelationes. Mens enī habet duos reſpectus. ſ. ad ſuperiora a q̄bus illuſtratur, & ad corpus reſpectu cuius ligatur in ſomnis, non aūt reſpectu primi, ſed fit liberior q̄ in uigilia. ut di. b. Tho. in de ṽitate. q. xij. ar. iij. ad ſecūdū. &. q. xxviij. ar. ij. ad ſextum. Videmus inſuper ꝙ groſsities corporis impedit, ꝙ nō pōt tranſire ad libitū, quia aliqua corpora ſibi reſiſtunt, ſicut mur⁹ uel paries. Sed corpus glorioſum ita ſubtile erit, ꝙ oē corpus penetrabit ſine reſiſtētia. Cuius ſimile uidemus in natura. Nam oleū penetrat uas continens ipſum ſine uaſis diuiſione. Per oleum enim intelligitur gratia. Sicut enim nauta deſcēdēs in mare, portans oleum in ore, mediante quo illuminatur uidēs maris pericula, ſic grā Dei illuminat & dirigit nauigātes inter mundi pericula ne p̄eant. ij. Cor. xij. Sufficit tibi gratia mea. Ideo corpus glorioſum eſt plenum non ſolū gratia, ſed potius gloria, q̃ eſt grā conſummata. Omne corpus etiā celum penetrat ſine diuiſione. Prouerb. xxix. Humilē ſpiritu ſuſcipiet gloria. Secūda dos erit agilitas, q̃ etiā prouenit de gloria anime in corp⁹, ut ſtatim ubi uelit ſpiritus, ibi erit corp⁹ abſq; ullo impedimento. Nam propter ponderoſitatem corporis in hac uita nō poteſt anima eſſe ubi uult. Vnde quando anima putat pondus corporis ſecum leuare & ducere ad bona opa, ſeipām frequenter precipitat, ſicut ſimia cū credit globū ſibi alligatū ſup tectū leuare, pōd⁹ globi ſimiam in lutum precipitat, ſic corpus precipitat animam ī lutum peccati. Sed in reſurrectione corp⁹ omnino obe

diet an

diet anime. Aug. Vbicunq; uoluerit ſpi-
ritus, protinus erit & corpus. Ideo dicit
Apoſtolus ibidē .j. Cor. xv. Seminatur in
infirmitate, reſurgēt in uirtute. Cuius ſi
mile uidemus in natura. Nam aliquis la-
pis iacens in terra non poteſt moueri a
decem, qui mouebatur tamē a puero ex
tra terrā ſiue locum proprium exiſtens.
Sic corpus quod non poteſt moueri ab
anima quandiu iacet in terra, in reſur-
rectione eleuabitur ad celum, & moue-
bitur ab anima ad nutum. Hanc uirtutē
dedit Deus ipſi corpori glorioſo. Eccle.
xvij. Deus de terra creauit hominem, &
ſecundum imaginem ſuam fecit illum,
& iterum conuertet illum in ipſam, & ſe
cundum ſe ueſtiuit illū uirtute. Nam ſi-
cut radius ſubito ptranſit ab oriente in
occidēte, & oculus ſubito de terra uidet
ſtellā, ſic ſubito ad nutū corpus erit ubi
anima uoluerit. Tertia dos erit claritas,
q̄ etiam fluet de gloria anime. Et ſecun-
dum quod quilibet ſanctus erit maioris
meriti, ſed hoc erit maioris claritatis in
corpore. j. Cor. xv. Stella differt a ſtella ī
claritate, ſic & reſurrectio mortuorū, qa
erit & apparebit unus ſplendidior alte-
ro, nihilominus quilibet habebit clarita
tē corporis excedentē ſepties claritatē
ſolis, quia erit tunc lux ſolis ſicut lux ſep
tē dierum, & tunc fulgebunt iuſti ſicut
ſol in regno patris eorum. Mat. xiij. Et li
cet nunc lux ſolis non ſit proportionata
oculis, tamē ſic non erit ibi, quia erit cla
ritas demulcens, & oculi erunt fortio-
res & nobiliores. Hec etiā claritas ſecū
dum Greg. erit puia, ita ut ſine impedi-
mēto corporis unus ſanctorum uidebit
quid eſt in corpore alterius, & quāto ab
undabit in lumine glorie, tanto clari⁹ ui
debit ſicut in claro fonte. Ideo Apoſto-
lus ubi ſupra. Seminatur ī ignobilitate,
ſurget in gloria. non tamē in illa gloria,
de qua. j. Mach. ij. Gloria eius ſtercus &
uermis eſt. Sicut ſerpens totam uirtutē
ſuam ponit in pelle pulchra & colorata,
& ſub pelle non habet niſi putredinē &
uenenum. Sic quidam tantum curant de
pulchritudine corporali, quod interius

non remanet niſi putredo peccati. T
pulchritudo non erit ibi. Sed quia
chritudo corporis glorioſi ueniet ab
ps. xliiij. Omnis gloria eius filie reg
intus. Ideo ſemper durat. Non ſic de
chritudine moderna, de qua Iac. j. E
tus eſt ſol cum ardore, & arefecit f
& flos eius decidit, & decor uultus
deperijt. Tunc autem omnes defe
corporales ceſſabūt, & quicquid pul
tudinis eſt, habebit corp⁹. Quarta
erit impaſſibilitas & immortalitas, i
neq; fames aut ſitis, frigus aut eſtus,
aliquod leſiuum a quo corpus mod
titur, ibi locum habebit. Et hoc etiā
in gloria anime, quia ſicut tunc ipſa
erit eleuata in diuina ſimilitudine, i
corpus per animam conſequetur im
ſibilitatem & immortalitatem. Aug.
potēti uirtute fecit Deus animam, u
dundet in corpus incorruptionis ui
re. Ratio eſt, mutatio alterat naturam
cut patet, arbor ſita in terra mala nō
ctificat, ſed ſublata ad terram bonā
tim fructificat, quia arbor trahit alim
tum a terra, ideo fructus ſequitur co
tionem terre in qua ſita eſt. Propte
dicit Aug. ꝙ primi parentes ſi ſtetiſ
in innocentia, corpora eorū fuiſſent
mortalia & incorruptibilia, propter
ligni uite quod īcorruptibile erat. H
pro tanto dico: Nunc comedimus c
corruptibilē & putribilē, ut patet de
ne & uino, & ideo corpus modo tal
bo nutritum, habet corrumpi, imo q
comedit & delicatius, citius putreſci
moritur. Sed poſt reſurrectionē in p
diſo edemus cibum uite, ī quo nulla c
ruptio ſeu putredo eſt. Apo. ij. Vinc
dabo edere de ligno uite, quod eſt in
radiſo Dei mei. Itē bibemus in fōte u
Apo. vij. deducet eos ad fontes aqu
uite. Bibere delicias huius mundi, eſt
bere de fōte mortis. Ideo ſicut opor
nunc corp⁹ noſtrum corrumpi prop
corruptionē cibi quem ſumit, ita in p
diſo erimus immortales propter cib
quo utemur. Io. vj. Qui mādiucat ex h
pane, uiuet in eternum. Igitur prop
condi

cōditionē cibi ĩ padiſo oportet corru-
ptibile hoc induere incorruptionem, &
mortale hoc induere immortalitatem .j.
Cor.xv. Hoc eſt quod Apoſtolus dicit
ibidē.ſ̄.Seminatur in corruptione, ſur-
get in incorruptione. He ſunt quatuor
dotes uel nobilitates quas recipiēt cor-
pa noſtra a Deo, mediante gloria aïe. Et
ut nos aſſecuraret, in pſēti uoluit eas in
corpe ſuo monſtrare ad tēpus, cum ad-
huc in mundo eſſet. Nam ſubtilitatē ha-
buit, quando de clauſo ỽginis utero ex-
iuit. Agilitatē, quando ſup undas maris
ambulauit. Mat.xiiij.& Io. vj. Claritatē,
quando in monte Thabor transfigurat⁹
gloriam claritatis ſue diſcipulis oſtēdit.
Matt.xvij. Impaſsibilitatē, quādo de ma
nibus Iudeorum ipſum precipitare ſeu
lapidare uolentium euaſit. Luc.iiij.& Io.
viij. Si ergo in reſurrectione renouari
deſideramus ſecundum has nobilitates
corpis, quas ante reſurrectionē domin⁹
in ſuo corpore oſtendit, & poſt reſurre-
ctionem perpetuo conſeruauit, oportet
quod ſic in nouitate uite ambulemus, &
nos hac ĩ uita eas ſpiritualit ĩ aïa repreſē
temus, ita ut habeamus ſubtilitatē & agi
litatem &c. Subtilitatem habemus, quā
do cor noſtrum purgatum eſt ab inordi
nato amore terrenorū, in quibus impu-
ritatem & groſsitiem contrahit. Amor
enim inordinatus impūritatē facit ĩ aïa
per hoc, quod eā extra ſe effluere facit ĩ
id quod amat, & cum eo uniri. pſ.xxj. Fa
ctum eſt cor meum tanq̄ cera liqueſcēs
&c. Sicut enim argentum p liquefactio-
nē mixtum cū cupro impurū efficit, ita
anima per inordinatū amorē mixta ter-
renis, impura efficitur. Igitur quāto pl⁹
anima eleuatur ſup terrena ea contem-
nendo, tanto ſubtilior eſt. Sicut enim
aer dicitur ſubtilis quādo nō eſt ingroſ
ſatus nebula groſſa, & uinū ſubtile, quan
do eſt eleuatum ſupra feces & depura-
tum: ſimiliter homo dicitur ſubtilis in-
genio, cuius mens non eſt depreſſa ſup
ſenſibilia & groſſa, qui ſpiritualia poſſit
& latentia comprehendere. Sicut etiam
uidemus in omnibus bene ordinatis, ꝙ
id quod ſubtilius eſt ſupeminet, ut flos ĩ
arbore, ignis inter elemēta. Sic & ani-
ma quādo ſuperfertur iſtis terrenis, ſub
tiliatur, ex hoc quod tūc unitur Deo, q
eſt in termino omnis ſubtilitatis. Que-
libet enim res quanto magis appropin
quat ſuo perfectiuo, & illi a quo recipit
ſuam pfectionē, tanto plus nobilitatur,
ſicut aer illuminatus nobilior eſt quam
obſcurus, & ſimiliter corpus coniunctū
anime q̄ ſeparatum. Cū igitur anima ſo
li Deo inherens, que ſurſum ſunt que-
rit, non que ſuper terram, ut dicat cum
Apoſtolo, Noſtra conuerſatio in celis
eſt. tunc ſubtilis eſt, & etiam habilis, &
etiam meretur ſubtilitatē in corpore. E
conuerſo autē quando conuertitur ad
terrena, qui deſideria corporis pfecit
ingroſſata efficitur, ut patet in auaro, q
animā habet terrenā, quia totā uolupta
tem ponit in acquirendo terrena. Simi
liter luxurioſus animam habet luteam,
quia in luto per luxuriam iacet. Supbus
habet animam de uento. & ſic de alijs.
Ideo ſi anima uelit ſubtilitatē habere,
oporteret huiuſmodi remouere, & ab
inordinato amore terrenorum ſe ex-
trahere, & ad celeſtia contemplāda ele
uare p hāc ſubtilitatē. Sequitur alia no-
bilitas.ſ.agilitas. Dum enim mente ab-
ſtracti ſumus ab amore & groſsitie de-
ſideriorum terrenorum & mente tota-
liter elati in amorem Dei, & deſideriū
celeſtium, tunc efficimur agiles & prōp
ti ad currendum p incrementa bonorū
opum illuc quo amor noſter & deſide-
rium tendit. Aug. Amor meus, pondus
meū, eo feror quocunq; feror. Ad hāc
agilitatē proficiendi hortatur nos Apo-
ſtolus di. Sic currite, ut comphendatis. j.
Cor.ix. & dat ĩde exemplū Phil. iiij. dic.
Sequor autē ſi quo modo comphendā.
Et per hūc curſum & ſequelam nihil ali-
ud intendit, q̄ pfectum in bono & uir-
tutibus p exercitium bone operationis,
& ad hoc obligamur quandiu ſumus in
hac uita. Quia ſecundum Hieron. Greg.
Aug. & Bern. nemini conceſſum eſt ſta
re, nec in corpore nec anima, quia ĩ uia

Dei

Dei non progredi, regredi est. Tertio, oportet nos habere claritatē p̄ uiā, si uere uelimus resurgere cum xp̄o. Et uoco p̄ uiā claritatē, qn̄ hō clar⁹ est intus & extra. Intus p̄ testimoniū bone consciētie, extra p̄ redolētiā bone fame. De primo dicit Apost. ij. Cor. j. Gloria nr̄a. i. gaudium, hec est testimoniū cōsciētie nr̄e, & merito, quia naturaliter clara & lucida letificant, ut patet in auibus, nam cōsurgēte aurora letificantur & cātāt. Etiā hoīes in locis tenebrosis existētes timēt, & uiso lumine cōfortāt̄. Si talia extrinseca letificāt, q̄to magis claritas intrinseca q̄ lucet ī consciētia? Prouerb. xv. Secura mēs quasi iuge cōuiuiū. Et sicut cōsciētia pura letificat, sic ecōuerso cōsciētia obumbrata p̄ctis cōturbat & cōtristat. Sap. xvij. Sēp p̄sumit seua p̄turbata conscientia. Quarto oportet nos habere impassibilitatē. i. nō extolli p̄ p̄spa, & deprimi per adu̇sa, sed omnes tribulationes. i. adu̇sitates patiēter sufferre p̄pter xp̄m, non tn̄ debemus patiētiā habere asininā. Nā dicunt naturales, quod asin⁹ quādo uidet lupū ueniētē, abscōdit caput sub uepribus, & permittit se a lupo morderi, quousq; ap̄pinquat ad cor, & tunc uult resistere. Ita plures, nā lup⁹. i. diabol⁹, asinus. i. homo, in p̄ctis q̄rēs delectationē. Talē patiētiā nō debem⁹ hr̄e, sed fortiter resistere diabolo in suggestionibus malis & in prīcipio tētationū, sed cōtumelias & op̄pbria gratāter & hilariter p̄pter xp̄m, & exēplo sui sustinere, orare p̄ malefactoribus nostris, ut tandem impassibilitate anime qua aīa xp̄i cū corpore ī resurrectiōe sua uestita est, in generali resurrectione indui mereamur.

Feria ij. Pasche. Sermo. j.

TV solus peregrinus es in Hierusalem. Luc. ult. Quamuis xp̄s in p̄pria uenerit, & dn̄s oīm fuerit, tamē ī mundo uoluit conu̇sari sicut p̄egrinus. Vnde nullā domū habuit in hoc mundo. Si aliq̄s nasceretur ī p̄egrinatiōe, opteret q̄ in aliena domo nutriretur, & postq̄ creuisset, opteret q̄ in aliena domo cōu̇saret̄, & si mo[ri] opteret q̄ in alieno monumēto se[peli]ret̄. Isto modo xp̄s fuit p̄egrinus. N[am in] aliena domo fuit natus, in aliena d[omo] cōu̇satus, & ī alieno sepulchro sep[ultus]. Ideo uere fuit p̄egrinus. Nā ipse d[icit] Luc. ix. Vulpes foueas habent, & u[olu]cres celi nidos, filius aūt hoīs non h[abet] ubi caput suū reclinet. Ac si diceret non habui in uita nidū. i. domū sicu[t uo]lucres ubi possem habitare, ego in [ca]uitate mea non habui ceruical, ubi [caput] meā potuissem reclinare, in morte foueā nō habui, sed in alieno sepul[chro] sepultus fui. Vt tamē melius uidea[tur] quomodo xp̄s fuit p̄egrinus, dicē[dum] peregrinus fuit

Quantum ad habitū quem assum[psit]

Quantum ad uias quas fecit.

Quantum ad hospitia que intra[uit]

Quantum ad pericula que sustin[uit]

Quantum ad signa que reporta[uit]

Primo igit̄ dr̄ p̄egrin⁹, quātū ad ha[bitum] quē assumpsit. Xp̄s enī habuit sclau[iam] scartellā, baculū & pileū. Per sclau[iam si]gnificat̄ eius caro, quā u̇go beata ī[...] sibi ministrauit. Dicit enī sc̄tūs Tho[mas] in. iij. p̄te. q. xxxiij. artic. iiij. ad quin[tum] iij. scrip. di. iij. q. ij. ar. j. q̄ beata u̇go [ha]buit actiue ī p̄paratione materie, se[d] in cōceptione xp̄i, qa ut idē dicit i[n] ubi. s. & iij. dist. iiij. q̄ cōceptio xp̄i [...] buit̄ spiritui sancto efficiēter, lice[t a] tota trinitate & a singulis p̄sōis. Ist[a] uia prīo fuit albissima. i. purissimis [...] tis sanguinis beate u̇ginis facta si[ne] peccato. Vn̄ xp̄s dicit de se & de ali[is] hn̄t sclauias. i. corpa sua pura. Apoc. Ambulabunt mecū in albis, quia d[igni] sunt &c. Deinde ista sclauia facta e[st] ta rubea in cruce, qa tota ipsa fuit [...] sanguine. Vn̄ admirātes angeli dix[erunt] Esa. lxiij. Quare rubrū est indumē[tum tu]um, & uestimēta tua sicut calcātiū i[n tor]culari? R̄n̄dit, Torcular calcaui sol[us]. Vltimo facta est ista sclauia tota [...] qn̄ remansit in cruce mortua & liuo[ribus] plena. Apoc. vj. Sol. i. xp̄s factus est [...] tanq̄ saccus cilicinus. Per scartellā i[...]

igitur eius aīa. Peregrini enim in ſcarſella ſolēt portare argētū, anima autem xp̄i plena fuit argēto triplici, argēto .ſ. ſie, grē, & ſapiētie. Io.j. Vidimus gloriam eius. ecce primum argētū. plenū gratie, ecce ſecūdū. & ueritatis, ecce tertium. Xp̄s eñ ī primo īſtāti ſue cōceptiōis habuit plenitudinē gratie, ut dicit .ſ. Tho. iij.p.q.vij.ar.iij. &.iiij.&.iij. ſcp̄. di.xiij. & xiiij. Nam hoīes erāt a celeſti regno excluſi, ideo apportauit xp̄s argentum iuſtitie & grē, per quod eos patri recōciliaret. Erāt ceci & tenebris inuoluti, neſciētes uiā īuenire q̄ ducit ad uitā. iō apportauit argentū ſapiētie, p qđ uiā celeſtis patrie demonſtraret. Tertio, aſſumpſit pileū ſiue capellū, i. coronā ſpineā. Solēt eñ pegrini portare capellū cōtra eſtū, uētū, & pluuiā. Sic cōſideratio corone ſpinee debet nobis eſſe ī umbraculū diei, ab eſtu carnalis uoluptatis, ut refrigeremur, qa ſicut dicit Augu. Nō decet ſub ſpineo capite mēbrū fieri delicatū. Debet eſſe ī defēſionē a pluuia tribulationū, ut alleuiemur. qa ſicut Gre. dicit, ſi paſsio xp̄i ad memoriā reducit, nil eſt īo qđ nō equo aīo toleret. Debet eſſe in abſcōſionē a uento tentationū, ut ꝑpulſent. Hec ſignificant Num. xxj. ubi dicit, ꝙ ad uiſionē ſerpētis enei ī patibulo ſuſpēſi, ſanabāt illi q a ſerpētibꝰ ꝑcutiebant. De his tribꝰ dicit Eſa.iiij. Tabernaculū erit ī umbraculū diei ab eſtu, & in ſecuritatē & abſcōſionē a turbine & pluuia. Per baculū ītelligit crux. Peregrini eñ utunt baculo ad ſuſtētationē, & ad trāſeundū flumē, & ad malarum beſtiarū pcuſsionē. Sic xp̄s ſue crucis baculo hoīes tribulatos ſuſtētauit, ne fatigarent. Heb.xij. Recogitate eū q talē ſuſtinuit a pctōribꝰ aduerſus ſemetip̄m contradictionē, ut ne fatigemini animis ueſtris deficientes. Ip̄e etiā xp̄s p baculum ſue crucis flumē iſtiꝰ mundi tranſiuit, & ad patriam uenit. Geñ. xxxij. In baculo meo tranſiui Iordanē iſtū. Luc.ul. Oportebat xp̄m pati, & ita ītrare ī gl'iam ſuā, Tertio, p baculū crucis diabolū pcuſsit. Eſa.xxx. A uoce dñi pauebit Aſſur uirga pcuſſus.i.diabolꝰ.timēt enim demones nimis baculū crucis. Vñ ubicunq; demones baculū crucis uident, territi fugiūt, timentes baculū quo plagā acceperunt. Secūdo dicit pegrinꝰ ꝓpt uias quas fecit. Solēt pegrini diligere uias planas & mundas, & odiſſe aſcenſꝰ & deſceſꝰ. Iſte aūt pegrinꝰ nihil habuit.ſ. de plano, ſed tota uia fuit aſcenſus & deſcenſus. Primo eñ fecit magnū deſcenſum & ſaltū, qñ ſcilicet uenit de celo ī hūc mūdū. Io. xvj. Exiui a pr̄e, & ueni in mūdū. Deinde de fecit magnū aſcenſum, qñ de mūdo aſcendit ad patibulū crucis. Io.iij. Sicut Moyſes exaltauit ſerpentē ī deſerto, ita exaltari oportet filiū hominis. Etiam fecit magnū deſcenſum, qñ a cruce deſcēdit in tumulum & in limbum. Et inde fecit magnū aſcenſum, qñ ſcilicet de lībo rediens & de ſepulchro, & reſurgēs aſcēdit in celum. Ephe.iiij. Qui deſcēdit ip̄e eſt, & qui aſcendit ſuper omnes celos. Notate, uita preſens eſt quedam uia, in qua nullus ferre uult aliquam difficultatem in aſcendendo ad aliqua ſublimia, nec in deſcendendo & in ſuſtinendo aliqua aduerſa, ſed tantum ire uult per planū, id eſt habere omnia proſpera & delectabilia. Sed qcunq; uadit poſt xp̄m, non errat, cum ipſe ſit uia, ueritas, & uita. Io. xiiij. Quatuor ſunt, q̄ non pmittunt aliquem errare in uia, ſcilicet ferramētorū impreſsio. Vnde cōmuniter dicitur, Tene uiā ferratā, ſi uis habere bonam uiā. Secundum eſt crucum erectio, quando cruces in uia recta eriguntur. Tertium eſt ramorū & plantarū reflectio. Quartum eſt lapidū congregatio. Et iſta quatuor ſigna uoluit habere xp̄s. Habuit ferramenta, id eſt, uulnera in corpore ſuo ferramentis impreſſa. Habuit crucem quam ſuper humeros ſuos portauit, ſuper quā aſcendit. Habuit reflectionē plātarum, id eſt, coronam ſpineam. Habuit cōgregationē lapidū, qa ip̄m Iudei pluries lapidare uoluerūt. Io.viij.&.x. Qui ergo nō uult errare, ſequat iſta quatuor ſigna, q̄ xp̄s in uia poſuit ne erremus. Et hoc fuit neceſſariū, qa uie eius non fue

runt plane sed aspere. Qui ergo nõ uult sustinere aliqua aspa, sed oĩa uult habere ꝓspera, constat ꝙ multũ errat a uia. Tertio, dicit xp̃s pegrin⁹ ꝓpt hospitia q̃ intrauit. Solẽt pegrini ter in die intrare hospitiũ. s. in tertia ad prãdiũ, uel ad prãdẽdũ. In meridie ad bibendũ & qescendũ. In sero ad cenandũ & dormiẽdũ. Sic iste pegrin⁹ habuit tria hospitia. Primũ fuit uter⁹ ỹginis, & istud intrauit in tertia. i. in Martio, q est terti⁹ mensis a Ianuario. uł ĩ tertia. i. tertio tẽpore. s. grẽ. Precesserat eñ duplex tp̃s. s. nature & legis scripte. In tertio tẽpore. i. grẽ. In isto hospitio xp̃s prãdiũ fecit, hñs carnẽ ỹgineã ꝓ cibo & sanguinẽ ꝓ potu, & istum potũ & cibũ etiã dat nobis. Io. vj. Caro mea uere est cib⁹ &c. Secũdũ hospitiũ fuit patibulũ crucis. Et istud hospitiũ ingress⁹ est ĩ meridie, ibi bibit qñ dixit, sitio. Sed tñ qa Iudei obtulerũt ei acetũ, cũ gustasset, noluit bibere. ut patet Matt. xxvij. Ibi etiã reqeuit, & ĩclinato capite tradidit spiritum. Luc. xxiij. Ideo dicit sponsa Canticoꝝ. j. Indica mihi ubi pascas, ubi cubes in meridie. Tertium hospitium fuit sepulchrum ubi dormiuit. ps. iij. Ego dormiui, & soporatus sum. Secundo, anima Christi in triduo mortis in limbo fuit, ubi xp̃s etiã cenã fecit oĩbus sc̃tis. Hester. j. Assuer⁹ tertio anno impij sui. i. tẽpore grẽ, fecit grãde cõuiuiũ cũctis hoĩb⁹. i. patriarchis & ꝓphetis, & Ap̃ls & pueris suis. i. ỹginitatẽ seruãtib⁹ & puritatẽ. fortissimis Persaꝝ. i. martyrib⁹, & Medoꝝ ĩclytis. i. cõfessorib⁹, & p̃fectis ꝓuĩciaꝝ. i. angelis. Quarto xp̃s dicit pegrin⁹ quãtũ ad picula. Sunt eñ pegrini ĩ mł̃tis piculis, qñq; a socijs, q eos ꝓdũt, qñq; ab hospitib⁹ q eos occidũt, qñq; a latronib⁹, q eos spoliãt. Sic xp̃s a suo socio. s. Iuda, fuit tradit⁹. Mat. xxvj. Amẽ dico uobis ꝙ un⁹ ur̃m me traditur⁹ est. A Iudeis, inter quos fuit hospitat⁹, fuit uulnerat⁹ & occisus. Zach. xiij. Quid sunt plage iste in medio manuum tuarũ? Et dicet, His plagat⁹ sum ĩ domo eoꝝ q diligebãt me. A militib⁹, a quibus fuit uestib⁹ spoliat⁹. Io. xix. Milites cum

crucifixissent eũ, accepũt uestimẽ[ta] & fecerũt quatuor ptes, unicuiq; ptẽ. ps. Diuiserunt sibi uestimẽta. Quĩto dicit pegrin⁹ ꝓpt signa q̃ [por]tauit. Solẽt pegrini ĩ sclauia sua re[porta]re quedã signa, ad ostendendũ q[ui]... peregrinationẽ perfecerunt, & ut ... citius moueantur ad bñfaciendũ ... securi⁹ per uiam incedãt. Sic xp̃s ... triam rediẽs, quas habuit ĩ cruce ci[catri]ces retinuit, triplici ratione. Prim[o ad] ostẽsionẽ paterne obedientie. P[ater] ... bi commisit, ut gen⁹ humanũ sua p[assio]ne redimeret. Vt igit õnderet pa[tri] opus sibi iniunctũ cõsummauit, c[icatri]ces retinuit. Io. xvij. Op⁹ consummau[i] qd' dedisti mihi ut facerẽ. Secundo ... prouocationem paterne mĩe, ut ... sis patri, eũ ad mĩam ꝓuocaret, ut ... benefaciat, & nobis mĩam suã ĩpar[tia]t. Ioan. ij. Aduocatum habemus ap[ud pa]trẽ Iesum xp̃m iustũ, & ip̃e est ꝓp[itiatio] ꝓ peccatis nostris. Tertio ĩ signũ ... tatis nobis acqsite, ne scilicet ho[stis de] cetero in uia teneam⁹, sicut hostes ... & fugiũt, qñ uident crucis signac[ulum]. Esa. xiij. Sup montẽ caliginosum ... bolũ, leuate signũ &c. Alias rõnes ... in. iij. pte sc̃ti Thome. q. liiij. ar. ul[t.]

Feria. ij. post Pascha. Sermo ij.

M Ane nobiscũ Do[mine] quoniã aduesper[ascit] Lu. xxiiij. Sermo no[ster e]rit de sancto euãgeli[o ho]dierno, ĩ quo agit de ... dã notabili apparitione xp̃i manif[estantis] suam gl̃iosam resurrectionẽ, quõ ... ruit duob⁹ discipulis suis euntib[us in] uiam in Emaus. Ista apparitio con[tinet] magna secreta, & speculationes, ad ... minationem intellectus nr̃i. Sed sa[luta]tur prius uirgo Maria &c. Verbum ... situm est quedã breuis oratio, sed d... ta, quam frequẽter sancta mater Ec[cle]sia isto tẽpore resurrectiõis dicit, M[ane] nobiscũ dñe. Pro pleniori declarati[one] & matie ĩtroductiõe sciẽdũ, ꝙ tã ... q̃ ĩ nouo testamẽto xp̃s dicit sol. ... sicut sol naturalis per suã p̃ntiã ill[uminat]

nādo & calefaciēdo causat diē in mundo,& p̄ suā absentiā obtenebrādo & infrigidando reliquit noctē. Sic xp̄s q̄diu est p̄ns creature p̄ grām, causat in ea diē grē, illuminādo cōtra errores, dubitationes, falsas apparitiones, & calefaciēdo ī die amoris, cōfortat ad uitādū uitia & delectatiōes carnales &c.& facit fructificare ī opibus misericordie, penitētie & iustitie,& sic de alijs bonis operibus. Et sicut sol naturalis absentatur & occidit per ĩterpositionē terre ĩter ip̄m & nos: Sic xp̄s sol iustitie, q̄n homo inter xp̄m & se interponit terrā.s.terrenas affectiones honorꝝ, diuitiarum, officiorꝝ, dignitatum,& hmōi, xp̄s absentat̄,& relinquit noctē tenebrosam culpe, & hō ambulat cespitādo de p̄cō in p̄cm̄. Ecce rō quare dicit̄ sol. Autoritas, Oriet̄ uobis timētibus nomen meū sol iustitie,& sanitas ī pennis ei⁹. Malach.iiij. Nota, uobis timētib⁹ nomē meū, q̄a nō timētib⁹ deū licet eis oriat̄ sol nature, nō tn̄ eis oritur sol grē. Itē & sanitas in pēnis ei⁹, gratia & gloria sunt due ale eius. Gratia enim cōfert sanitatē cōtra īfirmitates culparꝝ mortaliū, & uulnera peccatorū. Gloria est ala, q̄ confert sanitatē miserijs temporalibus. Item in nouo testamento dicitur sol. Nam ecclesia dicit uirgini Marie, Ex te ortus est sol iustitie xp̄s de⁹ n̄r &c. Itē sol in quadragesima erat super nos, quia eramus in penitentia,& ieiunijs & orōnib⁹ & uigilijs &c. Sed modo uideo q̄ uadit ad occidentē, q̄a iā multi redeunt ad uanitates ornamentorum &c. dimittendo bonā uitam. Multi credunt q̄ nō debēt tenere bonā uitā, nec facere pn̄iam nisi ī quadragesima. Quia ergo ī cordib⁹ m̄rorꝝ ip̄e dies grē p̄ excessus uite iā ĩcipit ī uesperꝝ culpe declinare. Iō eccl'ia petit in themate, Mane nobiscū dn̄e&c. Mō uidēdi sunt modi, q̄bus retinet̄ xp̄s. Et noui ī Euangelio hodierno tres modos q̄b⁹ xp̄s manebit nobiscum, ne cadamus in noctē culpe .s.

Loquendo uerba spiritualia.
Audiendo documenta celestia.
Faciendo misericordie opera.

Dicit thema, Mane nobiscū dn̄e &c. Dico prīo q̄ xp̄s manet nobiscū loquēdo uerba sp̄ualia. Ratio naturalis, quia oē simile naturaliter attrahit̄ & retinet̄ a suo simili, ut patet de magnete, q̄ trahit & retinet ferrū, nō ex aliq̄b⁹ qualitatib. caliditatis uel siccitatis, sed ex similitudine & cōueniētia quā habet a tota sp̄ē, ut dicūt philosophi. Idē de Agetesteyn attrahēti paleā ex similitudine naturali quā habet a tota sp̄ē. Idē de aīalib⁹ si sint hic diuersa mixtim cōgregata, statim ad unā partē separabunt se boues, ad aliam equi, ad aliā asini,& ad aliam oues, & sic de qualibet specie. Idē de hoībus, q̄ sibi sim̄ib⁹ cōiūgunt̄, uan⁹ cū uanis, pauper cū paupib⁹, diues cū diuitib⁹, bonus cū bonis. In hoc cōcordat scriptura. Omne animal diligit sibi sim̄e, sic & oīs homo p̄ximū sibi. Oīs caro ad similem sibi coniunget̄, & oīs hō sim̄i sibi sociabit̄. Eccl'i. xiij. Patet ergo q̄ sim̄itudo est rō attractionis seu cōiunctionis. Modo uideamus quā similitudinē habet xp̄s cū ꝟbis sp̄ualib⁹. Dico q̄ magnā, q̄a ip̄e est ꝟbum nō corporale nec trāsitoriū, sed spirituale & eternū. De quo Dauid, Verbo dn̄i celi firmati sunt. & Apo. xix. Vocabat̄ ꝟbū dei.s.ante incarnationē. Si ergo sim̄e attrahitur a suo sim̄i, cū xp̄s sit ꝟbū sp̄uale, rōnabiliter trahit̄ & retinet̄ a loquētib⁹ ꝟba sp̄ualia. Autoritas, Vbi sunt duo uel tres cōgregati ī noīe meo, ibi sum ego in medio eorꝝ. Mat. xviij. Istud ondit̄ ī principio euāgelij usq;, Oculi aūt eorꝝ tenebant̄ ne eū cognoscerēt. Vn⁹ istorꝝ discipulorꝝ uocabat̄ Cleophas. Alius, ut dicitur a q̄busdā, erat Lucas. Sed Hieronymus dicit q̄ Lucas nunq̄ fuit discipulus Iesu, sed ap̄lorꝝ, p̄sertim beati Pauli. Et exeūtib⁹ de Hier'm, īcepūt loqui uerba sp̄ualia de xp̄o & ei⁹ passione, & statim xp̄s fuit cū eis. Si dicat̄, & unde uenerat xp̄s? nō legit̄ clare ubi stabat illo tēpore, nō in celo, inq̄tū hō; Sed dicūt doctores aliq̄ q̄ stabat in paradiso terrestri cū sc̄tis p̄ribus. Rō q̄ fundatur ī ph'ia est, q̄a locus & locatū debēt p̄portionari, ut dicit̄ i.iiij. Physicorū. Cū ergo post resur

rectionē xp̄s habuiſſet corpus gl̃ioſum, īmortale, & īpaſsibile, & īcorruptibile, decebat eū habere locū cōuenientē. De hoc Dauid in p̄s. Dñe ꝓbaſti me, in perſona xp̄i dicit, ſi ꝓ qa, Si ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero ī extremis maris. Etenī illuc manꝰ tua deducet me, & tenebit me dext̃a tua. p̄s. cxxxviij. Penne ſunt corpꝰ glorioſum, & aīa ſanctiſsima. Sc̃ūs Tho. dicit in. iij. p̄te. q. lv. ar. iij. in ſolutiōe ſecūdi argumēti. ꝙ incognitū eſt ī qbꝰ locis tēpore int̃medio, ſcilicet int̃ reſurrectionē & aſcēſionem corporalit̃ eſſet xp̄s, cū hoc ſcriptura nō tradat, & ī oī loco ſit dñatio eiꝰ. Cū ergo illi duo diſcipuli irent de Hieruſalē ad caſtellū Emaus, qd̃ erat in ſpacio ſtadiorum. lx. ab Hier̃lm. Sicut nos cōputamꝰ viā ꝑ leucas, Italici cōputant ꝑ miliaria, Greci aūt cōputant ꝑ ſtadia. Stadiū dicit̃ quantum currebat Hercules gygas uno anhelitu, &. xv. ſtadia faciunt leucā. Ita ꝙ lx. ſtadia ſunt quatuor parue leuce, & ſic incedebāt triſtes, loquētes de paſsione xp̄i magiſtri eoꝝ, & ſtatim qñ fuerūt extra murale Hier̃lm, ſoli ambulantes loquebant̃ adinuicē de his oībus q̄ acciderant. Ecce materia de qua loquebantur. Ego ſi uobis dico aliqd de his q̄ loquebantur, non poſſum errare, qa ſi de oībꝰ loquebantur, ergo & de aliquibꝰ, arguēdo ab uniuerſali ad particulare. Et factū eſt dū fabularent̃. Fabulari eſt loqui cū dubitatione, cū hō nō firmat cor ſuū in aliquo. Et ſecū quererēt, ergo ibant. Dicatur practica. Qñ ipi fuerunt extra murale ciuitatis Hier̃lm, dixit unus alt̃i, Socie quid tibi uidet̃ de iſto noſtro mag̃ro Ieſu. Rñdit alius, Neſcio qd dicam. Credebā ipſum eſſe filiū dei ꝓpter miracula q̄ faciebat, ſed modo nō credo, qa ita crudel̃r mortuꝰ eſt, nunqd ſi filiꝰ dei eſſet, pat̃ iuuiſſet filiū poſitū in tali p̄ſſura? Rñdit alter, Nec ego credo ip̄m eſſe dei filiū. Et ip̄e Ieſus adpropīquās, ibat cum illis. Dixit alius, Si non eſſet filius Dei, quō potuiſſet Lazarꝝ ſuſcitaſſe? nunqd ibi fuiſti, & uidiſti qñ ſuſcitauit Lazarū quatriduanū? ita etiā & ego fui & uidi.

Itē de illo ceco a natiuitate, cui d
ſum. Et ſic loquēdo & fabulādo ib
flēdo. Poſt modicū dicebat alter,
cie, nūqd Helias & Heliſeꝰ ſuſcita
mortuos? tñ nō ex hoc credunt̃ fi
fuiſſe, nec ipi dicebāt ſe eſſe filio
Xp̄s aūt retro ſeqbat̃ eos, audiē
eoꝝ, ſed ipi calefacti de ỽbis nō cu
de eo, qa nec ip̄m cognoſcebāt. Di
alt̃, Verꝝ eſt ꝙ m̃lti ꝓphetaꝝ fece
racl̃a m̃lta, ſed quō? nō ꝑ ſe nec ỽtu
pria, ſed aliena. Sed Ieſus uirtute
faciebat imperando, alij autem fa
orando. Dixit alter, Verum dic
certo iſta ratio eſt bona. Et poſt m
dixit alius ſocius. Neſcis tu ſocie,
nocte paſsiōis ſue orauit ne more
fuiſſet filius dei, nunqd pr̃ adiuuiſſ
Rñdit alt̃, Verꝝ dicis, tñ ſi noluiſſe
ri, bñ potuiſſet fugere uel latere, ſic
Iudei uoluerūt ip̄m lapidare, ſed ip
uenit ad paſsionē uolūtarie & nō
ter, imo dixit nobis, Ecce aſcen
Hieroſolymā &c. Mat. xx. Dixit al
do ponamꝰ ꝙ nō ſit filiꝰ dei, tñ nō
mꝰ negare, qn ſit Meſsias. Nā oēs
res ponūt & dicūt ꝙ tp̄s Meſsie
pletū, & iſte habuit oīa ſigna data
ta a ꝓphetis de Meſsia, qa cecis de
ſum, claudis greſſum &c. Rñdit al
cie, rex Meſsias debuit nos liber
captiuitate, & iſte non liberauit no
mortuꝰ eſt, & nos remanemꝰ hic in
tiuitate ſub imperio Romano &c.
alter ſocio, Ecce qd ego cogito,
iſte predicauit de dominio iſtius
di, nec de bonis temporalibus. Ideo
ꝓphete dicūt, ꝙ Meſsias debuit n
berare & redimere a captiuitate, no
telligit̃ de iſta captiuitate Impator
manoꝝ, ſed diaboli, ut credo. Dixit
O q̄ bona rō eſt iſta, uerꝝ dicis. Et al
xit, Ponamꝰ ꝙ nō ſit filiꝰ Dei nec M
as, tñ ipſe fuit ſanctiſsimꝰ ꝓpheta &
nꝰ. Tu ſcis ꝙ nunquā uidimꝰ in eo
quē defectū, nec Pilatꝰ q examinau
inuenit in eo aliquā cauſam, ꝓ qua
eſſet dignꝰ mori, imo erat plenꝰ uirt
bꝰ, humilitate, ſc̃titate, caſtitate, pati

ab

cõtinentia, ieiunijs, uigilijs &c. Rñde-
bat alt, Si ipe fuit ita sanct⁹ & amic⁹ dei,
nõ in cruce dixit, Hely Hely. i. de⁹ me⁹
de⁹ me⁹, ut qd &c. Nũqd de⁹ omps iu-
uat & cõseruat suos? nũqd dicit Dauid
de amicis dei, Cũ ipo sum ĩ tribulatiõe,
eripiã eũ &c. Si forte sctũs fuisset, nõ re
liquisset eũ. Ecce quõ ibãt, & loqbãt de oĩ-
bus, & int⁹ ipm amabãt, & dubitabãt. Di-
cit alter, Videtur mihi ꝙ quando dixit,
Hely Hely &c. ꝙ hoc dicebat de amicis,
aplis & discip̃lis q eũ derelinqbant, & de
hoc dicebat p̃ri, qui ordinauit ita fieri.
Rñdit alter, Vere bñ dicis, & non recor-
daris de sole obscurato, & de terra q̃ tre
muit, itẽ de mortuis q surrexerunt. Item
de multis q cõuersi fuerũt, ut Lõgin⁹, &
alij de simplicib⁹, q ꝑcutientes pectora
sua reuertebant. Et xps seqbat eos. Ideo
Greg. De se ergo loquentib⁹ p̃sentiam
exhibuit, sed de se dubitãtib⁹ cognitiõis
sue spẽm abscondit. Ex his faciã rõnem,
Si isti discipuli non habebant fidem, & si
hominibus nõ credentib⁹ per solam lo-
quelã uerboꝝ spiritualiũ se iunxit Iesus,
quto magis nobis qui sumus credentes, si
loquamur uerba spiritualia? Considerã
dum est aũt hic, quare xps istis duobus
discipulis euntib⁹ in uillã noĩe Emaus,
apparuit ĩ aliena effigie, sicut dicit Mar.
ulti. Ad illã questionẽ rñdet sctũs Tho.
iij. parte. q. lv. artic. iiij. ꝙ resurrectio xp̃i
manifestanda fuit hoĩbus ꝑ modũ quo
eis diuĩa reuelant. Innotescunt aũt diui
na hoĩb⁹, secũdũ ꝙ diuersimode sunt af
fecti. Nã illi qui habẽt mẽtem bñ dispo-
sitã secũdũ ỽitatẽ, diuina ꝑcipiũt. Illi au
tem qui habẽt mentẽ nõ bene dispositã,
diuina percipiũt cũ quadã cõfusione du
bietatis uel erroris. Animalis em̃ hõ nõ
percipit ea que sunt spũs Dei, ut dicitur. j.
Cor. ij. Et iõ xps quibusdam ad credẽdũ
dispositis per resurrectionẽ apparuit in
sua effigie. Illis aũt in alia effigie appa-
ruit, q iã uidebant circa fidẽ tepescere.
Vnde dicebant, Nos sperabam⁹ qa ipse
esset redẽpturus Israel. Vnde Greg. di-
cit in homil. ꝙ talẽ se exhibuit eis ĩ cor-
pore, qualis apud illos erat ĩ mẽte. Quia
em̃ adhuc in cordibus eoꝝ peregrinus
erat a fide, irẽ se longius finxit, ac si esset
peregrinus. Nec illa fictio fuit mẽdaciũ,
qa secũdũ Aug. ĩ lib. q. euangelij. Nõ oẽ
qd' fingim⁹ mẽdaciũ est, sed qñ illud fin
gimus qd' nihil significat. Cũ autẽ fictio
nostra refert in aliquã significationẽ, nõ
est mẽdacium, sed aliqua figura ỽitatis.
Alioquin oĩa que a sapiẽtibus, & etiã ab
ipso dño figurate dicta sunt, mẽdacia re
putabunt, qa secũdũ usitatũ ĩtellectũ nõ
cõsistit ỽitas in talibus dictis. Sicut aũt
dicta illa etiã finguntur facta sine men-
dacio ad aliquã rem significandã, & ita
factum est hic. Clarum est ergo qd' dixi
ex uobis spũalibus attrahit & retinetur
xps. Iuxta qd' dicit thema, Mane nobis-
cum dñe &c. ne scilicet cadam⁹ ĩ noctẽ
peccati. Habemus hic exemplũ morale,
ut loquamur uerba spiritualia, non car-
nalia, nec mundana, nec mendacia. Tur-
pius est mendaciũ in ore q̃ stercus, quia
aufert officiũ lingue. Ideo cauete a fal-
sis iuramentis, a diffamationib⁹, a blas-
phemijs. Propter hoc Apl's dicebat, De-
ponẽtes mẽdaciũ, loqmini ueritatẽ un⁹
quisq; cũ ꝓximo suo. Et oĩs sermo mal⁹
ex ore uestro nõ procedat &c. ad Ephes.
iiij. Dico secũdo, ꝙ est ali⁹ modus attra
hendi & retinendi xp̃m per gratiam. s. au
diẽdo uerba celestia, sicut modo me pre
dicãte, uobis audientib⁹, nunc Iesus est
in medio nostrũ. Ideo dicunt naturales
philosophi, ꝙ sicut sĩlitudo est causa soci
etatis & dilectiõis, ita & uacuũ. Secũdũ
em̃ philosophos ut impleret uacuũ si es-
set, citius descẽderet celũ, q̃ ut ꝑmane-
ret uacuũ ĩ aere. Si em̃ uas plenũ a parte
ĩferiori euacuet, subito ꝑ foramẽ supius
attrahit uentũ, alias non euacuaret. Sic
qñ cor hominis audiẽtis doctrinas cele-
stes euacuat, & cogitationib⁹ mundanis
trahit ad se p̃ñtiam dei. Act. x. Adhuc lo-
quẽte Petro ỽba hec, cecidit spũs sanct⁹
super oẽs qui audiebant uerbum. Nota
cõsequẽter secũdã partem euangelij. Et
ait dñs ad illos, Qui sunt hi sermones
quos &c. usq; ĩ oĩbus scripturis que de
ipso erãt. Nota, nos aũt sperabam⁹. Glo-

sa. iã nõ sperã⁹. Ad quos dicit xp̃s, Et nos fuistis discipuli sui? Dixerunt, Imo. Et audistis eius sermones? Ita. Et dixit, O stulti & tardi corde ad credẽdũ. Stultitia sumit̃ hic ꝓ cecitate secũdũ literã. In oĩbus que locuti sunt prophete. O dixerunt illi, Et tu scis quid dicunt ꝓphete? Ita, audite. Text⁹. Qui incipiẽs a Moyse & oĩbus prophetis interpretabatur illis in oĩbus scripturis que de ipso erant. Ergo si dico uobis de aliq̃bus nõ potero errare. Alia practica. Dixit eis xp̃s, Non scitis ꝙ a principio qñ creauit de⁹ mundum, in medio Paradisi cõstituit arborẽ uite, que habebat talẽ uirtutẽ, ꝙ qui comederet de illo fructu, nullã haberet senectutẽ, & euaderet mortẽ. Vnde hoc? Nũquid sine arbore potuit deus preseruare gẽtes in uita corporali? Rñderunt illi, Nescim⁹, credimus ꝙ sic. Et xp̃s, Immo potuit, sed illa arbor fuit figura Iesu Christi, qui in medio mundi operat⁹ est humani generis salutem. De quo Dauid, Deus autem rex noster ante secula operatus est salutem in medio terre. p̃s. lxxiij. Medium terre est ibi, ubi crux magistri nr̃i fuit posita. Ibi eñ est cẽtrũ terre siue mũdi. Ecce ibi arbor uite, q̃ comedit de illo fructu cũ duab⁹ mãdibulis. s. credẽdo & obediẽdo, nõ moriet̃ eternalit̃. Dixerũt illi, Nũq̃ audiuim⁹ tale secretũ. & dixerũt, Dicatis nobis plus. Et dixit, Postq̃ de⁹ formauit Adam, & uoluit formare mulierẽ, quõ fecit? Rñderunt, Misit soporẽ ĩ Adã, cũq; obdormisset, tulit unã de costis eius &c. Geñ. ij. Et xp̃s, Nunq̃d de⁹ alit̃ poƭat formare mulierẽ? imo, sed figura fuit, ꝙ sic de latere xp̃i dormiẽtis ꝑ mortẽ debuit formari ecclesia spõsa sua ꝑ sanguinẽ redẽptiõis, & aquã regeneratiõis. Itẽ qñ de⁹ tempore Noe uoluit destruere mũdum per aque diluuium ex abundantia peccatorum, nonne mandauit fieri arcam, in qua saluaret̃ semen. s. Noe, & alij. Nunquid poterat aliter eos saluare? imo, sed hoc fuit figura. Figurabat eñ diluuiũ pctõꝝ, qd' submergit aĩantia. s. hoĩes aĩales & mundanos, & uolucres. s. mr̃tos cõtẽplatiuos

& nõ hñt remediũ saluationis nisi p
crucis, cui⁹ porta apta est in later
De quo illi admirantes dicebãt, V
dicit ꝑ certo. Ille scit pl⁹ q̃ magist
& sim̃ia uerba. Itẽ cũ Abraã nõ haber
si unũ filiũ de Sara. s. Isaac, & deus
pit sibi ut sacrificaret filiũ sibi. Ge
quare de⁹ p̃cepit hoc maxime, q̃
it factũ sacrificiũ de eo, sed de arie
si q̃a fuit figura passiõis xp̃i, ĩ qua
tas figurata ꝑ Isaac nõ fuit passa, se
manitas figurata ꝑ arietẽ. Itẽ de pa
cha Iacob qñ debuit mori, & Ioseph
locauit corã pr̃e suo Iacob duos fil
bñdiceret eos, & Iacob cãcellatis
b⁹ ĩ modũ crucis bñdixit eis. s. Ma
& Effraim. Et illa bñdictio figura
passionem. Duo filij Ioseph figu
duos pp̃los, Manasses maior fili⁹,
est ꝙ obliuio, significabat pp̃lm I
q̃ ꝓpter scelera & pctã sua nõ mer
dici cũ dextera, imo bñdictio trãsl
in xp̃ianos. Effraim uero fili⁹ iu
idẽ est ꝙ augmẽtũ, significabat p
xp̃ianũ. Xp̃ianitas eñ creuit, & a
crescet ĩ fine mũdi. Itẽ filij Israel q
diũ habuerũt in deserto cõtra ser
Num. xxj. erectũ fuit lignũ cũ ser
eneo ĩ modũ crucis, & figura fuit
q̃ est remediũ cõtra serpẽtes ĩfern
q̃ declarauit eis figuras, dixit eis q
passio fuit a ꝓphetis ꝓphetizata. D
fecit de ea totum illum psalmum,
deus me⁹ respice in me. In quo co
dit fere totã ei⁹ passionẽ. Itẽ Esa.
re lãguores nr̃os ipse tulit. &c. Item
nielis. ix. Post hebdomadas lxxij.
tur xp̃s. Et sic ĩterpretabat̃ illis s
ras. O dicere potuerũt illi, Magis
nõ p̃dicabat nobis ista, imo, sed era
pa eoꝝ, q̃a nõ intelligebant. Pate
qũo audiẽdo doctrinas attrahit̃ &
tur xp̃s. Moralit̃. Ergo audiẽdi su
mones, misse, & ṽba dei. Propter
cit Hier. Tu ĩ nobis es dñe, & nom
ctũ tuũ inuocatũ est sup nos &c.
xiiij. Aures eñ sunt porte, ꝑ quas
xp̃s, qñ hõ audit doctrinas celestes
magnũ malũ faciũt sibi illi, q̃ nol

lire sermones. Iō Apl̄s dicit, Fides est ex auditu, audit⁹ aūt p ỽbū xp̄i. ad Rom. x. Nota p uerbum xp̄i, nō dicit Ouidij, nec Philosophoꝝ, nec poetaꝝ. Et iō maius malū qđ fecit Machomet⁹ fuit, p̄cipiē-do suis q̄ nō audirēt p̄dicatiōes xp̄ianorū, p hoc claudēs eis portā saluationis, q̄ est audit⁹ ỽbi dei, qa si audissent, īdubie ōēs pene essent xp̄iani. Vnde nullus est, qui iugiter audiat uerbū dei, quin cōuertatur, si bñ predicet̄. Dico tertio, q̄ est ali⁹ modus attrahendi & retinēdi xp̄m ne recedat a nobis. s. faciendo opa mīe. Nam secūdū Philosophos tria attrahūt. Primū est sititudo. Scđ'm est uacuū, ut dixi. Tertiū est calidū, qđ etiā habet ỽtutē attractiuā, sicut patet ī lāpade, ubi oleū trahit̄ ab igne, sic calor charitatis & mīe trahit gr̄tiā dei. Autoritas. Qui manet ī charitate, ī deo manet, & de⁹ ī eo. j. Ioā. iiij. Et hāc ētiā rationē ostēdit euāgeliū ī fine. Et appropinquauerunt castello, usq; ad finē. Et nota q̄ ipsi ibāt ad castellū, & ipse dñs finxit se lōgi⁹ ire, qa non uenit solū ad saluādū illos, sed etiā alios mł̄tos. Et coegerūt illū dicētes, Mane nobiscum dñe, qm̄ aduespascit. Potuit cogitare, Ita cogitis me, bñ placet mihi. & ītrauit cū illis. Pōt aūt imaginari q̄ ipsi uoluerunt soluere cenā, & facere sibi mīam & eleemosynā, etsi ī alieno erāt hospitio, & sic retinuerūt eū. Patet ergo q̄ eleemosynis de⁹ retinet̄ a creatura. Q̄n aūt fuerūt in hospitio, p̄babile est, q̄ rogauerunt hospitē ut pararet bonā cenā, bene poterat admirari hospes, q̄ hoīes paupes uellēt tm̄ expēdere. Qui dixerūt q̄ ille pegrin⁹ licet sic īcederet, erat litatissim⁹, qa plus ostēdit nobis in ista uia in uno sermone, q̄ magister noster ī tot sermonibus. Ideo uolum⁹ eū inuitare ad cenā. Ideo paretis nobis bonam cenam. Et illa quasi iam parata, dederunt aquam ad manus, honorando ualde peregrinum. Et xp̄s incepit benedictionē mēse iuxta suā cōsuetudinē di. Oculi omniū ī te sperāt dñe &c. Et illi admirantes quō sciebat ipse benedictionē coꝝ & magistri, respiciebāt eū, nec cognoscebāt. Et cū fuissēt in mensa, xp̄s fregit panem ac si cultello esset diuisus, & in hac fractione panis cognouerūt eū, & subito disparuit. Albertus tñ dicit sup Lucā, q̄ Cleophas in propria domo parauit sibi cenā, & eadē hora reuersi sunt in Hierl̄m. Moral̄r. Ergo faciatis eleemosynā paupib⁹, frangatis eis panē, recipiatis p̄ uobis necessitatē, & nō supfluitatē, de alijs aūt subueniatis pauperib⁹, uerecundis, uiduis, pupillis, hospitalibus, & sic retinebitis xp̄m per gratiā. Ideo dicebat xp̄s. Mat. v. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur &c.

Feria tertia Pasche. Sermo. j.

APeruit eis sensum, ut intelligerent scripturas. Luc. xxiiij. Sciēdū q̄ inter oēs difficultates & ỽitates fidei xp̄iane articulus resurrectiōis fuit maioris difficultatis ad credēdū nō solū īfidelib⁹, paganis, & Philosophis, sed etiam Apostolis, & discipl̄is xp̄i. De Philosophis legit̄ Act. xvij. q̄ cū Apl̄s Paulus predicaret Athenis articulos fidei, Philosophi ip̄m libent̄ audierūt, quousq; fuit p̄uentū ad articulū resurrectiōis, qa tūc ip̄m deridēdo dixerūt, qd uult seminator ỽboꝝ hic dicere? Alij dixerūt, Nouoꝝ demonioꝝ uidet̄ annūciator esse, qa Iesum & resurrectionē annūciabat eis. Ratio, qa Philosophi habebāt p̄ regula & p̄ pricipio, q̄ a pura priuatiōe nō est p̄cess⁹ ad habitū, sicut a cecitate ad uisum, uel a surditate ad auditum. Cum ergo mors sit priuatio oīm sensuum &c. Ideo articulus resurrectionis fuit maxime difficultatis ad credendū. De hoc p̄phetia, Aspicite ī gētib⁹, & uidete, & admiramini, & obstupescite, qa op⁹ factū est in diebus ur̄is, qđ nemo credet cū narrabit̄. Abacuch. j. Et loquit̄ tur de opere passionis & resurrectionis. Item Esa. liij. Quis credidit auditui nostro, & brachiū domini &c. s. regē Messiam, qa sicut miles brachio defendit se, ita de⁹ p regē xp̄m defendit nos a diabolo. Patet ergo difficultas credulitatis huius articuli. Propter hoc xp̄s multipli-

citer ostendere uoluit, & manifestare
Apostolis suã gloriosam resurrectionẽ.

Primo per auditum.
Secundo per tactum.
Tertio per uisum.
Quarto per gustum.
Quinto per odoratum.
Sexto per intellectum.

De sexto dicit thema, Aperuit eis sensum, ut intelligerẽt scripturas. Dico primo, ꝙ xp̃s ostendit suã resurrectionẽ ꝑ sensum auditus, ibi, Stetit Iesus in medio discipulorum suorum, & dixit eis, Pax uobis, ego sum, nolite timere. Discipli omnes erant cõgregati, q̱ loquebantur inter se, nec credebant xp̃i resurrectionẽ, quam audiuerant a tribus Marijs. Et xp̃s intrauit ianuis clausis dicens, Pax uobis, Ego sum, nolite timere. Dico ꝙ hic per auditum xp̃s ostendit discipulis suis ueram suã resurrectionem, quia dubitabant ne forte esset spiritus malignus, q̱a sic intrauerat ianuis clausis. Ideo xp̃s ipsos certificãdo locutus est discipulis di. Pax uobis. Ego sum &c. q. d. sp̃us malignus non affert pacẽ, sed guerram, diuisiões, inimicitias, & fugit pacẽ. Ideo qñ xp̃s misit Ap̃los ad predicãdũ, dixit eis, In quancunq; domũ intraueritis, primũ dicite, Pax huic domui. Lu. x. dixit eis, Pax uobis &c. Que q̱dẽ ỽba ueniebant ad aures Ap̃lorum cum infinita dulcedine mellis, ostendẽdo auditui Ap̃lorum ꝙ nõ erat sp̃us malus, sed bonus. De hoc ꝓphetia. Cant. v. Anima mea liq̃facta est, ut dilectus locutus est. Et loquit̃ in ꝑsona cuiuslibet Ap̃li xp̃i. Questio. Si aliq̃s diceret, Frater, & si ỽba xp̃i ueniebãt cũ tanta dulcedine, quare Iudei non credebant in eũ? R̃nsio ꝙ qñ infirm⁹ habet palatũ inordinatũ, & infectũ aliquo malo humore, dulce uidet̃ sibi amarum, secus de sanis & bñ ordinatis & dispositis. Ideo sani & bene ordinati crediderũt ĩ xp̃m, & nõ Iudei malitiosi. Augustin⁹, Impius nõ sentit dulcedinẽ dei &c. De hoc prophetia, Nõne uerba mea bona sunt cum eo q̱ recte graditur? Mich. ij. Et loquit̃ ĩ persona xp̃i, & ideo q̱ sine obstinatiõe

ueniunt ad audiendũ sermones, illu
nant̃ uerbo dei, alias nõ. Secũdo ost
xp̃s suam resurrectionem ꝑ tactũ. Po
discipuli crediderũt ꝙ nõ erat malus
ritus, opinati sunt aliud .s. ꝙ anima
xp̃i sola sine corpore. Tunc dixit eis
sus, Palpate & uidete, q̱a sp̃us carne
ossa non habet, sicut me uidetis hab
Ecce quõ per tactũ ostendit suã resu
ctionẽ. Ipse q̱ uidebat corda eorum & f
sam opinionẽ, per tactũ uoluit eis os
dere ueritatem di. Palpate & uidete
Die practice quõ uocauit Petrũ di. V
Petre palpa, & uide nunq̱d sunt hic
nes & ossa. Idem de alijs Ap̃lis. Ex
tactu trahitur una talis cõsideratio
distinctio ĩter uetus & nouũ testam
Quia deus antiquitus noluit ꝙ arca
stamẽti tangeret̃, imo si tangebat̃ ab
quo, statim moriebat̃, ut patet de Oz
Reg. vj. Sed arca uite noui testame
s. corpus uoluit tangi & palpari. E
qualis differẽtia, sicut ĩter amorẽ &
morẽ, q̱a tũc uolebat timeri, nũc a
mari. Iõ de⁹ tũc assumpsit formã ter
lẽ ignis, sed nũc assumpsit formã am
bilẽ hoĩs. Et sicut tũc adorabat̃ in fo
arce, sic mõ adorat̃ in hostia. Et sicu
arca erant tria. s. ỽga Aarõ, tabule le
Moysi, & urna manne. Virga signi
passionẽ & regnũ regale Dauid. Tab
ỽo aĩam xp̃i, qua ostẽdit̃ sciẽtia dei. M
na aũt diuinitatẽ sapidã. Et mõ põt
hostia. Et sicut tũc ex tactu arce mo
bantur, ita modo de tactu xp̃i uiuunt,
saluãtur. Marci. vj. Quotquot tangeb
eũ salui fiebant. Tertio per uisum. Q
turbati estis, & cogitationes ascẽdu
corda uestra? Videte manus meas & p
des meos & latus, q̱a ego ipse sum. D
pressa illa opinione falsa, ꝙ erat sola
Christi, receperunt aliam falsam opi
nẽ. Cogitabãt eñ ꝙ xp̃s assumpsit ali
corpus, q̱a corpus suum erat ita clausu
& custoditum in sepulchro, ꝙ credeb
ipsum non posse exire de sepulchro. C
tra hoc xp̃s dixit eis, Quid turbati est
nunq̱d uidistis uulnera? q̱a illud idẽ co
pus q̃d uidistis, est. Tũc ex uisu discip

cre-

Dico primo quod Christus ut bonus pastor emit suas oues pretiose, scilicet pretio sanguinis sui,non habet eas de furto uel rapina,siue ex deceptione, sed emit eas pretio iusto & superabundanti. De hoc dicit ipse in principio euangelij, Ego sum pastor bonus. Ratio, Quia bon⁹ pastor animam suam,id est,uitam corporalem dat pro ouibus suis.Ratio, Quare dat tam pretiosum pretium, est ualor incomparabilis anime, quia nulla creatura corporalis comparabilis est anime in ualore. Vnde si in statera diuine iustitie que est iusta & equa, in parte una ponerentur omnes creature corporales, scilicet aurum,& argentum, margarita, elementa, sol, luna, & omnes stelle: & in alia parte una anima rationalis, plus pōderaret in ualore anima rationalis, quā omnes creature. Autoritas, Quid enim ꝓdest hoī si mūdū uniuersū lucret̄, aīe uero sue detrimētū patiatur? Aut quam dabit hō cōmutationē ꝓ aīa sua? Matt. xvj.quasi dicat,nullā sufficientē. Parū lucratur qui perdit animā. Si ergo pro redēptione unius anime non sufficit tot⁹ mundus,quāto magis pro oībus animabus? Ideo nullū erat precium sufficiens, nisi sanguis xp̄i infiniti ualoris,ex cōiunctione diuinitatis. Vnde si in statera diuine iustitie in una parte essent oēs anime,& ī alia minima gutta sanguinis xp̄i, plus ponderaret in ualore sanguis xp̄i, q̄ omnes anime,ex cōiunctione diuinitatis, nec aliud pretiū sufficiens poterat dari. De hoc dicit scriptura, Scientes ꝙ nō corruptibilibus auro & argēto redēpti estis de uana uestra cōuersatione paterne traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni incōtaminati & īmaculati Iesu xp̄i.j.Pet.j. Nota, patne traditionis.i. uēditionis.Dic quomodo pat nr̄ Adā uēdidit se,& totū genus humanum pretio unius pomi,licet non legatur cuius erat speciei,& fuit captiu⁹ diaboli ipse,uxor, & consequenter omnes filij. Autoritas, A quo enī qs superat⁹ est.s.duello, huius & seruus est.ij.Pe.ij. Sic Adā & Eua consētiētes peccato,reddiderūt se diabolo. Si ergo captiui generāt filios, filij etiam sunt captiui. Sed uenit xp̄s optim⁹ mercator de celo ī terrā,sciēs ualorē animarū,dedit nō pomū,nec aurū &c.sed solū sanguinē pretiosissimū inestimabilis ualoris,q redemit nos. Iō dicit,redēpti estis.Nota redēpti.i.iterum empti.Vn̄ cōclusio est theologie, ꝙ minima gutta sāguinis xp̄i erat pretiū sufficiens & superabūdans ꝓ mille mūdis redimendis uirtute diuinitatis & infinite charitatis. Mō cogitate quot guttas sanguinis xp̄s ꝓ nobis dedit.Primo adhuc puer in circumcisione & in prima gutta redemit nos.Idē in scd'a &c. Scd'o in nocte passiōis quot guttas sanguinis emisit.Lu.xxij.Fact⁹ est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrētis in terrā &c.qlibet gutta fuisset precium sufficiēs. Tertio qn̄ fuit adductus in domo Pilati &c.Quarto qn̄ fuit corona

tus ſpinis, totum caput fluxit ſanguine.
Quinto qñ fuit crucifixus in manibus
& pedibus, quot gutte ſanguinis cade-
bãt ſuper caput uirginis Marie. Itẽ quot
lachrymas, quot guttas ſudoris, quot la-
bores dũ iret p̃dicando. Iõ non dicit em
pti eſtis, ſed redẽpti.i. pluries empti. I-
deo Ap̃ſus, Habem⁹ redemptionem, nõ
dicit emptionẽ, per ſanguinẽ ei⁹ remiſ-
ſionẽ peccatorum ſcd'm diuitias gratie
eius que ſuperabũdauit in nobis, ad E-
ph.j. Ecce p̃ria rõ quare xp̃s eſt paſtor bo
nus, quia oues ſuas emit p̃cioſe. Moral̃r.
Hic pẽſari poteſt ſi tãti ualoris eſt aĩa, &
xp̃s tm̃ p̃ciũ dedit, quõ quilibet debet a-
nimã ſuã cuſtodire. Q̃uo eſt dignus ma-
gna rep̃hẽſione ille q̃ ꝓ aliqua utilitate
mũdana, uel pro aliquo bono terreno
cõſequendo, dat aĩam ſuam diabolo pec
cãdo mortal̃r, quia tunc aĩa uendit̃ dia-
bolo modico p̃cio ſup̃bie uel auaricie,
& ſic de alijs p̃ct̃is, tunc aĩam care a xp̃o
emptã das pro tam uili p̃cio. Dicat̃ para-
bola de mercatore ditiſſimo, q̃ in nũdi-
nis expoſuit totã ſuã pecuniã, & emit u-
nã p̃cioſam margaritã, & dedit illã uxo
ri, que poſuit ad burſam ſuam, & tranſi-
uit quedã mulier portãs lactucas, & de-
dit illam pro lactucis. Nunquid iudica-
tis uos ipſam fore ſtultã uel fuiſſe? Simi-
liter uos eſtis in hac ul̃ tali fatuitate. Iſte
mercator eſt Chriſt⁹ q̃ uenit de celo ad
forũ & feriã huius mũdi, & emit precio-
ſiſſimã margaritã, ſcilicet animam, pro
qua dedit totũ ſuũ ſanguinem, & cõmi-
ſit eam mihi meã, tibi tuam. Vetula cum
lactucis tranſiens eſt tentatio, dicens, O
qualis delectatio &c. Et quando ſibi con
ſentis, tunc tradis ſibi margaritam.i. ani-
mã. Verbi gratia. Quando tẽtatio tentat
te de uana gloria, ſuperbia, & ſic de alijs
peccatis, tunc uendis animã; uel quãdo
ꝓ modico lucro iuras falſe. Alij dãt pro
modica delectatione, ſicut luxurioſi. Alij
pro uno prãdio uel tacea uini, ut guloſi
frangẽdo ieiunia. Alij pro una dormitio
ne, ut pigri quando dimittunt miſſã &c.
Ideo ſcriptura dicit Deuter̃.iiij. Cuſto-
di temetipſum, & animam tuam ſollici-

te, ſcilicet ne redeat in ſeruitutem
boli. Quãdo reuertetur mercator, i.
in morte hodie uel cras, quid dicet
bis? Videte ergo quomodo eſt caue
a peccatis. Dicit ille doctor Leo p
ſermone paſſionis domini. Agnoſc
Chriſtianę dignitatem &c. Dico ſ
do, Bonus paſtor Chriſtus cuſtodit
ſuas ſtudioſe. Iã uidetis quomodo
libet dominus qui habet oues in te
bi ſunt lupi, bene cuſtodit. Sic facit
ſtus Chriſtianis ne a lupis inferni
rentur. De hoc dicit ip̃emet in ſec
parte euangelij, Mercenarius aũt &
non eſt paſtor &c. uſque, me mee, u
nit differentiam inter uerum paſt
& mercenarium. Nota quomodo
mini qui habent oues in deſertis d
as cuſtodias ouibus, ſcilicet paſtore
canem contra lupum latrantem. S
ad cuſtodiam ouium ſuarũ dat du
ſtodias. ſ. paſtorum & miniſtrorum
ſtores ſunt ſancti angeli. Vñ doctri
ſacre theologie, ꝗ quilibet ab or
tiuitatis ſue habet angelum ad cu
am deputatum. De hoc uide Tho
te. q. cxiij. Dic practice. Quando m
debet parere, Chriſt⁹ in celo uoca
angelum nomine ſuo, quia omni
nomina uocat, di. Committo tibi
uel filiam, cuſtodias &c. Proles n
do per prius recipitur per ange
manibus angeli.i. in cuſtodia & di
tia, q̃ obſtetricis, q̃tũcũq; ſit preſ
quo ſequit̃ ꝗ nunq̃ aliqua mulie
ſine obſtetrice. Dicit Hiero. ſupe
bo, Angeli eorum.i. hominum, ſe
uidẽt faciem patris mei qui in ce
Mat. xviij. Dicit hic glo. Hiero. N
eſt dignitas animarum, ut unaque
beat ab ortu natiuitatis ſue bon
gelum ad cuſtodiam deputatũ. N
queq;, nullus dominus dat unũ p
cuilibet oui, ſed cõmittit. c. uel. c
ſtori. Xp̃s uero tm̃ diligit aĩas ꝗ cu
dat ſuũ paſtorẽ ſiue cuſtodẽ. Ecce
cuſtodit oues, Cogitate hic &c. Si
beret oues ſicut ãtiqt⁹ habebant
& alij reges, & diceret militib⁹ ſuis

ronib⁹, cõmitto uobis illas oues deserti, ut ipsas custodiatis, quõ ĩdignarent ipi, nec haberent patientiam, & sancti angeli quorum minor est maior q̃ sit hic Papa, rex, uel imperator, reputant sibi ad honorem, quod deus uelit eis committere creaturas, quas fecit ad imaginem & similitudinem suam, & redemit sanguine suo, & regratiantur deo. Nec unquam angel⁹ deserit creaturã sibi cõmissã usq; ad mortẽ, quã tũc ducit ad paradisũ si sit ꝑfecta, uel ad purgatoriũ, uel ipsam dimittit in manib⁹ demonũ, si sit ĩpenitẽs & mala. De hoc Dauid, Angelis suis mãdauit de te, ut custodiãt te ĩ oib⁹ uijs tuis. Nota, uniuersaliter in omnibus, & ꝑ mare & per terram &c. Moraliter habetis hic doctrinam, quando habetis aliquam tentationem uel occasionem peccandi, ꝙ cogitetis p̄ñtiam angeli. Nullus em̃ fur faceret furtũ alio uidẽte, nec luxuriosus luxuriã. Cogita ꝙ angel⁹ sẽp te uidet &c. Item Ber. In quolibet angulo & quolibet diuersorio da reuerentiã angelo, & noli p̄sente eo facere qđ me presente facere non auderes. Secundo, Christus ad custodiam ouium suarũ dat canes qui latrant contra lupos inferni. Sed canes sunt omnes qui habẽt officiũ p̄dicandi, magis em̃ timẽt & terrent demones clamore & latratu predicatiõis, q̃ lupi latratu canum. Maior dignitas est esse talẽ ministrũ & canẽ, qa est officiũ apostolicũ ouiũ xp̄i, q̃ esse patriarcham uel ꝓphetam. Autoritas, Iob in persona xp̄i crucifixi di. Nũc deridẽt me iuniores, tẽpore quoꝝ nõ dignabar p̄res ponere cũ canib⁹ gregis mei. Iob. xxx. Nota, Nũc. s. ĩ articulo passionis deridẽt me iuniores tẽpore. s. Iudei q tũc erãt, quoꝝ patres, q sunt patriarche & ꝓphete, non dignabar ponere cũ canibus gregis mei. s. cũ ap̄lis, qa maioris dignitatis fuerunt ap̄li & uiri ap̄lici, q̃ patriarche & ꝓphete. Nota ergo quõ est magnũ officiũ predicatoris, & cũ quãta uigilãtia exercẽdũ uiril̄r latrando. Iõ Dauid ps. lxvij. Dicit dñs ex Basan, cõuertã, cõuertã ĩ ꝓfũdũ maris, ut ĩtingat pes tu⁹ in sanguine, lingua canũ tuoꝝ ex inimicis ab ipso. No. Dixit dñs, ex Basan. i. cõfusiõe, cõuertã. s. peccatorẽ, conuertã in ꝓfundũ maris. i. amare contritionis. Et quõ fiet istud? Rñdet Dauid, Vt intingatur pes tuus. s. corpus, in sanguine. s. passionis, & lingua canũ tuorum, scilicet predicatorum, de Christi passione predicantium: ex inimicis supple, liberentur oues, ab ipso scilicet Christo, & non uirtute predicationis. Moraliter. Modo canes dati a Christo ad custodiam ouium fecerunt pacẽ cum lupis inferni. Ideo oues male custodiuntur. Nota hic parabolam de Esopo de canibus & lupis uolentibus bellare. Quidam lupus antiquus qui multa uiderat & audiuerat dixit, Rogo ꝙ ante p̄liũ ꝑmittatis me loqui cum canib⁹. Qui dixit canibus, Magnũ malum erit uobis bellare nobiscũ, qm̃ uel eritis uicti, & sic male ꝓ uobis, uel uictores, & si morimur, uos perditis uitam, quia nobis mortuis non indigent uobis. Hoc audito canes dissimulauerunt & fecerunt pacem. Significatum huius parabole est bonũ. Lupi sunt demones, canes autem predicatores, qui debent bellare, sed pacem fecerunt, quia iam predicatores non latrant contra demones pro custodia ouium, sed ut uideantur clerici, aut habeãt familiaritates, pecunias &c. predicant doctrinas Poetarum & non Christi. Ideo iam uerificatur illud Esa. lvj. Omnes bestie agri uenite ad deuorandum, uniuerse bestie saltus. Speculatores eius ceci omnes nescierunt, uniuersi canes muti non ualentes latrare, uidentes uana, dormientes, & amantes somnia, & canes impudentissimi nescierũt saturitatem. Ipsi pastores ignorauerunt scientiam, alias intelligentiam, omnes in uiam suam declinauerunt unusquisq; ad auaritiam suam a summo usq; ad nouissimum. Ideo deuorant lupi, scilicet demones, tot oues. Si dicatur, Mirum est ꝙ aliqua ouis ꝑeat, qa habet angelũ custodẽ &c. Rñdeo, ꝙ de⁹ ꝑ angelos custodit oues, sed nõ cogit liberꝝ arbitriũ. Xp̄s p̄cipit, angelus ꝓ̄o consilium dat, & inducit, sed non

cogit.uerbi gr̃a, Xp̃s ut dñs & pastor prĩcipalis precipit humilitatem, & angelus te inducit ad eandem, sed es ita malus & induratus in malitijs tuis &c.ꝙ nõ uis credere Christo precipienti, nec angelo cõsulenti, sed uis facere sup̃biam, pompã &c.Itẽ de alijs uirtutibus & uitijs oppositis.Ecce quare perduntur oues xp̃i, quia nolunt stare sub cura seu regimine pastoris. Iõ Dauid, Erraui sicut ouis que perijt &c.Dico tertio, ꝙ bõitas pastoris Christi ostenditur in hoc, ꝙ oues suas pascit copiose, scilicet in sacramento altaris. Multum est eñ qñ dñs permittit comedere oues ĩ horto suo, multomagis quando in sua mensa & de suo pane.Pl⁹ facit xp̃s in ouibus suis, quas permittit comedere in domo.s.ecclesia, & in mensa sua.s.altari, quibus dat non panem, sed corpus suum in cibum, & sãguinẽ suum in potum, non unũ frustrũ, sed totũ corpus.De hoc dicit euangelium, Sicut nouit me pr̃, & ego nosco patrẽ, & animam meam pono pro ouibus meis. Dicit hic Greg.ꝙ hoc dicit de sacramento altaris. Fecit xp̃s quod monuit, oñdit quod iussit.Bon⁹ pastor aĩam suã ꝓ ouib⁹ suis posuit, ut in sacramento nr̃o corpus suum & sanguinẽ uerteret, & oues quas redemerat, carnis sue alimento satiaret.De ista pastura prophetia. Ezech.xxxiiij.Hec dicit dominus. Ego pascam oues meas in montibus Israel, In pascuis uberrimis pascam eas & in montib⁹ excelsis.s.in tribus substantijs altissimis q̃ sunt in hostia consecrata. Vñ altior mõs seu creatura mundi corporalis, & melior est corpus Iesu Christi, quod ibi est in hostia. Mat. xxvj. Accipite & manducate, hoc est corpus meum. Dixit Christus in cena ap̃lis. Scd's mõs altissim⁹ super oẽs creaturas sp̃uales melior & excellentior est anima xp̃i, q̃ ibi est etiam in hostia consecrata ꝑ naturalẽ cõcomitãtiam. Tertius mõs altissimus, q̃a de omnib⁹ substantijs liquorosis melior & excellentior est sanguis xp̃i, q̃ ibi est per naturalem cõcomitantiam. Iõ non datur uobis in calice. Itẽ super oẽs creaturas corporales & sp̃uales & liquores est diuinitas, q̃ est tota [in ho]stia consecrata. Ecce qualis bolu[s] quare dicit ego pascã oues meas & ra[t]r. Si ergo uultis esse cum ang[elis in] pascuis paradisi, communicate q[uolibet] anno in pascha bene parati, al's nũ[quam reci]piemini in paradiso.Et est magna[ratio] ꝙ qui nolunt recipere Christum i[n do]mo sua, non recipiantur a xp̃o in p[aradi]so. Amen amen dico uobis, nisi m[an]caueritis carnem filij hoĩs, & biber[itis] ius sanguinem, non habebitis ui[tam in] uobis.Ioã.vj. Qui aũt cõmunicant [reci]piũtur a xp̃o di. Dignum est, q̃a m[e rece]pisti, ut te recipiã in domo mea.M[at.] Euge serue bone & fidelis. Nota q[ꝙ sicut] quolibet anno xp̃s debet recipi sac[ramen]taliter, sic in qualibet dñica debet [recipi] spiritualiter in missa, ĩ qua sacerdo[s] recipit sacramental'r, & tot⁹ ppl's [re]cipere debet spiritualiter. Iõ dicit [sacer]dos in cõicãdo, Refecti cibo pot[uque ce]lesti &c. Non dicit refectus, quia omnia membra corporis reficiuntur [ci]bo ab ore sumpto, sic de corpore [xp̃i] oĩa membra coniuncta reficiunt[ur]. Dic quomodo seruatis quatuor c[ondi]tionibus debent xp̃m recipere in [mis]sa spiritualiter. In dñica prima ne sint [...]ti.j.ad Cor.xj.Cum conuenitis ad [man]ducandum inuicem expectate.s.nol[ite] batis qñ &c.Secunda ut sint in con[fessi]one, q̃a quãdo homo inuitauit, [de]bet esse in manuũ ablutione. Dauid [po]pulus eius & oues pascue eius intr[ate] portas ei⁹, scilicet eccl'ie, in cõfessio[ne]. Non dicit in epistola, uel in euang[elio]. Tertia ne loquantur in ecclesia.Hec [di]cit dñs deus sctũs Israel. Si reuerta[mini] & quiescatis, salui eritis.In silentio [et] spe erit fortitudo ur̃a.Esa.xxx.Nota [re]uertamini, scilicet a laboribus & ne[go]tijs temporalibus. Quartã, ne recea[nt] quousq; datur cõgerium benedictio[nis] iuxta illud Deuter.xxxij.Date magn[ificen]tiam deo nostro, dei perfecta sunt o[pera] &c. Dico quarto, ꝙ xp̃s tanq̃ bonus [pa]stor oues suas collocat secure.Sicut [pa]stor in securo collocat oues suas &c.

facit Christus. De hoc quarta pars euangelij. Alias oues habeo, q̃ nõ sunt ex hoc ouili &c. usq; in finem. Vnde bona gens uideo ꝙ uos qui habetis oues in monte in pascuis, cum uenit nox, ponitis eas in aliquo ouili, ne lupi deuorent eas. Sic facit Iesus de nobis quãdo uenit uesper, scilicet dies mortis, Iesus collocat animas in paradiso, si bene uixerunt, ne lupus .i. diabolus eas deuoret. Et loquitur Christus angelis dicens, Alias oues habeo, scilicet homines & mulieres, & illas oportet me adducere, scilicet per innocentiam, uel per obediẽtiam, uel per penitentiam. Ouile seu locus ouium harũ ubi ĩ nocte mortis securissime requiescẽt est celum empyreũ, scilicet societas angelorũ & fit unũ ouile & unus pastor &c.

De eadem dominica. Sermo secundus.

Fiet unum ouile & unus pastor. Io.x. In pñti sermone iuxta motiuũ thematis uolo uobis predicare & declarare quõ aĩe sctẽ collocantur, & ordinantur in paradiso, & si uultis tenere bonam uitam, scietis cum quibus angelis eritis collocandi in paradiso. Credo ꝙ erit materia deo gratiosa & acceptabilis, & nobis proficuosa & meritoria. Sed primo salutetur uirgo Maria. Pro huius uerbi declaratione & ueniendo ad materiam predicãdam, Sciendum ꝙ inter antiquos doctores & magistros fuerunt due magne questiones, de ordinatione animarum & angelorũ in paradiso. Questio prima erat de preeminentia. Secundã de residentia. Prima de preeminentia, Vtrũ angeli in celo sint sũpiores & altiores aĩab⁹, uel econuerso, uel sint equales. Scd'a de residentia, Vtrũ angeli oẽs in gloria sint ad dexterã xp̃i, & aĩe ad sinistrã, uel ꝑ oppositũ, uel si stent simul. He questiones erant difficiles ad sciendum, sed xp̃s eas declarauit respondendo ad unam questionẽ quam sibi fecerunt Iudei, de qua loquũtur tres euangeliste, scilicet Mat. xxij. Mar. xij. & Luc. xx. Dic historiam de questione facta Christo de muliere q̃ habuit septem uiros, in resurrectione cuius esset uxor. Quibus xp̃s rñdens dixit, Filij huius seculi nubunt, & traduntur ad nuptias, illi uero qui digni habebuntur seculo illo in resurrectiõe ex mortuis, nõ nubent, neq; ducent uxores, neq; ultra mori poterunt. Equales eñ angelis sũt. Luc. xx. Patet rñsio ad primam questionem de preeminentia, ꝙ angeli non sũt superiores animabus, nec ecõuerso, sed anime & angeli sunt equales, scilicet in puritate, dignitate, & gl'ia. Secunda questio est de residentia, q̃ patet ex alia xp̃i rñsione, quam fecit Iudeis dicẽs, Erratis, nesciẽtes scripturas, neq; uirtutem dei. In resurrectione eñ neq; nubũt neq; nubentur, sed erunt sicut angeli dei in celo. Mat. xxij. Nota ly sicut est aduerbium, & dicit similitudinem, ergo angeli non erunt ad dexteram, & anime ad sinistram uel econuerso, sed erunt simul. Et hoc dicit thema propositum, Fiet unũ ouile, scilicet de hominib⁹ bone uite, & de angelis, sub uno pastore, scilicet xp̃o regnante super omnes. Modo ex doctrina Christi, & Apostoli Pauli, & Ioãnis euangeliste qui hoc uidebunt ex xp̃i ostẽsione eis facta, nos scimus ordinationẽ paradisi quomodo ibi sunt nouem ordines angelorũ, ut expresse hic ponit Dionysius q̃ habuit a Paulo, quos ordines beatus Ioannes uocat plateas. Et platee ciuitatis aurum mundum, tanq̃ uitrum ꝑlucidum. Apoc. xxj. Nota corporalẽ pulchritudinem platearum. Intñ ꝙ si possent uideri &c. In prima platea sunt angeli sic dicti. Et de isto ordine quilibet nostrum habet unum angelum ad custodiam sibi deputatum, ubi sunt plures q̃ sunt in mundo folia arborum. Dicit sanctus Tho. ꝙ sicut quantitas cõtinua istorum inferiorum non est nisi punctus respectu quãtitatis celi: Sic q̃titas discreta rerũ mũdanarũ nihil est respectu quantitatis discrete illorum qui sunt in celo. Et in hac prima platea est capitaneus Raphael. Secunda platea altior est archangelorum, capitaneus est Gabriel. Tertia pla-

gia platea est principatuũ, Capitaneus est Michael. Autoritas. Dan .x. Ecce Michael un⁹ de principib⁹ primis. Quarta omnib⁹ predictis excellẽtior est potestatũ. Nescitur qs est ibi capitaneus, qa de⁹ nõ reuelauit nisi de tribus predictis. Quinta pulchrior est uirtutum. Sexta dñationum. Septima thronorũ. Octaua cherubin. Nona omnib⁹ alijs maior, nobilior, & pulchrior seraphin. Aĩe aũt collocantur quedã in primo ordine, quedam in scđo &c. Nulla autẽ est sup oẽs ordines angelorum, nisi solus Christus cum uirgine Maria a dextris eius. Hieronymus, Non est fas credere aliquẽ sanctorũ oẽs ordines angelorum transcendere, nisi solũ uirginem Mariã, de qua dicit ecclesia, Exaltata est scã dei genitrix sup choros angelorum ad celestia regna. Et sic fit in celo empyreo unum ouile & unus pastor. Modo declarabo uobis q̃ aĩe uadũt in primo ordine, & q̃ in secũdo &c. Et dũ ego dicam qlibet uestrum cogitet de se & uideat si teneat talem modũ uiuendi. Vnde sicut sunt in celo nouẽ plateę seu ordines angelorũ, sic sunt in hoc mundo nouẽ modi bone uite correspõdentes nouem ordinibus angelorũ. & q sunt in primo gradu bone uite, collocantur iu primo ordine. Primus modus seu gradus bone uite est afflictio penitẽtialis. s. de peccatis, de quibus nullus potest se excusare, facere penitentiam, pro tempore conuerti ad deum, conteri cum ꝓposito non redeundi ad pctã, confiteri, uitare occasiones peccandi, affligere carnem aliquo modo uel ieiunio, uel cilicio, uel disciplinis &c. quia occasiõe carnis peccamus. Tales quando decedunt, facta condigna penitentia, qa aľs complebitur in purgatorio, quando talis est in articulo mortis, subito angelus custos ascendit in celum. Et Christus interrogat, Que noua? licet sciat oĩa, tũ ipẽ iterrogat iustũ & impium. ps. x. Respondet angelus dicens, Dñe mõ sunt tot anni ꝙ uos commisistis mihi talem, & mõ est in articulo mortis, & dñe uixit sic &c. Et uirgo gaudet, & dicit filio, Fili honorã-

dus est ex quo amore uestri fecit
non ex uana gľia. Tũc xp̃s uocat
lem dicẽs ꝙ uocet angelos & m
sociandum & liberandum a dem
De hoc autoritas, Si fuerit ꝓ eo a
loquens unus de milibus ut ann
hois equitatẽ, miserebitur eius &
Libera eũ ut nõ descendat in cor
nẽ. Inueni in quo ei ꝓpicier. Iob.
Hoc uidentes & scientes filij uest
ui, petunt ꝓ gr̃a a xp̃o ut honorẽ
uel matrẽ &c. Et descendunt cum
lis, ut hoc patet ex multis miracul
statim sentit pñtiam angelorum, &
rata a corpore statim uidet angelo
nimas, & cognoscit oẽs, & salutat
cens, O angeli benedicti & uñ he
Deinde uocat filios noĩb⁹ di. & ub
ter tuus maior? Rñdet in inferno
ta quõ de magnis pauci saluantur,
sunt pleni superbia. Quãuis aĩa d
coniuncta carni, non potest uide
carnalia uel corporalia &c. Deinde
dunt in celum, & aĩa ascẽdit in me
gelorũ ad instar nobilis spõse, q̃
ptiarũ associatur a baronib⁹ &c. D
autoritas. Factum est ut moreretur
dicus, & portaretur ab angelis in
Abrae. i. in gľiam paradisi. Luc. xvj.
sunt in porta paradisi, portarij ape
intrant, & statim in prima platea fi
gnum festum ab angelis. Autoritas
co uobis ꝙ gaudium est coram a
dei super uno pctõre penitentiam
te. Luc. xv. Bis ponitur hec autori
dicto cap̃. quia gaudent tã angeli
sctĩ. Quanto ergo magis gaudent &
geli & sctĩ super uno pctõre penite
cõplente, & celũ introeũte? Deinde
nit aĩa usq; ad xp̃m & ibi coronatu
ipso xp̃o. O qualis amor. Autoritas.
autẽ in perpetuum uiuent & apud d
num est merces eorum & cogitatio
rum apud altissimũ. Iõ accipient re
decoris & diadema spẽi de manu do
ni. Sap. v. Quãtũ gaudet rex in die c
nationis sue qñ coronatur, q̃ coro
nihil est respectu illius corone que
ti non põt. Tunc de aĩa coronata d

xp̃s, Collocetur in ordine angelorꝝ in ca
thedra. Ergo bonũ est facere penitentiã
de pc̃tis. Iõ xp̃s, Penitẽtiã agite, appropi
quabit enĩ regnũ celorũ. Mat. iiij. Secũdꝰ
gradus seu modus bone uite est melior.
s. deuotio spũalis p̱ additionẽ, quia ultra
afflictionẽ penitentialem hñt deuotionẽ
spiritualem q̃ est melior. Rõ, quia meli-
or est aĩa q̃ corpus. afflictio penitentialis
tangit corpus, sed deuotio tangit aĩam q̃
est melior corpore. Spũs est qui uiuifi-
cat, caro nõ prodest qcq̃. Io. vj. Corpus
enĩ oĩa bona habet ab aĩa. s. uidere, audi-
re &c. Deuotio spũalis est; qñ homo libẽ
ter & cum gaudio facit spũalia, ut orare.
Qñ religiosi & clerici dicũt suum offĩm
deuote & distincte, surgunt ad matuti-
nas de nocte, quas dicunt in memoriam
passiõis seu captiõis xp̃i. Idem de alijs ho
ris canonicis. Secus de illis qui dicũt ma
tutinas albas, uel rubeas, nec celebrant
nisi pro pecunijs. Idem de deuotione
spirituali secularium, facere orõnẽ quo
libet die deuote nõ induẽdo &c. audire
missam & sermones in dñica cũ silẽtio,
confiteri & cõicare &c. Qñ tales dece-
dunt collocantur in secũdo ordine. s. ar-
chãgelorꝝ, scd'm practicam prius dictam,
& fit eis maior honor, quia ultra afflictio
nem penitentialem hũerunt deuotionẽ
spũalẽ. Et in qualibet platea fit magnum
festũ dicẽdo, Felix dies, felix hora, felix
tp̃s, felix mora in qua penitẽtiã comple-
uisti cantando. Rõ est, quia decet qui in
hoc mũdo magis approximatur deo, qd'
etiam in alio sit ꝓpinquior. Iõ dicebat
Dauid, Ecce qui elongant se ad te. s. p in
deuotionem spũalẽ, pibũt in corpore &
aĩa. Mihi autem adherere deo. s. p deuo
tionem spiritualem, bonum est. ps. lxxij.
Tertius modus est melior. s. miseratio
fraternitatis semper ĩtelligitur per addi
tionem, qñ ultra afflictiõem & deuotio
nem spiritualem habent miserationem
fraternalẽ. Dicũt doctores theologie, ꝙ
bonũ est ieiuniũ, qd' est afflictio. Melior
est oratio que est deuotio. Sed adhuc me
lior est eleemosyna q̃ est miseratio frat-
nalis. Qñ hõ cõpatiẽ pauperi, tũc dat sibi
de corde. Quando iuuat eum dando si-
bi cibum uel potum tunicã &c. tunc dat
sibi eleemosynam de bursa. Dic modum
dandi elemosynam portando pecunias
in manu &c. Sic enĩ uitatur uana gl'ia in
te, & uerecundia in paupere. Seneca, Ni
hil carius emitur, q̃ quod precibus obti-
netur. Cogitate ꝙ qñ uaditis ad eccl'iam,
uadatis ad petẽdũ eleemosynã a xp̃o &c.
uel sanitatem uel pacẽ. Iõ date & dabitur
uobis, uel mutuando sine usura. Vñ in a-
liquo casu maior eleemosyna est mutua
re q̃ dare &c. Item secrete mittere pau-
peribus ꝟecũdis bladum uel uinũ uel ue
stes. Item puellis ad maritandum. Item
soluendo pro captiuis, qñdo tales mori
untur, aĩa collocatur cũ maximo honore
in tertio ordine. s. principatus, non sine
ratione. ergo dixit xp̃s, Beati misericor-
des, qm ipsi mĩam cõsequentur. Mat. v.
Quartus modus oĩbus alijs predictis me
lior est patientia uirtualis. Rõ, quia sunt
multi qui libenter faciũt pñiam, & orãt
deuote, & faciunt eleẽmosynas, sed ĩ ad
uersitate nesciunt habere patientiã, quã-
do deus dat eis aliquam tribulationem,
quia omnia mala pene sunt a deo, ut in-
firmitates quas habemꝰ, & paupertatem
patienter sustinere, non indignari ĩ cor-
de, murmurare contra deum. De hoc di-
co uobis mirabile de illo sancto homi-
ne Iob ditissimo, qui habebat septem fi-
lios nobiles, & tres filias, septem milia
ouiũ, mille boues, tria milia camelorꝝ,
quingentas asinas, & multas possessio-
nes & redditus, & una die perdidit om-
nia. Dic practice quomodo ueniebant
serui nunciantes sibi quomodo Caldei
ceperunt boues &c. Qui in fine patient
respondit, & dixit, Nudus egressus sum
&c. Dominus dedit, dominus abstulit, si
cut domino placuit ita factum est. Sit no
men dñi benedictum. Iob. j. & .ij. ca. Et
qñ uos perditis unum animal uel aliud
qd, maledicitis &c. iõ patienter sustine
te. hec est dei uirtus q̃ uocaẽ magna, Act.
viij. Quando tales decedunt, collocãtur
in quarto ordine altiores Michaele. s. in
ordine potestatũ cũ tãto honore ꝙ non

ſufficiunt uerba ad exprimendum, ſed
cogitate. Iõ Apl̃s, Patientia uobis neceſ
ſaria eſt.ſ.pro iſta gloria habenda, ut uo-
luntatem dei facientes, reportetis pro-
miſsionem, ſcilicet illius glorie. ad Heb.
x. Quintus modus melior eſt concordã-
tia proximalis q̃ eſt maior. Ratio, quia ha
bere patientiam in hoc quod deus facit,
eſt de neceſsitate facere uirtutem, quia
non potes te uindicare de deo, ſed de in
iurijs q̃ fiunt a ꝓxĩo, de quo hõ poteſt ſe
uindicare, & non uelle uindictam ꝓpter
deũ, hec eſt magna uirtus, qñ nec indi-
gnatur in corde, nec aufert uerbũ, immo
orat pro eis. qñ tales decedũt, collocãtur
in quinto ordine.ſ.uirtutum. Cogitate q̃
feſta fiunt in quolibet ordine qñ tranſit
&c. Ideo Apoſtolus, Si fieri poteſt, quan-
tum ex uobis eſt cum omnibus hoĩbus
pacem habentes. Nõ uoſmetipſos defen
dentes.i. uindicantes chariſsimi, ſed da-
te locum ire. Scriptum eſt em̃, Mihi uin
dictam & ego retribuam dicit dominus.
ad Ro.xij. & Deut.xxxij. Nota, ſi fieri po
teſt.ſ.quãtũ eſt ex parte ueſtra requiren-
do pacem, etiam ſi eſtis iniuriatus, qaibi
eſt meritum. Sextus modus alijs melior
eſt preſidentia humanalis.ſ. prelatorum
eccl̃ie & dñoꝝ temporaliũ. Hec eſt ma-
ior. Rõ, quia non ſolum reſpicit utilita-
tem proprie perſone, ut alij quinq; mo-
di predicti, ſed utilitatem etiam totius
ppl̃i ſibi ſubiecti, quia nõ ſolũ gubernat
ſe bene in perſona ſua & ꝟtuoſe, ſed etiã
totũ ppl̃m ſibi cõmiſſum. Verbi gr̃a, de
bono papa &c. uſq; ad rectorẽ, & de bo-
no imperatore uſq; ad rectorẽ ciuitatis,
quando habuit iuſtum titulũ &c. Et quã-
do ſunt in dñio, nõ ſolũ gubernãt ꝑſonã
in afflictione penitentiali, et deuotione
ſpirituali, & miſeratione fraternali, & in
patientia uirtuali, & concordantia pro-
ximali, immo ultra hoc regunt ppl̃m in
iuſtitia, quia nec amore, nec odio, nec pe
cunia faciunt contra iuſtitiam, conten-
tantur de ſuis redditibus, non faciunt
oppreſſiones &c. Idẽ de prelatis eccleſia
ſticis, q corrigunt pc̃ã notoria, quia ex
predictis ſecretis q̃ nõ cadũt in iudicio
hoĩm, ſed dei, nõ punit̃ ſiue ciui[...]
cõitas. Qñ tales decedũt, colloca[...]
magno feſto & honore in ſexto o[...]
ſ.dñationũ. Dic quõ ibi fit magn[...]
in quolibet ordine tranſeũdo. Di[...]
go Maria filio, magnum feſtum de[...]
ri, quia tot anni ſunt ꝙ nullus aſc[...]
talibus, quia oẽs ſe male guberna[...]
de illo qui poſt mortẽ apparuit a[...]
ſuo dicẽs, Si fuiſſem de numero p[...]
rum, nõ fuiſſem de numero ſaluan[...]
Ideo dicit ſcriptura, Si delectami[...]
dibus, & ſceptris o reges ppl̃i, dili[...]
pientiam, ut in perpetuum regne[...]
ligite lumẽ ſapiẽtie oẽs q preeſt[...]
&c. Sap̃.vj. Septimus ſemper aſce[...]
eſt maior.ſ.paupertatis apl̃icalis, q[...]
re Chriſti homo deſpicit & ami[...]
mnia bona tẽpalia, & eſt ita philo[...]
de paupertate, ꝙ nihil uult haber[...]
neceſsitatem, & ꝓcurat honorem
ſaluationem animarum. Qñ tales [...]
dũt, cum magnis honoribus colloc[...]
in ſeptimo ordine.ſ. cũ thronis. A[...]
tas. Beatus Petrus ꝓ ſe & ꝓ alijs de
apl̃ica q̃ſiuit a xp̃o dicẽs, Ecce noſt[...]
mus &c. Matth.xix. Rñdit xp̃s, Ame[...]
co uobis ꝙ uos q ſecuti eſtis me, i[...]
gñatione cum ſederit filius homi[...]
ſede maie. ſue, ſedebitis & uos ſupe[...]
des. Lucas dicit, Sedebitis ſuper th[...]
in duodecim tribus Iſr̃l. Luc.xxij. O[...]
uus gradus melior eſt ſapientia di[...]
lis, quando ultra paupertatem apl̃ic[...]
bent ſapientiam diuinam, & ſunt il[...]
nati, & in ſe hñt intellectum clarum
illuminant alios in ueritate fidei ca[...]
lice predicando contra tenebras p[...]
Qñ tales decedunt, collocantur in [...]
uo ordine, ſcilicet Cherubin, q inte[...]
tatur plenitudo ſcientie. Autoritas. [...]
docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplen[...]
firmamẽti, & q ad iuſtitiam erudiũt[...]
tos, quaſi ſtelle in perpetuas eternita[...]
Dañ.xij. Nonꝰ gradꝰ, oĩbꝰ alijs ſupra[...]
ctis melior eſt charitas ſupernalis. [...]
maior horꝝ eſt charitas. j. ad Cor̃.xiij.
aliq ſed pauci ita ardentes & inflam[...]
ti in amore dei, ꝙ oĩno ſunt igniti, q[...]

nihil aliud uolũt, nec desiderãt nisi deũ, amore cui⁹ oẽs labores sunt dulces, semper desiderant esse cũ xp̃o. Vñ si de⁹ diceret eis, Adhuc oportet p̃ annũ expectare, & uiuere in mundo. Rñderent, O domine, & quare non statĩ &c. Nota contra illos q̃ fugiũt mortalitates exẽplo duorum captorum. Iustus gaudet qñ dicitur sibi ꝙ exeat de carcere, secus de illo qui est cõscius sibi &c. Sed pauci sunt sic inflãmati diuino amore, sed heu maior p̃s de uanitatibus mundi, ut miles de pulchro equo, sacerdos de pingui bñficio, religiosus de aliquo libro, sed nõ de libro uite.s. xp̃o, mulieres de pulchra ueste, uel ornatu, laboratores de pulchra possesione, uel uinea. Inflammãtur istis miserijs statĩ dimittendis, & non curant de istis bonis perpetuis, de xp̃o, de uirgine Maria, & de sc̃tis. Qui uero in perpetuis & futuris, & dei amore inflãmati fuerĩt cũ Paulo, qui ait, Cupio dissolui &c. qñ tales decedũt, cũ honore & festis indicibilibus collocãtur in nono ordine. s. Seraphinorum. Dicatur quomodo illa aĩa leuat a sc̃tis angelis, ut depingit de Magdalena, cũ cãticis & ĩstrumentis, & angeli respiciũt per fenestras suas, & ip̃am salutãt dicendo, O benedicta dies in qua incepisti seruire deo. Iõ ap̃s, Super omnia charitatem habete, qđ est uinculum perfectionis, ad Coll. iij. Auisetis uos, q̃a nisi teneatis aliquem modum uiuendi de nouem predictis, non intrabitis paradisum, quia non sunt alij modi bene uiuendi. Ecce quomodo fit unum ouile & unus pastor.

De eadem dominica. Sermo. iij.

PEccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. j. Pe. ij. Sermo noster erit de fructu passionis Christi. s. uitãdi, destruendi, & expellẽdi peccata. Sed primo salutetur ỹgo Maria. Verbum propositum habet subtilitatem & difficultatem in theologia. Itẽ uolo ip̃m declarare dupl̃r intellectum sc̃d'm duas rõnes, ꝓpter quas xp̃s pc̃tã nr̃a ptulit in corpore suo sup lignũ. Prima p̃ satisfactionẽ gñalẽ, & hoc ut pc̃tã p̃terita sint indulta. Sc̃d'a p̃ instructionẽ uirtualẽ, & hoc ut pc̃tã futura sint defensata & ꝓpulsata, uel eiecta. Iõ dicit thema, Pc̃tã nr̃a ipse pertulit, id est, pfecte tulit. Dico primo ꝙ xp̃s ptulit pc̃tã nr̃a in corpe suo sup lignũ crucis ꝓ satisfactione gñali, iõ ut p̃terita dimitterentur, q̃a on⁹ & penã quã nos debebamus portare pro pc̃tis nr̃is, ipse portauit. Pro declaratione dic casum de cõitate seu uniuersitate, q̃ cõmisit crimẽ magnũ cõtra suũ prĩcipẽ & dñm, ꝓpter qđ fuit data sententia contra eos cõdẽnationis, uel ꝙ intra certum tp̃s mille milia florenorum soluerent, & non poterãt nec cẽtũ, uel ꝙ hoĩes & mulieres & pueri suspẽderent. Sed uenit hõ q̃dã diues, & soluit prĩcipi pro uniuersitate, & sic illa cõitas fuit libera a pena & solutione. Sic est de facto dñi nr̃i Iesu xp̃i. Nã iã uniuersitas seu cõitas generis humani ex peccato primi hoĩs & aliorũ post obligata erat, & data sententia fuerat contra eam in iudicio diuino, uel ꝙ satisfacerent deo, uel ꝙ suspenderentur in furca inferni. Et totum genus humanum non posset deo satisfacere pro uno peccato mortali. Rõ, quia peccatum contra deum factum est infinite offense, propter dignitatem dei qui offenditur. Vnde offendere laboratorem est peccatum, sed maius pc̃tm̃ est militẽ, maius peccatum est comitẽ, & sic ascendendo in infinitum, quo offenditur deus. Sed uenit ille diues hõ. s. xp̃s, portans infinitum thesaurum in gazophilacio corporis sui, dicens deo pr̃i, Pr̃ cõpatior huic uniuersitati, quod omnes suspendantur. Ad quẽ pater, Fili sicut sum misericors eternaliter essentialiter, ita sum & iustus. Iõ &c. Et filius, Iõ pater ego soluam, ego solus suspendar in furca crucis, ne aliquis mihi credens & obediens suspendatur in furca inferni. & placuit deo pr̃i. Iõ Christus soluit precium sanguinis de capite per coronam, de manibus & pedibus ex clauis &c. Ecce quõ peccata nostra. s. preterita ip̃e xp̃s ptulit per satisfactionẽ & redẽptionẽ gñalem,

ut dimittanť. De hoc autoritas, Christus semel pro peccatis nr̃is mortuꝰ est iustꝰ ꝓ iniustis, ut nos offerret deo, mortificatos quidẽ carne, uiuificatos aũt spũ. j. Pe. iij. Nota uiuificatos spũ. Sunt hic due q̃stiones. Prima, diceret aliquis qualem redemptionem fecit xp̃s, cũ tñ adhuc multi damnẽtur, ut infideles, iudei & agareni, & multi alij. Secunda questio de nobis xp̃ianis. Si xp̃s sufficienter & abũdanter redemit nos, & pro nobis soluit precium, quid ergo oportet me soluere & facere penitentiã de pc̃tis meis ex quo xp̃s abũdãter soluit, quare ergo confessores dãt pniã. Hic dico istam ueritatẽ, ꝙ xp̃s sufficiẽtur & abundãter, imo & superabundanter soluit ꝓ oĩbꝰ pc̃tis p̃teritis p̃sentibus & futuris q̃ pñt fieri, non solũ ꝓ peccatis xp̃ianoꝝ, imo etiã oĩm infideliũ, non solũ ꝓ isto mũdo, imo etiam ꝓ mille milibus mũdis si essent. Autoritas. Ip̃e est ꝓpiciatio ꝓ pc̃tis nr̃is, nõ pro pc̃tis nr̃is tm̃, sed etiã pro totius mũdi, sup. pc̃tis. j. Io. ij. Rñdeo ad questiões, ꝙ licet p̃ciũ redemptionis sit solutũ abũdãter ꝓ oĩbꝰ & supabũdãter, tñ oportet ꝙ illa redẽptio uel solutio sit aliquo mõ applicata. Quod fit dupl̃r, uel ꝑ lotionẽ baptismalẽ, uel per afflictionẽ penitẽtialẽ. De primo qñ aliquis baptizatur paruꝰ uel adultus. q.d. xp̃s soluit. iõ uenio ad baptismũ gaudẽs de sua solutione & in signũ huius recipio baptismum, talẽ nihil oportet soluere ꝓ pc̃tis suis, etiam si fecisset oĩa pc̃ã mũdi, nullã eũ oportet facere pniam, ex quo diues hõ soluit ꝓ cõitate. Si uos q estis de cõitate ꝓtestatis dicendo, Nolo gaudere illa solutiõe, remanetis in illa obligatione. Ita faciunt infideles ut iudei & agareni. Sed si uos protestatis & dicitis ꝙ uultis gaudere illa solutione, non remanetis obligati. Patet ratio, quia iudei & agareni damnantur. Diceret aliquis quare solutio & redemptio xp̃i executatur & applicatur nobis per lauamentum aq̃ baptismalis. Dicatur quõ xp̃s fuit lotꝰ & baptizatus in sanguine, sed qa homo nõ põt lauari in illo sanguine xp̃i, iõ lauať hõ in signum lotionis illius sanguĩs xp̃i, ꝟtute[...] uamentum aq̃ baptismalis habet[...] & efficaciã lauãdi aĩam. Ecce qu[...] cit autoritas. Xp̃s mortuus est &c[...] offerret deo per baptismũ. Patet s[...] ad primam questionem. Ad secũdã[...] stionẽ de nobis xp̃ianis quid dic[...] ꝙ si xp̃s abundanter & superabun[...] satisfecit pro nobis, quare ergo di[...] fessor, soluatis satisfaciendo pnia[...] Rñdeo hic & dico ꝙ in prima appli[...] ne solutionis xp̃i ꝑ baptismum que[...] cepistis, non oportet ꝙ uos soluat[...] quid. s. faciendo pnĩam de pc̃tis. S[...] post baptismũ iteꝝ uos obligastis[...] plicium inferni ex pc̃tis q̃ post ba[...] fecistis, iõ oportet ꝙ iteꝝ uobis [...] tur illa solutio & redemptio xp̃i, [...] baptismũ, qa non habet ꝟtutẽ nisi[...] Sic & xp̃s non est mortuus pro no[...] si semel, ideo oportet ꝙ applicet[...] per afflictionẽ pnĩalẽ. Qm̃ sicut xp̃s[...] dolores ĩ passiõe sua, ita & nos ĩ pn[...] bemꝰ sentire dolores in corpore[...] iunando, ciliciũ portando, orando, [...] lãdo, disciplinando se &c. Sic applic[...] in nobis sc̃d'o modo. Et sicut xp̃s ĩ p[...] one habuit multos dolores, sic iste[...] penitẽtie põt iterari multoties, qa[...] quoties. Ideo quando aliquis dicit, [...] lo confiteri nec facere pnĩam, talis e[...] iudeus, q dicit, Nolo gaudere de Ch[...] solutione & redemptione, propter[...] mõ non uult recipere baptismum. I[...] de impenitente, & licet hoc non [...] ore, dicit tñ fc̃tõ & ope. Patet prim[...] Dico sc̃d'o ꝙ xp̃s ꝑtulit pc̃tã mũdi [...] pore suo sup lignũ crucis ꝑ informa[...] nem uel instructionem uirtualẽ, &[...] ut peccata futura uitentur. Dic quõ[...] pc̃tã mortalia mundi includuntur &[...] ducunť ad septem pc̃tã mortalia qu[...] cuntur capitalia, propter hoc dñs no[...] Iesus xp̃s in cruce fecit septem opa, [...] quolibet ope dedit nobis exemplum[...] instructionem uitandi unum pc̃tm̃ mo[...] tale. Primũ opꝰ notabile ꝙ xp̃s fecit[...] quia qñ debuit poni ĩ cruce, ipse met[...] luit se denudare, quia nullꝰ poterat e[...]

coge

cogere, si uoluisset. Est hic questio, quare sic nudus uoluit crucifigi, qa sicut uidetis nullus malefactor suspēditur totus nudus. Cū ergo xp̄s esset nobilis homo de genere Dauid, & hoc Iudeis erat notum, quare ergo uoluit nudari? rñdeo ꝙ hoc fecit xp̄s ut daret nobis exemplum & instructionem uitandi & expellendi a nobis unum pct̄m mortale quod dicitur pct̄m auaricie. Voluit nudari anteq̄ se poneret in lecto crucis, dando exemplum ꝙ si tenetis aliquid per auariciam uel ꝑ rapinā coactā, ut dñi tpales uel maiores contra minores, uel ꝑ furtū secretū, ut faciūt uasalli cōtra dños & cōtra eccl̄iā retinendo decimas uel ꝓmitias &c. uel per usurā, ut faciunt usurarij mutuando uel emēdo &c. uel per fraudē, ut faciunt aliqui mercatores, uel per calumniam, ut faciunt iuriste, iudices, assessores, aduocati, ꝓcuratores, uel per retentionē, ut faciunt dñi q retinent soldatas seruorum, uel heredes bona defunctorū, uel alij retinēdo rē inuētā uel quocūq; mō. Si uis saluari fac ut xp̄s. Vñ anq̄ ponas te in lecto per infirmitatem denuda te ut xp̄s satisfaciendo & restituendo. O qualis instructio pro usurarijs q dicunt confessori, Pr̄ dimittā in testamento ut heres satisfaciat &c. Non credas te ex hoc euadere dānationem eternam, ex quo tu non uis satisfacere in uita tua, licet dimittas in testamēto, qa tua uoluntas nō est satisfacere si uiuis, & cōdēnas filium uł heredē q etiā nihil faciet de satisfactione, ut patet ad ocl̄m de omnibꝰ. immo dicet, Ipe fecit usuram & furta, & dicit ꝙ ego satisfaciam, bñfaciam &c. Iō multi sunt in hoc decepti. De diuitijs taliū dicit scriptura sc̄tā. De mercedibus meretricis cōgregata sunt, & usq; ad mercedē meretricis reuertentur. Super hoc plangam & ululabo, uadam spoliatus & nudus. Michee .j. Nota de mercedibus meretricis. Hec meretrix est auaritia q̄ omnibus se cōicat, & dñis temporalibus & prelatis ecclesiasticis, religiosis & clericis, Iudeis & Agarenis. Pecunie ergo de malo iusto, de mercedibus meretricis congregate sunt, & usq; ad mercedē meretricis reuertētur, qa qñ moriuntur de depredantur ex auaricia, primo a scutiferis, amicis & parentibus &c. Idē de prelatis, clericis & religiosis. Quia de mercede meretricis .s. symonie cōgregate sūt, & usq; ad mercedem meretricis reuertētur, qa collectores totū recipiunt &c. Remedium est ergo illud quod dicit ꝓpheta, Super hoc .s. malū quod feci cōgregādo pecunias, plāgā ꝑ cōtritionem & ululabo ꝑ cōfessionē, uadā spoliatꝰ & nudꝰ ꝑ satisfactionē. Si ergo aliqs urm̄ est indutus ista mala ueste auaricie, denudet se, ut xp̄s, ne dānetur. Secundum opꝰ notabile quod Christus fecit, est conclauatio. Postq̄ fuit denudatus dixerunt sibi Iudei, Ponas te hic & clauabimus manus & pedes, & posuit se super lectum crucis asperum & durum. Cogitate cum quanto dolore fuit illa conclauatio, qa manꝰ sunt neruose & etiam pedes. Est hic questio quare hoc, qa oēs doctores theologie dicunt ꝙ minimꝰ dolor suꝰ suffecisset ex cōiunctione diuinitatis, quare ergo uoluit tot dolores sustinere? Rñdeo ꝙ hoc fecit ut daret nobis exemplum uitādi pct̄m luxurie, quod fit ad delectādū corpus, ut cogitet luxuriosꝰ dolores corporis Iesu xp̄i quos uoluit pro eo sustinere, ut dicat, ego nolo delectari. Nota ꝙ xp̄s in cruce in quinq; partibus sui corporis maxime sustinuit dolores .s.

Prima in toto corpore quando iacuit super crucem duram & grauem.
Sc̄d'a in clauatione manus dextre.
Tertia sinistre.
Quarta pedis dextri.
Quinta sinistri.

Quare hoc? Rñdeo ꝙ ad exemplū uitandi qnq; species luxurie. Prima dicit̄ simplex fornicatio, ista est minor. Dic quid est & quō dicūt multi ꝙ nō sit pct̄m &c. Et det̄ rō de filiabꝰ regis. Sc̄d'a spēs est adulteriū, qñ alt̄ iporꝝ uł ābo sūt de mr̄imonio, maiꝰ qa iā est pct̄m, qa nō solū fit iiuria deo, sed etiā ꝓxio. Tertia spēs dicitur incestus, qñ ibi est affinitas carnalis uel spūalis, iam est maius pct̄m. Quarta

ſpẽs eſt ſacrilegium, qñ perſona eſt ſacra
ta, quia religioſus uel cleric⁹ uel monia
lis maius pc̃tm̃ facit, qa contra uotũ facit
&c. Quinta ſpẽs contra naturam tam
magnũ peccatũ eſt ꝙ non debet noĩari.
Contra naturam eſt, qñ fit tali modo ꝙ
nõ põt ſequi generatio qũocunq; fiat.
Ecce quare xp̃s in quinq; locis ſui corpo
ris uoluit ſuſtinere dolores, ut he quin-
q; ſpẽs peccati luxurie uidentur. Ideo A
pl̃s, Qui xp̃i ſunt ut xp̃iani, carnem ſuam
crucifixerunt cum uitijs & concupiſcen-
tijs. Ad Gal̃.v. Tertium opus notabile
xp̃i fuit in cruce ꝓpitiatio. Poſtq̃ fuit cru
cifixus, erexerunt crucem. Cogitate do-
lorem totius corporis, ꝙ ſolũ ĩ clauis pẽ
debat. Tunc xp̃s uidit deum patrẽ ad re-
cipiendũ uindictã de crucifixorib⁹ filij,
ſi filius uoluiſſet, ꝓ quib⁹ orauit dicens,
Pater dimitte illis, quia neſciunt quid fa
ciunt. Luc.xxiij. Nota hic exẽplum & in-
ſtructionẽ quã dat nobis, quia non ſolũ
non uoluit recipe ipſe uindictã, ſed nec
ſuſtinuit quod alius. ſ. pater reciperet ꝓ
eo uindictam. Quare hoc? Rñdeo, ꝙ ad
dandũ exemplũ uitandi pc̃tm̃ ire ſeu uin
dicte, quod pc̃tm̃ multũ & nimis regnat
in mundo. Dicũt eñ nõnulli, ꝑ caput uel
per corpus dei ego me uindicabo &c.
Quid dices in iudicio quando xp̃s dicet
tibi, quare non remiſiſti mortem pr̃is uł
filij &c. Si dicis, dñe, quia certe malo mõ
& iniuſte fuit interfectus &c. & cum fal-
ſo proceſſu ſñiatus. Dicet xp̃s, Et nunqd
ego q ſum dñs, rex, & papa, maior mũdo,
iniuſte & cum falſo proceſſu fui ſñiatus?
tñ peperci. Dic contra aliquas mulieres
duriores hominibus, quid dicetis cũ uir
go Maria remiſerit mortem filij ſui, qui
tñ & plus ualebat q̃ filius ueſter, & quan
do audiuit ꝙ fili⁹ pepercit, etiam & ipſa
pepercit, & quãdo uidebat illos qui cru
cifixerant filium ſuum, ſalutabat eos di-
cens, Dñs ſit uobiſcũ, quia diabol⁹ erat
cum eis, ideo orabat ꝓ eis. Oportet re-
mittere. Vnde dicit xps. Mat.xviij. Pater
meus celeſtis tradet uos tortoribus, ſi
non remiſeritis unuſqſq; fratri ſuo de
cordib⁹ ur̃is. & ad Ephe.iiij. Eſtote inui-
cẽ benigni, miſericordes, donante[s]
cem, ſicut & deus in xp̃o donauit [n]
No. benigni in loquendo, miſeric[ordes]
in remittendo, ſicut deus in xp̃o. ſ[...]
te in cruce donauit uobis exem[plum].
Quartum opus fuit coronatio. Di[...]
modo Iudei portauerunt corona[m]
neam, quã ſibi impoſuerant in do[...]
lati, & dixerunt, Rex ueni huc & [...]
mus tibi coronã quam mereris. Q[...]
uoluit ſic coronari? Rñdeo ut dare[...]
bis exemplum & inſtructionem [...]
pc̃tm̃ ſupbie. Superb⁹ eñ cõiter ua[dit ca]
pite erecto, ſed humilis uadit cap[ite de]
miſſo, & ſtat ſimpł̃r. Supbus aũt po[...]
ſe &c. Contra quos dicit ſcriptura, [...]
rone ſuperbie, ebrijs Effraim, & fl[ori de]
cidenti glorie exaltationis eius. [...]
xxviij. Nota, ue corone ſuperbie. Q[uem]
admodum corona habet quatuor [...]
lilij, ſic corona ſuperbie uenit in [...]
ex quatuor. Flos añ ſuperbia ex ge[...]
flos retro ex bonis ſpiritualibus, f[los a]
dextris ſupbia de officio uel digni[tate]
flos a ſiniſtris ſuperbia q̃ uenit ex [...]
tẽporalib⁹ ſiue ex diuitijs. Ebrijs E[...]
qd̃ interpretatur creſcens uel abu[ndans]
qm̃ ſuperbia uenit uel ex abundanti[a bo]
norum, iõ faciunt uanitates, uel eb[...]
te ambitionũ & honorꝝ. Et ſic licet
pauperes, oĩa expendunt in uanitat[e]
ornamẽtorꝝ. Iõ Maria ỽgo cõmen[datur]
de hũili capite. Cant.iiij. Quã pulch[ra es]
amica mea, q̃ pulchra es, oculi tui co[lum]
barũ, non falconum, q hincinde re[...]
unt, ſequitur, Abſq; eo ꝙ intrinſecu[s la]
tet. ſ. humilitas cordis. Itẽ Tob.iiij. A [ſu]
perbia initium ſumpſit oĩs perditio. [an]
gelorum & hominũ, ut patet ĩ Luci[fero]
& in primis parentibus, qui prius p[...]
uerunt per ſuperbiã q̃ gulam. Nota [le]
gẽda ſãcti Ludouici regis, quomõ [ma]
ter ſua docuit eum ſextis ferijs non p[or]
tare crinilia. Et dic contra illos, qui [...]
nãt ſe plis. Quintum opus xp̃i fuit p[o]
tio. Quia xp̃s in cruce propter perdi[tio]
nẽ ſanguinis & ꝓpter malã noctẽ q[uam]
habuerat, & ꝓpter calorẽ habuit ſit[im]
clamauit dicens, Sitio, & tñ ſciebat [...]

po-

potũ sibi dãdũ,& licet peteret potũ, etiam dederũt sibi cibum. Mensa fuit arundo. Mappa folia. Cibus spongia. Potus acetum. Quare hoc ? Respondeo ut daret nobis exemplum uitandi peccatum gule. Cogitandum est quale prandium fuit datũ domino nostro Iesu Christo, ideo de cibis noli recipere nisi necessitatem. Idem de uino bñ limphato,& non comedere in dominica ante missam maiorẽ. Ratio,quia qui habet loqui cum rege uł Papa &c. Item seruare ecclesie ieiunia. Itẽ nõ bibere in taberna,sed in loco ur̃o. Persona gulosa semper uel frequẽter est luxuriosa. Iõ sunt tot mali ecclesiastici in mundo, quia dicit beatus Berñ. ꝙ gulosis personis & ebriosis uiuere caste est maius miraculum q̃ suscitare mortuos. Ideo xp̃s, Attendite ne grauentur corda uestra crapula & ebrietate. Luc. xxj. Sextum opus xp̃i notabile fuit spũalis occupatio. Qm̃ existens uiuens in cruce continue orauit. Dicit Hiero. cui fuit reuelatum quod dixit xp̃s,& incepit, Deus deus meus respice &c. usq; ad psalmũ, In te domine speraui, ubi dicitur, In manus tuas cõmendo spm̃ meũ. Dixit decem psalmos, ubi sunt centum quinquaginta uersus in commendationem psalterij, in quo sunt centum quinquaginta psalmi. Nota quare xp̃s sic uoluit occupari. Rñdeo ut daret nobis exemplũ & ĩstructionẽ uitãdi pct̃m acidie, ne ociose dimittamus tp̃s trãsire nobis concessum ad operandum, nõ solũ tp̃aliter, sed etiã spũaliter orando. Dic modum orãdi deuote. Ociosi sunt multi q cređũtur esse diligentes. Dic quõ iudicatur ille ociosus, q in sero non portat lucrũ, licet laborauerit per totam diẽ, sed qui portat lucrum in sero dicitur diligens, etiam si fuerit sedens per totam diem. Sic in sero mortis oportet nos ire ad portam paradisi. Et dicet xp̃s cuilibet, Videamus qd portas de quo uiues hic, qd lucratus es. Si nõ portas lucrum meritorium bonoꝝ operꝝ, dicet xp̃s, In quo tu expendisti tot annos quos tibi cõcessi? Rñdebis, Dñe in laboribus mundanis &c. Tales iudicabũtur ociosi apud xp̃m, qui hic iudicantur diligentes apud mũdũ. Diligentes iudicabuntur tũc ad xp̃m illi, q orant, audiunt missas, sermones &c. qui in sero portabant manus plenas thesauro meritorũ, qui cum gaudio recipiẽtur a xp̃o, otiosi uero mittentur ad hospitale miserorum. s. in infernum. Ideo dicit scriptura, Quodcunq; põt manus tua instanter operare, quia nec opus, nec rõ, nec sapiẽtia, nec scientia erunt apud inferos quo tu ꝑperas. Eccł. ix. Septimum opus xp̃i in cruce fuit lanceatio. Dic quomõ post mortẽ unus militum aperuit lancea latꝰ eius. Io. xix. Quare uoluit hoc fieri? Rñdeo ꝙ ad dandũ nobis exemplum & instructionẽ uitãdi pct̃m inuidie. Alia uulnera uoluit xp̃s recipere đũ uiueret, sed uulnus lateris post mortem. Rõ, qm̃ alia pct̃ã mortalia oĩa habẽt quid boni uel apparens bonum. Dic uerbi grã de oĩbus. Primo de superbia, quia delectabile uidetur superbo qñ honoratur &c. & sic de alijs. Sed pct̃m inuidie nullã habet rõnem boni, totum est mors, quia ĩuidia nõ est nisi dolor de bono alterius qui in corde cõsistit, licet etiam ostẽdatur lĩgua. Qm̃ cor inuidi habet linguam diffamatricẽ. Vnde si homo loquiť inuido de aliqua bona persona, statim dicit, non cognoscitis eam sicut ego &c. Item de alijs plagis xp̃i exiuit solum sanguis, de ista sanguis & aqua. Ratio, quia inuidus calefit gaudẽdo de malo ꝓximi, iõ exiuit aqua ad refrigerãdum. Scđo frigescit in amore & bono ꝓximi, ideo sãguis exiuit ad calefaciẽdũ. Iõ dicit scrip. Deponentes oẽm maliciã & oẽm dolũ,& simłatiões, & ĩuidias & oẽs detractiões, sicut mõ geniti ĩfãtes rõnales & sine dolo, lac cõcupiscite, ut ĩ eo crescatis ĩ salutẽ. j. Pet. ij. lac. s. charitatis, dilectiõis cõcupiscite &c.

Dñica. ij. post octa. pasche. Sermo. j.

QVid est hoc quod dixit nobis, Modicum & nõ uidebitis me, & iterum modicum & uidebitis me. Io xvj. Sermo noster erit de sancto euangelio, & habebimus multas

multas bonas doctrinas, sed primo salutē ÿgo Maria &c. Sctm̄ euāgelium hodiernū cōtinet quoddā piū parlamentū & gratiosum, quod fuit inter Christum & discipulos suos in nocte passionis, in quo fit mētio non solum de Christi passione, sed etiam de eius resurrectione & ascensione. Ideo hoc euangelium legitur modo inter resurrectionem & ascensionem. In quo, secundum quod uidebitis, dicitur septies modicum non sine mysterio. Ideo recepi ꝓ themate, Quid est hoc quod dixit nobis &c; Quoniam in nocte passionis Christ⁹ dixit, modicū & non uidebitis me &c. usq; ad patrem. Primum notat tempus passionis, quia tunc modicum, id est, tribus diebus non uiderunt eum. Modicum tempus fuit, quia solum per quadraginta horas durauit. Secundum modicum fuit a resurrectione usq; ad ascensionem, & de isto dixit, Et iterum modicū, & uidebitis me. Tertiū modicū fuit, qa discipuli ipsū nō intelligentes dicebant ad inuicē, Quid est hoc quod dicit nobis modicum? nescimus quid loquitur. Quartum, quādo eis declarauit dicens, De quo queritis inter uos? quia dixi uobis, modicum & nō uidebitis me, & iterum modicum &c. Dicatur similitudo mulieris parturientis, quia tempus partus uidetur sibi longum propter dolores, licet sit modicū. Sic postq̄ terra peperit filium dei per resurrectionem gloriosam gaudebitis &c. Patet euangelium ad literam, in quo patet quod septies dicitur modicum. Mirū est quomodo tam paruo parlamento toties dicitur modicum. Ideo habemus rationē querēdi & faciēdi questionē thematis. Quid est hoc qđ dicit nobis &c. ī quo dn̄s noster Iesus xp̄s oñdit secrete ꝙ nos habemus modicū de septē bonis spiritualibus que debemus habere.

Primo habemus modicū de discretione uel cognitione intellectuali.
Scd'o modicū de deuotione sp̄uali.
Tertio modicū de dilectione fīnali.
Quarto modicū de afflictiōe pn̄iali.
Quīto modicū de subiectiōe diuīali.
Sexto modicū de miseratiōe pr...
Septimo modicū de duratiōe ...

Ecce ratio moralis, quare toties modicū. Quibus declaratis habem... sionē ad thema, qđ dicit, Quid est h... dicit nobis modicū? Quātū ad prim... bemus modicū de discretione ite... li, qa ut bestie gubernam⁹ nos, qa sic & cognoscim⁹ corporalia & carn... tāgūt carnē, sed nō sp̄ualia q̄ tāgūt... Verbi grā, qa statim sētim⁹ lapidē... qñ comedim⁹ legumina &c. sed nō s... m⁹ saxū diaboli ī aīa, qñ recurrim⁹ a... uinos &c. statim sētim⁹ calorē febr... poralis, sed non febrē luxurie. Itē s... sentimus modicū pulueris in ocul... non terram auaricie &c. Item rustic... sciunt quot solidi sunt in uno flor... sed non quot sunt precepta dei. Itē... lieres bene sciunt incantationes & ... legia & coniurationes, sed non s... Credo in deum &c. Ideo Christus ... xij. Adhuc modicum lumen est in u... Ambulate dū lucem habetis, ut non... tenebre comprehendant &c. Not... cum lumen, scilicet discretionis siue... gnitionis intellectualis. Quantum secundum habemus modicum de de... tione spirituali, quia cum modica de... tione facimus spiritualia, ut ieiunia, ... tiones, sed totam diligentiam & fer... spiritus ponimus in rebus tēpora... Dic quomodo deus diuisit totum ... pus in septem dies. De quibus dedit ... bis sex ad laborandum & lucrandum... retinuit sibi septimum diem ut pro... ma laboremus. Et adhuc nō uult tot... Nam in die sunt. xxiiij. hore. da solum... nam deo audiēdo missam, alias hor... teris dare ad placita corporis licita & ... nesta. Sed de isto tempore modicum ... mus deo, frāgendo festa &c. Vñ in heb... domada sunt. clxviij. hore, & de istis ... lum datur una deo, in missa modic... & expectando usq; ad benedictione... quid facitis? non nisi loqui de merc... ferijs, quid dicit de papa, de rege &c. ... detur uobis si habemus modicum de... uotiōe sp̄uali, qa quasi nihil. imo de... da...

damus deũ de suis regalibus, quia nesci m⁹ seruare festa. Ad intelligendum hoc pctm̃ nota parabolam de rege diuidẽte gallinã cũ suis, qui solũ sibi retinuit caput. Qui ceperunt de manibus regis caput galline, & ipsum dederunt canibus, sic gallina dicitur hebdomada, cuius caput est dies dñica, & datur per nos canibus.i.demonibus &c. Iõ qa nos deũ defraudam⁹, fraudamur ab eo, qm̃ modicũ pficiunt agri nr̃i. Dic quõ pficiũt oĩa nostra magis ex parte dei hymnũ dãdo deo q̃ ex nr̃is laboribus, qa ex fraude festiuitatũ ueniunt siccitates, tempestates, lapides &c. De isto modico autoritas. Occupatio magna est omnibus hominibus, & iugũ graue super filios Adam a die exit⁹ de uẽtre matris eorũ usq; in diẽ sepulture in matrem oĩm. Sequitur. Modicũ autẽ tãq̃ nihil, in requie. Ecclesiastici quadragesimo. Nota iugum graue est labor sex dierum hebdomade. q̃ incipit a die natiuitatis & durat usq; ad diem mortis. In quo die mortuus homo redit in uterũ matris.s. terre, que est modo grauida modicũ in requie.s. spirituali, quasi ad nihilũ uenit. Patet primum modicũ cũ dicitur, Quid est hoc q̧ dicit nobis modicum? Cõsiliũ bonũ do.s.q̧ istud modicũ diuidat in quatuor partes.s. q̧ istud modicum de quolibet die.s. orare mane & sero &c. Scd'm modicũ de qualibet hebdomada.s. in dñica cessare a labore temporali, & occupare se in labore spũali, & dare illã horã deo, audiẽdo missam &c. Tertiũ modicũ de quolibet mẽse cõfiteri quasi abluẽdo camisiã aĩe ut camisiam corpis &c. Quartũ modicũ de quolibet anno cõicare ĩ pascha &c. Hoc cõsiliũ est beati Petri apl̃i. Deus oĩs gr̃e q uocauit nos in eternã suã gloriã in xp̃o Iesu modicum passos, ip̃e pficiet, cõfirmabit solidabitq;. j. Pe.v. Quãtũ ad tertium habemus modicũ de dilectione fraternali, qa nõ diligimus proximos nisi amore bestie, q̃diu facitis eis bonum, diligunt uos ut canis, q licet sit rabid⁹ diligit uos q̃diu facitis sibi bonum, sed latrat si facitis sibi malum. Sic de nobis qui nescimus diligere nisi parentes & benefactores, sed si nocent nobis aliquid, statim ut canes latramus scilicet uindictam minando. Nullus cum hac dilectione potest intrare paradisum, oportet ut diligamus plusq̃ bestie, scilicet diligere etiam inimicos. Vnde in iudicio qñ xp̃s dicet, Quid fecisti pro me, si dicis, Domine dilexi amicos, parentes & benefactores. Dicet xp̃s nec grates nec gratias, hoc modicũ est. Sed si dicis, Domine amore uestri, qa uos p̃cepistis dilexi inimicos, licet non merereñtur hoc apud me. tunc dicet xp̃s, Non est hoc modicum, hoc est meritum, & recipiet te in paradisum. De isto modico dicit xp̃s ore btĩ Iohannis. Scio opera tua, & ecce dedi coram te ostiũ aptum quod nemo p̃t claudere, qa modicã hẽs ṽtutẽ. Apo.iij.no. Scio opera tua, q̃ bona fecistis amicis, & mala inimicis, modicam hẽs uirtutẽ.i. charitatẽ, q̃ p excellentiam dicitur ṽtus simpl'r, qa maior horum est charitas. Hostiũ aptũ dicitur uulnus lateris xp̃i. Iõ.xix. Vnus militũ lãcea latus ei⁹ aperuit quod nemo põt claudere. ita manifestum est, qm̃ xp̃s orauit nõ solum p amicis, sed etiã pro inimicis. Rõ quare inimici suntdiligendi, declaretur p similitudinem. Quidã hõ tenebatur soluere mille florenos sub pena suspẽsiõis, Cũq; in crastinũ esset suspẽdẽd⁹, qa non habebat unñ solueret, de nocte qdã diues proiecit sibi unã bursã p trapã captiõis cum mille florenis, & quasi fregit sibi caput. Qui sentiẽs dolorẽ maledicebat piiciẽti bursam. Inuẽta aũt bursa letatus est & soluit & liberatus est di. Benedictus sit q dedit mihi bursam &c. Idem est de quolibet pctõre, cum certum sit nobis quod sñia sit data q̧ non habemus soluẽ debitum deo p pñiam sub pena mortis, aliter restat furca inferni. Lu.xiij. Dico uobis q̧ nisi pñiam egeritis, oẽs sil'r peribitis, & non possumus soluere, tot sunt pctã. Iõ qñ uenit tribulatio.s. qñ occidunt tibi fratrẽ, filium uel patrẽ. Ecce aurũ quod frãgit tibi caput, sed respice & attẽde qd est int⁹ intra tribulationẽ. Nã licet tribulatiões ueniãt ultra cor, tñ si patiẽter recipiuntur

piuntur de illis, hõ põt soluere deo plus
q̃ cũ ieiunijs & orõnib⁹ &c. remittẽdo
inimicis ut de⁹ remittat, tibi. De hoc au
toritas. Bñdictum est nomẽ tuũ deus pa-
trũ nostrorũ, q cũ iratus fueris, mĩam fa
cies, & in tpe tribulationis pctã dimittis
his qui inuocant te. Tho. iij. Iõ Io. vj. V-
nusquisq; modicũ quid accipiat. s. de pa-
tiẽtia &c. Quãtũ ad quartũ, habemus mo
dicũ de afflictiõe pnĩali, & pctã sunt mul
ta & magna & grauia, pnĩa uero modi-
ca. Determinatio est sctõrũ doctorꝝ ꝙ ꝓ
quolibet peccato mortali hõ obligatur
in septem annis de penitentia. Tps est e-
quale siue pro magno peccato mortali
siue pro modico. Sed qualitas peni-
tentie est arbitraria scd'm arbitriũ cõfes
soris, ut iuxta quãtitatẽ pcti sit qualitas
penitẽtie. Sed quãtitas tpis ꝓ quolibet
pctõ mortali est septẽ ãnorũ. Rõ, in quo
libet pctõ mortali fit iniuria cõtra septẽ
dona spũsctĩ. Modo uideas quoties pec
casti mortalr, quotiescũq; recurristi ad
diuinos, iurasti &c. cõputa pro quolibet
septem annos, & si nõ cõpleẽ hic, cõple-
bũtur in purgatorio in alio mundo. Re-
mediũ est ergo lucrari indulgentias, ie-
iunare, orare, eleemosynas dare, & alia
bona opera facere, & sic resecaẽ tps. Iõ di
co, ꝙ respectu pctõrũ modicũ habemus
de afflictione pnĩali, imo qlibet excusat
se dicendo cõfessori ꝙ non possit ieiu-
nare, nec ciliciũ portare &c. sed modicã
pnĩam detis. Ecce de isto modico qd di-
cit Apľs Petrus, Modicũ nũc si ꝓ quia, o
portet cõtristari in uarijs tẽtationib⁹, ut
ꝓbatio fidei uestre multo p̃ciosior sit au
ro qd' p ignẽ probaẽ. j. Pet. j. No. ꝙ tẽta-
tiões uocat pnĩas. Rõ, quia hodie ille qui
uult facere pnĩam, ponit se in tẽtationẽ,
qa qlibet deridet ipm, sed modicũ cura-
re debet de talibus, Quãtũ ad quintũ ha-
bemus modicũ de subiectione diuinali,
qa moderno tpe pauci & modici subijci
untur deo. Probatur, qm null⁹ dñs mũdi
est qui habet minorẽ subiectionẽ in sub
ditis & uasallis q̃ de⁹. Verbi gr̃a, si dñs fa
cit proclamationẽ penitentialem sub pe
na quinq; solidorum, ꝙ nullus dicat ma

lum de tali Iudeo, optime seruabit
proclamatio & ordinatio dei est ꝙ
dicat malũ de creatore iurando &c
pena mortis aĩe & corporis &c. nihi
uatur &c. Deus precepit ꝙ nullus
ad diuinos sub pena perdendi oĩa b
corp⁹ & aĩam &c. Itẽ ꝙ nullus ope
aliqd tpale in die festo sub pena &c
hil seruatur. Itẽ ꝙ nullus ponat offe
culum corã ceco &c. sub pena &c. &
ponitis meretrices in hospitio in la
aĩaꝝ &c. Itẽ ꝙ nullus ludat ad taxill
nihil seruatur. Creditis ꝙ de⁹ non
at istos despectu eius. Ecce modicum
subiectione diuinali. Itẽ xp̃s rex c
te armorũ. s. siccitatũ, tẽpestatũ, lapi
mortalitatũ, locustarũ &c. terremo
hmõi. De hoc ꝓphetia, Manda, re
manda, remanda. expecta, reexpecta
pecta, reexpecta, modicũ ibi & mo
ibi &c. Esa xxviij. Nota manda. s. in
lege, remãda in noua, in qua cõfir
p̃cepta moralia. Mãda. s. p teipm, re
da. s. p p̃dicatores, Apľos, & alios. E
cta. s. iuuẽtutẽ, reexpecta. s. senectu
Expecta. s. tpe carnali, reexpecta. s. q
dragesima, sed modicum ibi, & mo
ibi. s. ubiq;. Quãtũ ad sextũ, habem⁹
dicũ de miseratione ꝓximali, quia
si nihil est opus mĩe qd' facimus. Ista
ꝓximalis fit tripliciter, scilicet dãdo
tuãdo, & pdonando. Sed de quolibe
bem⁹ modicũ. Prĩo nõ dãdo, qa tal
dũ tenem⁹ dãdo eleemosynã, fac
aurẽ surdã pauperi, qd' quasi nihil
qa das malo corde propter impor
tem petentis, modicũ ualet. Nota m
dandi eleemosynã. Sicut ille q po
cuniã suã in mẽsa cãbij ut lucretu. A
Da pauperibus, & habebis thesaurũ
lo. Mat. xix. Itẽ mutuare est magna
quandoq; in casu maior est q̃ dare.
bi gratia. Si dãtur duo solidi mĩa est
si mutuantur. xij. floreni pauperi ut
ut possit se iuuare &c. maiorem mĩa
citis sibi. Ideo Dauid ps cxj. Iocũ
mo qui miseretur, & commodat,
nit sermones suos in iudicio, quia
ternum non commouebitur. Sed m
co

cordia ista iã ad modicũ uenit ꝓpter usuram. Nota practicã usurariorum diuitum, quãdo pauperes rustici ueniunt ad eos mutuando.x.ꝓ.xij. uel uendẽdo plꝰ ꝓpter spem, uel emendo minus ꝓpter pecuniam promptã. Itẽ perdonãdo inimicis, sed multi sunt qui nolũt parcere propter xp̄m, sed &c. Si papa uel rex diceret, amore mei parcatis, quia ego possũ uobis facere hec & illa &c. Tũc dicunt, Domine, amore uestri faciã. Talis mĩa parcẽdi modicũ ualet, qa qñ eritis corã xp̄o in iudicio, dicet, Quid fecistis amore mei?&c. Remisistis mortem patris uel fratris, sed non amore mei, sed talis dñi. Iõ uadas ad eum, ut det tibi paradisum. Iõ amore dei & pro eius honore remittere debetis ut habeatis paradisum. De isto modico autoritas. Semẽtem multã iacies in terra, & modicum congregabis, quia locuste deuorabunt omnia. Deut. xxviij. Magnum semen est dare eleemosynas, & mutuare, & parcere, & remittere ĩiurias, sed locuste.i.mali modi deuorant totum. Quantum ad septimum modicum habemus de duratione uirtuali. Qñ si aliquis incipit uitam uirtuosam & bonam, modicum durat in ea, statim dimittit, sed si incipit uitam malam & in p©tis, ita firmatur in illa, ꝙ nec monitionibus nec hmõi talibus uult malam uitã dimittere. Verbi grã. Credo ꝙ multi sũt tacti in corde, & receperunt bonum propositum remittendi iniurias, & faciẽdi pacem, sed ad uerbum alicuius mali hominis nihil boni faciẽt. Ecce modicũ uirtutis. Itẽ de rectoribus cõitatũ q̃ proponunt corrigere peccata notoria, sed in consilio aliquis aduocatus diaboli cõtradicit, & nihil fit. Patet qũo bona uita statim dimittit. Idẽ de multis q̃ ꝓponũt recedere a mala societate, sed nõ pñt &c. magis nolunt. Idem de multis qui proponũt restituere, sed qñ uidẽt pecunias, ꝓpositũ mutãt & nõ restituunt. Patet ergo qũo habemꝰ modicũ de duratiõe uirtuali. Aucto. Que est uita nr̃a.s. bona & ỽtuosa, uapor ad modicũ parẽs, & deinceps exterminabitur, Iac. iiij.

De eadem dominica. Ser.ij.

DIco uobis quia plorabitis & flebitis uos. Io.xvj. Ser. noster erit de utilitate lachrymarum huiꝰ mũdi, ex tribulationibus & miserijs, sed primo salutetur uirgo Maria. Dico uobis quia plorabitis &c. Magna utilitas que sequitur ex lachrymis, potest uideri & declarari ex similitudine, & utilitate que sequitur ex pluuia quãdo descẽdit in terra. Quia postq̃ hõ seminauit, si deꝰ dat pluuiã & rorẽ, hõ colligit abundãter, alr̃s nõ. Ita est de lachrymis. Qñ hõ facit bona opa.s. opa mĩe & pnĩe &c. hoc dr̃ seminare in hoc mũdo ut colligamus tp̄e messis. Messis est cõsummatio seculi. Messores aũt angeli sunt. Si ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur, sic erit in &c. Mat. xiij. Si ergo deus dat pluuiã.i. lachrymas, abundanter colligemus. Sed quando hõ facit multa bona opera, si sine aqua lachrymarũ, nõ ita abũdanter homo colligit. De hoc autoritas. Esa.xxx. Dabitur pluuia semini tuo ubicũq; seminaueris in terra, & panis frugum terre erit uberrimus & pinguis. Nota in terra, quia nec in celo, nec in inferno possumus seminare. Item alia autoritas, Dauid, Euntes ibant & flebant, mittẽtes semina sua. Venientes autem ueniẽt cum exultatione, portantes manipulos suos. p̄s.cxxv. Euntes quia uita nostra nõ est nisi uia eundi ad mortem, & sic ibant ad uitam eternam. Et quomodo ibant dicit, Mittentes semina sua, scilicet bona opera faciendo, uenientes scilicet ad diem iudicij, uenient ad gloriam, portantes manipulos suos.s. bonoꝝ operũ, misericordie, iustitie, penitentie, castitatis &c. Patet ergo utilitas lachrymarum. Ideo dicebat Christus bonis personis, Dico uobis quia plorabitis & flebitis uos &c. Patet thema. Amore ur̃i ego quesiui quot sũt modi plorandi. Et iueni ꝙ in hoc mundo iquinq; sunt modi flendi seu lachrymandi.

Primus est de temporali afflictione.

Scd's est de fraternali compassione.

Tertius

Tertius est de īternali cōpunctione.
Quartus est de spirituali deuotione.
Quintus de celestiali affectione.
Et quilibet est meritori⁹ si bene ordineť,
secundum quod ego declarabo uobis
de his. Dicit Christus in themate, Dico
uobis quod plorabitis & flebitis uos. Pri
mus fletus est de temporali afflictione.
Vnde quando homo perdit amicum cha
rum, sicut patrem uel matrem, filiū uel
fratrem: uel hō perdit bona tēporalia, &
uenit ad paupertatem, tunc ultimum re-
mediū est flere. Ratio est naturalis, Qm̄
letitia & tristitia contraria sunt, & habēt
effectus contrarios. Letitia autem dila-
tat & hilarat cor, ideo homo tunc ridet.
Sed tristitia astringit cor, & faciem, &
oculos, & cerebrum. Et ideo homo tunc
plorat, sicut qn̄ spōgia humida stringitur
deguttat, sic quando stringitur cerebrū
a tristitia deguttat p oculos. Ideo legitur
Trenoꝝ.j. de quadam muliere, que una
die perdidit omnes filios & filias suas, &
amicos. Et cum non haberet remedium,
fleuit. De qua dicit Hiere. Plorans plo-
rauit in nocte, & lachryme eius in maxil
lis eius. Non est qui consoleť eā ex om-
nibus charis ei⁹. Oēs amici eius spreue-
runt eā, & facti sunt ei inimici. Migrauit
Iudas ꝓpter afflictionē & multitudinē
seruitutis habitauit inter gentes, nec in-
uenit requiē. Oēs ꝑsecutores ei⁹ appre-
hēderunt eā inter angustias. Trenorū.j.
Patet fletus ex temporali afflictione, & li
cet hic fletus sit naturalis, tamē si homo
gubernat se in hoc fletu, est meritorius.
Verbi gratia. In morte amicorum homo
naturaliter plorat, sed tunc homo debet
cogitare, intra se dicendo, Ista pena scili
cet mors unde uenit? nōne a deo? Quia
omne malum pene est a deo, licet actio
peccati sit a diabolo. Exemplum in mul-
tis, in quibus culpa est a diabolo, & hanc
non facit deus, sed malum pene: quod
ego uerberer passiue, hoc est a deo: ꝙ Iu
das uendidit Christum est opus diaboli,
sed ꝙ Christus fuit uenditus, hoc erat
opus dei & ordinatio dei omnipotentis
patris. Item ꝙ fuit captus, ligatus, spinis
corouat⁹, crucifixus, & passus actiu[e]
erat a diabolo, passiue autē totu[m]
a deo, quantum ad penam. Actio [di]a[boli displi]
cuit, passio grata fuit. Autoritas. [Actuum]
iiij. Conuenerunt ergo uere in ci[uitate]
ista aduersus puerum sanctum tuu[m Ie]
sum quem unxisti, Herodes & Po[ntius]
Pilatus cum gentibus & populis [Israel]
facere. Ecce actionem diaboli, que [ma]
nus tua & consilium tuū decreuer[unt fie]
ri. Ecce passionem a deo. Ideo de [bonis]
nobis datis uel illatis in bonis toll[endo]
uel in personis percutiendo, actiu[e est a]
diabolo, sed ꝙ tu sis dānificatus, p[...]
sus uel cesus, hoc est a deo quantū [ad pe]
nam. Quando ergo homo plorat [ex affli]
ctione temporali, cogita ꝙ ista pe[na]
passio est a deo, q uult ꝙ habeas [...]
borē, & tūc debes te cōformare [...]
na uolūtate dicēs, Domine, ex que [uo]
bis placet, placet mihi, tūc totū e[st meri]
toriū. De hoc autoritas de alia mu[liere]
q̄ ꝑdiderat oēs filios, & plorabat, [...]
xit propheta, Hec dicit dominus, Q[uie]
scat uox tua a ploratu, & oculi tu[i a la]
chrymis, quia est merces operi tuo [dicit]
Dominus. Hierem. xxxj. Et isto fl[etu plo]
rauerunt Apostoli, & alij sancti na[tura]
liter, sed cogitabant, Hoc uult de⁹ [...]
Secūd⁹ mod⁹ lachrymarū est mel[ior ex]
fraternali cōpassione, quādo hom[o non]
habet in se afflictionem. Sed quād[o ho]
mo uidet ꝓximū in dolore & mise[ria, &]
homo cōpatiť ei in corde, & incipi[t plo]
rare cū illo, Iste mod⁹ est melior pri[mo.]
Rō, quia iste flet⁹ non uenit ratione [na]
turali ut prior, sed ratione mora[li ...]
lectione fraternali, que secundum [Dio]
nysium est uis unitiua, qm̄ dilectio [facit]
unum quid ex amante & amato. D[e hoc]
autoritas Actuū.iiij. Multitudinis c[reden]
tium erat cor unum, & anima una. [Quan]
do ergo diligo aliquam persona[m ...]
re, facim⁹ unū cor & unā uolūtatē. [...]
ille patiť, ego recipio malū suū ut [...]
nō sic de iimico. Iō hō plorat ex cō[passi]
one. Hoc dicit Apľs ad Ro. xij. Gau[dete]
cū gaudētib⁹, flete cū flen. &c. Quia [gau]
diū amici est gaudiū meū. Idem de [...]
lo.

o. Iste lachryme sunt magis meritorie q̃ prime. Ratio, qa hec est maior eleemosyna que potest fieri proximo, scilicet cōpassio cordis, quia pl⁹ dat pauperi tribulato ille qui compatitur ei in corde quā ille qui dat sibi eleemosynā sine compassione. Ratio quia maior est in conspectu dei eleemosyna de bursa cordis q̃ de bursa corij sine compassione cordis. Sed si totum cōcurrit simul, scilicet compassio cordis & eleemosyna de bursa, talis eleemosyna est ualde meritoria. Iō qñ portāt aliquē ad sepulturā, & ploratis cum illo qui plorat, iuuatis ipm ad portandū on⁹ doloris & dulcius transit. Ideo uos diuites cōpatiamini pauperib⁹, sani infirmis, prudētes stultis, & ignorantibus, uos de matrimonio uiduis. Iō dicebat Iob, Flebā quondā super eo qui afflict⁹ erat, & cōpatiebat aīa mea pauperi. Iob. xxx. Sic xp̄s cōpatiēdo Marie Magdalene & Marthe sup mortē Lazari fleuit. Ioā. xj. Idē super ciuitatem Hierl̄m dicit text⁹. Vidēs Iesus ciuitatē fleuit super illā. s. ex cōpassione. Lu. xix. Tertius modus lachrymarum est melior. s. de īternali compūctione. s. ex contritione. Et hic fletus uenit quādo homo cogitat peccata que fecit, & malā uitam quam tenuit di. O miser si modo morerer, quid dicerē in iudicio diuino. Et ex illa parte cogitat penā īferni, tūc ueniūt lachryme, qa ponit cor inter duas molas ad instar oliuarum, & distillat oleum lachrymarum cōpunctionum. Et iste lachryme sunt meliores, qa ueniūt p aīam. Qñ cogitat quod est religiosus &c. uel clericus uel laicus uel dn̄s uel iudex, & nō fecit quod debuit. Ideo distillat oleum lachrymarum, quia constringitur inter duas molas ut oliua. De hoc Dauid. Exitus aquarū deduxerūt oculi mei qa non custodierunt legem tuā. Iustus es dn̄e, & rectum iudiciū tuum. Ecce hic due mole. prima ibi, Iustus es dn̄e. Secūda ibi, & rectū iudiciū tuum. Ideo est optimum flere pro peccatis, quia tāta est uirtus talium lachrymarū q̄ minima gutta lachrymarum uere contritionis lauat oīa peccata q̄tū ad culpas, immo dico q̄ si aīa uni⁹ dānati posset habere unā guttā lachrymarū uere contritionis, de⁹ illā saluaret, sed non potest, qa tales lachryme solū in hoc mundo possunt haberi. Iō preciosissime sunt lachryme contritionis, oleū est mīe sanās aīas. Dauid. Qui sanat contritos corde, & alligat oēs contritiones eorū. Quartus modus est melior. s. plorare de spūali deuotione, iste lachryme ueniunt quando homo contēplatur opera uite dn̄i n̄ostri Iesu xp̄i. s. humilitatē incarnationis, & statim persona plorat ex ardore & feruore deuotionis. Sicut cera liquescit ad ignem, sic fit quando persona deuota se applicat ad xp̄m cogitando humilitatem incarnationis & puritatem natiuitatis & puritatem uirginis matris, quō trāsiuit xp̄s ut radius solis per fenestram uitream non rūpendo, & persona plorat. Item contemplādo xp̄i conuersationē, predicationē, passionē, & sic aīa liquefit, & p̄sona plorat. Tales lachryme sunt deuotionis spiritualis. De isto fletu dixit xp̄s in euāg. Beati qui lugent. s. ex deuotione spūali, qm̄ ipsi consolabūtur. Mat. v. Nota quō in omnibus operibus Christi magnā debemus habere deuotionem, sed singulariter in sacramento altaris, quia illa opera Christi iā transiuerunt, & solum semel facta fuerunt, sed istud opus quotidie. Nota quomodo factum fuit quādo uirgo Maria dixit. Ecce ancilla dn̄i, fiat mihi scd̄m uerbum tuum. Lu. j. In ultimo uerbo effecta est grauida & mater dei. Ita dictis istis uerbis, Hoc est eñ corpus meū, xp̄s deus & hō est in hostia consecrata. No. hic q̃te honestatis debēt esse sacerdotes &c. Itē nota contra cōcubinarios. Quō eñ tripliciter pōt corrigi illud pct̄m. Primo intimando pape &c. Scd̄o modo non audiendo missam concubinarioꝝ &c. Tertio modo q̄ nulla faceret ordinationem q̄ nulla mulier notoria meretrix sit ausa stare nisi in lupanari. Quintus modus lachrymaꝝ est melior, s. de celestiali affectione. Qñ persona cogitat q̄ est exul in hoc mūdo, & desiderat paradisū, & ex illo desiderio plorat, ta-

rat,tales lachryme sunt optime.Vñ deus
in initio fecit tres habitationes. Vnã ꝓ-
angelis & aĩab⁹ sc̃tis,celũ.s. empyreum.
Aliam ꝓ hominibus.s. paradisum terre-
strẽ.Aliã pro iumentis siue bestijs,scili-
cet istũ mũdũ, ubi sumus nos mõ,qa in
paradisum terrestrem nulla bestia nec a-
uis põtĩtrare.Sed ex pc̃tõ Ade homines
fuerẽt expulsi de paradiso terrestri,& fue
runt positi inter bestias tanq̃ ꝓscripti si-
ue exules. Quãdo ergo hõ cogitat intra
se di.O miser,ubi sum ego mõ? Qñ ibo
ad patriã meã &c.& plorat,tales lachry-
me sunt de celestiali affectione.Isto mo
do flebat Dauid, qui tñ erat ditissim⁹, q
dimisit filio suo Salomoni centũ milia
quintalia auri,& mille milia de argento.
Qui habebat ex diuina dispẽsatione.xij.
uxores sine peccato, & tñ cognoscendo
suum exilium plorabat dicẽs,Quẽadmo
dũ desiderat ceru⁹ &c.Nota.Fuerũt mi-
hi lachryme mee panes die ac nocte.Dic
quomodo cum esset in mẽsa,incipiebat
flere & lachryme miscebãtur cum escis.
Dicebant milites, Domine, quid plora-
tis?Respondebat,O miser,iste esce sunt
corruptibiles,sed celestes sunt incorru-
ptibiles. Idem de nocte in lecto in quo
dicebat se iacere ut bestia. Sed nõ plora-
ramus pro desiderio paradisi,immo nul
lus uellet de hoc mundo exire.Sed istud
prouenit ex mala uita quam tenemus,si-
cut captus uellet stare semper in carcere
fetido timore iudicis. Ita anima pecca-
trix in carcere fetidocorporis,unde ti-
met exire, secus de personis perfectis &
beatis que cupiunt exire,intantum ꝙ si
deus diceret eis, adhuc uiuetis per an-
num.Responderent, O dñe tantum sta-
bimus?De isto exilio dicitur uirgini Ma
rie,Ad te clamamus exules filij Eue. Ad
te suspiramus gementes & flentes. Co-
gitetis uos esse de paradiso,& nõ de hoc
mundo,quia oportet ipsum dimittere.
Ideo Christus Mat.vj. Primum querite
regnum dei & iustitiã ei⁹, & hec omnia
&c.No.Hec omnia,scilicet pax, pluuia,
sanitas &c.quam petitis, adijcientur uo-
bis.Nota & iusticiam eius,que habet qu

q; puncta. Primus punctus diuine
tie est pro conseruatione cõitatum
sustinere diuinos nec sortilegos. Se
dus punctus non sustinere blasphe
nec iuratores,nec renegatores &c
tius non sustinere fractiones festi
notorie. Quartus non sustinere tru
res de taxillis,hic ludus est fons re
tionum. Quintus non sustinere m
trices in uicis seu hospitijs,que sun
quei animarum ad instar putei in
su domus.

De eadem dominica. Sermo

TRistitia uestra uer
in gaudium. Io.xvj.
hui⁹ uerbi declarati
endum est ꝙ in hoc
do oĩa gaudia sunt
cum tristitijs & tribulationibus,
mundo non sunt uera gaudia. Rõ
sumitur per regulam philosophi d
tis, ꝙ omne medium naturaľr par
pat naturam extremorum, ut patet
lemẽtis,de aere calido ab igne &
do ab aqua.Item de aqua humida a
re, & frigida a terra. Sic ad propo
uita huius mundi est media inter d
trema.s. paradisum & infernum.In
diso eñ est gaudium purum.Esa.
Non erit ibi leo, & mala bestia non
det per eam nec inuenietur ibi.Et a
labunt qui liberati fuerint,& redem
dño, conuertentur & uenient in S
cum laude & letitia sempiterna supe
put eorum. Gaudiũ & letitiam obt
bũt, & fugiet dolor & gemitus.In
no aũt est totũ oppositum, qa ibi d
nõ habẽt nisi purã tristitiã,dolorẽ &
solationẽ,de nullo gaudent, sed tr

Primo de eorum damnatione.
Secundo de bonorum saluatione
Tertio de aliorum damnatione.
Quarto de malis & pc̃tis que fe
Quĩto de bonis q̃ fecerũt & p

Ideo plangendo dicunt,Defecit g
um cordis nostri, uersus est in lu
chorus noster. Trenorum.v. Si erg
medium participat naturam extrem
cum ergo uita nostra sit media int
co

contraria, iō participat de utrisq; . Iō Boeti⁹, Oīs dulcedo felicitatis humane multis amaritudinibus est respersa. Sed personis bonis & deuotis tristitie huius mundi uertentur in gaudium ex diuina prouidentia. Hoc dicit xp̄s in themate, Tristitia uestra uertetur in gaudiū. Sed malis gaudiū huius uertetur in luctū. Et amore uestri uolui uidere in sacra scriptura quot sunt tribulationes huius mūdi, & inueni ꝙ sūt in quadruplici gradu, & hoc experientia docet, scilicet,

Prima de occupatione temporali.
Secunda de contritione cordiali.
Tertia de tribulatione mundanali.
Quarta de morte corporali.

Et omnia diuina prouidentia ordinante uertūtur in gaudiū, nisi sit culpa nostra. Et de qualibet dicit thema, Tristitia uestra uertetur in gaudium. Prima tristitia huius mundi est de occupatione temporali, quia q̄diu hō uiuit, oportet occupari in diuersis laborib⁹ corporalibus, qui dāt tristitiam in corde. Sic em̄ occupat⁹ dicit, O miser quotidie habeo laborare, ut prouidere possim domui mee &c. Hec tristitia fuit data Ade & ī ꝑsona sua omnibus alijs hoīb⁹ post ip̄m futuris in hoc mūdo. Geñ. iij. In sudore uultus tui uesceris pane tuo, donec reuertaris ī terrā de qua sumptus es, qa puluis es & in puluerē reuerteris. Nota qūo sicut confessor facta cōfessione dat pn̄iam pc̄tōri, sic fecit de⁹ Ade dicēs, In sudore uult⁹, tui uesceris pane tuo &c. Si dicatur ab aliquo, imo sunt multi q̄ sine tali occupatione uiuunt ut magni dn̄i & diuites q̄ sine sudore uult⁹ hn̄t suā ꝓuisionē, ergo uidetur ꝙ ista tristitia & pn̄ia nō tāgit oms generaliter? Rn̄deo ꝙ imo omnes tāgit si uolum⁹ loq̄ solū de facie corporali, uerū est ꝙ solū tāgit laboratores, sed si uolum⁹ loq̄ de facie aīe sp̄uali, plus laborāt & sudāt magni dn̄i q̄ rustici, qa quotidie sunt in magnis negocijs & cū magnis tristitijs & angustijs. Rustic⁹ uero ī sero letatur, & gaudet & comedit cū uxore & filijs. Dic qūo ī quadā ciuitate erat qdā laborator, q̄ suis manib⁹ ꝓcurabat sibi uitā, q̄ morabatur corā palatio regis, q̄ in sero post cenā letabatur cū filijs. Quod attēdēs rex uocauit eū di. Qūo ita letabatur cū rex ipse nō haberet tātā letitiā. Qui rn̄dit, ex quo in die laborauerat, in sero gaudebat de quiete. Cui compatiēs rex dedit sibi magnos redditus. Qui extunc non letabatur ut cōsueuit, sed cogitabat qd de illis pecunijs faceret. Si mutuaret ad usuram, uel faceret se mercatorē &c. Propter qd' rex uocauit eū iterū di. Quare non letaris ut pri⁹? Qui rn̄dit, O dn̄e in magna imaginatione seu angustia me posuistis. s. qūo augmētabo istos reddit⁹. iō reddo uobis redditus &c. Ex quo sequitur ꝙ maior est labor mentis. s. scd'm faciē aīe dn̄oꝝ & diuitū, q̄ labor rusticorū, q̄ comedunt & bibunt & dormiūt firmiter etiā in malo lecto. Patet ergo regl'a gn̄al's, ꝙ oēs ī sudore uultus corporis uel aīe uiuūt. Aliud argumētum in oppositum est de p̄latis q̄ hn̄t suos reddit⁹ q̄ nō hn̄t laborare &c. Rn̄deo ꝙ imo. Qm̄ sibi bon⁹ p̄lat⁹ est cuiuscūq; potestatis siue status sit, magnos habet labores & tristitias & āgustias plusq̄ aliquis rusticoꝝ, cogitando qualem cōputum reddet deo non solū de aīa sua & de domo, sed etiam de oīb⁹ aīabus sibi cōmissis. Vn̄ Aug. cōsueuit dicere, Quid dicturus sum cū redditurus sum rationē de aīab⁹ q̄ pendent ad collū meū, immo mirū est quō cū gaudio possunt uiuere cogitādo tm̄ on⁹ qd' supra se portant. Si ṽo est mal⁹ p̄lat⁹ tūc qn̄q; dicit de⁹, Qm̄ tu etiam seruabis penitētiā quā ego dedi, & dat sibi infirmitates. bonos ṽo p̄latos custodit ab īfirmitatib⁹ qn̄q;, ex quo curā habent de aīab⁹. Nota de illo sancto heremita, de quo in uitispatrum dicitur, ꝙ laborabat in heremo & nunq̄ ibi fuerat infirmus, qui ex sua sanctitate fuit electus in ep̄m, qui coactus recepit, qui statim fuit infirmus de podagra & dolore lateris, qui timens ne deus ipsum dimisisset, flēdo dicebat, O domine quid est hoc, cum ante in heremo semper essem sanus? Cui angelus dixit, Ista infirmitas uenit tibi hac de causa, quia cum

esses in heremo deus te conseruabat, qa nō habebas seruitorē, sed modo habes seruitores, ut ipsi & tu q habetis unde uiuere potestis sitis occupati, de⁹ mittit tibi hanc &c. Patet regula gñalis. In sudore &c. Eccl.xl. occupatio magna creata est oībus hoībus, & iugū graue super oēs filios Ade. A die exitus de uentre matris eorum, usq; in diem sepulture. Sed deus preuidit, quia ista tristitia occupationis temporalis uertitur in gaudium, scilicet in die festo quando homo qescit. Qñ postq̄ laborastis sex dies in dñica, illa occupatio laboris ỽtit in gaudiū qetis cessando ab oī labore tpali. Manus cessent ab omni labore, non lauent amplius neq; nēt neq; &c. pedes etiam debent qescere nō ambulare, nisi ꝑ magna necessitate. lingua ne loquatur de negocijs tpalibus, quia nō solū manus & pedes, sed etiā lingua debet qescere a tpalibus. Dic contra illos q credunt solum manus debere abstinere & nō linguam. Itē cor debet qescere nō cogitando nec pensando in negocijs. Rō quia xps q totam suā uitā habuit plenam laboribus redēptionis in dñica resurrectionis qeuit, nō solum in corpore, sed etiā in aīa. Iō uult quod xpian⁹ reqescat in dñica. Isto modo tristitia occupationis uertitur in gaudium qetis in illis q bñ colunt dñicā. Iō dicit scriptura. Quia sc̄tūs dies dñi est nolite cōtristari. Gaudiū etem dñi est & fortitudo nr̄a. Neemie.viij. No. duas clausulas, prima ibi, sc̄tūs dies dñi est. Quare dicit dies dñi cū oēs sint dies dñi, & nullus sit malus? No. contra illos q dicunt tali die nō est faciēdū hoc, dies egyptiac⁹ est &c. Solū in negocijs tpalibus, naturalibus obseruandi sunt dies propter lunam sicut in munitione &c. In alijs autem operibus non sunt obseruandi, imo est error & pc̄tm̄ magnum, quia oēs dies sunt boni & a deo facti. Sed singulariter dies dñica dicitur dies dñi. qa ipsum fecit solēnē propter suā gl̄iosā resurrectionem. de cōse. di. iij. pronūciandū. Oēm diem dñicā ob reuerentiā resurrectionis Iesu xpi a uespera in uesperā ꝑcipimus obseruari. De ista dicit Dauid. Hec dies fecit dñs &c. Nō solū ꝑ creationem os dies, sed etiā ꝑ resurrectioni[illegible] dendū est de illo die cessando a[illegible] seruili. Scd'a ibi, Gaudiū dñi est [illegible] tudo nr̄a, qa q bñ custodiūt dñic[illegible] diuntur a dño ab infirmitate co[illegible] custodit eis agrū, uineā, gregē &[illegible] na. Sed illis q nō seruāt dñicā e[illegible] debilitate. Nota contra illos q[illegible] batū & nō dñicā, credentes uirg[illegible] rie. Sed aliq miseri gaudiū festi[illegible] tūt in tristitiā ludendo qcqd lu[illegible] in hebdomada. Iō nō sustineat[illegible] Maledict⁹ est locus & dñs q su[illegible] dū. Alij miseri ī taberna inebriā[illegible] reuertunt ad domū, & uxor & [illegible] berūt forte ptisanas, & cōplet [illegible] maledictio scripture, Dies festi [illegible] uertuntur in lamentationē & [illegible] Thob.ij. Alij miseri currunt ad [illegible] Iō dicit dies festi &c. Scd'a tristi[illegible] mundi est melior. s. tristitia de [illegible] cordiali, qñ hō cogitat de pc̄tis [illegible] q̄ fecit, & de tpe quod amisit, &[illegible] ad instar militis qui ex culpa sua [illegible] odiū & irā regis q cogitat, O m[illegible] occidet me, & perdā oīa bona, [illegible] Ita quilibet pc̄tōr est in ira regis [illegible] pbus em̄ ex supbia sua est ī ira re[illegible] rus ex sua auaritia. & sic de alijs [illegible] mirū est quō aliqs pōt letari uel [illegible] cū sciat se esse in ira tāti regis. De [illegible] sticia dicit scriptura. ij. ad Cor. [illegible] em̄ scd'm deū tristitia est, pniam [illegible] in salutem opat, scl'i aūt tristitia [illegible] opat. No. q̄ scd'm deū tristitia e[illegible] dā tristāt de pc̄tis, sed nōn scd'm [illegible] scd'm mūdū uel scd'm piculū [illegible] penā, q̄ tristitia nihil ualet, imo [illegible] tristitia mortē opat. Sed tristitia [illegible] cūdū deū qñ hō tristatur & dicit, [illegible] ser tm̄ offendi deū meū &c. talis [illegible] tia in salutē opatur. Hec tristiti[illegible] titur in gaudiū in cōfessiōe sacr[illegible] li, qñ ꝓicit extra pc̄tā de qbus [illegible] sicut ancilla ꝓijcit de domo i[illegible] dom⁹, sic cū scopa cōtritiōis pecc[illegible] gregant in angulo memorie & [illegible]

xtra portã cõfessionis. Dicaẽ quõ fctã cõfessione hõ sentit gaudiũ & letitiã in corde. Sic ille q obligaẽ ad soluẽdũ sub pena mortis, qñ sibi remittitur debitum a dño, quõ gaudet & letaẽ, ita in cõfessione dimittuntur debita pctõrum. Io.xx. Quoꝝ remiseritis pctã &c. Et facta absolutione totũ debitũ est remissum. Iõ sequitur gaudiũ in corde. Iõ dicit scriptura Proue.xiiij. Cor qd' nouit amaritudinem aĩe sue, in gaudio ei⁹ non miscebitur extraneus. Nota non miscebitur extraneus.s.diabol⁹, sed dñs proprius per ofõnẽ, & post cõfessionẽ debet hõ cõi[ar]are. Tertia tristitia est de tribulatione mũdanali, qa in hoc mundo multũ abundat ut infirmitatũ, pauptatũ & miseriaꝝ &c. q̃ dant tristitiã. Rõ naturalis & regula est, ꝙ oẽ mediũ pticipat naturã extremoꝝ. Modo uita pñs est inter duo extrema.s.paradisum & infernũ. Ideo scd'm illã participamus de cõditione extremorũ. In paradiso est gaudium sine tristitia & sine infirmitate. Apoc.xxj. Absterget deus oẽm lachrymã ab oculis sanctorum & mors nõ erit ultra neq; luct⁹ &c. In inferno aũt est dolor & tristitia. Nos uero sumus hic ĩ medio pticipãtes cũ utrisq;. Cũ eñ gaudemus & letamur, participamus cum illis de paradiso, quia nihil aliud est nisi de melle celesti. Quando tristamur participamus cum illis de inferno. Iõ dicit scriptura, Exiguum & cũ tedio est tps uite nostre & nõ est refrigerium in fine hoĩs. Sap.ij. Sed conuertitur in gaudiũ in deuota oratione. Qñ quãdo hõ habet tediũ sũmũ remediũ est recurrere ad orationem eleuatis oculis & manibus uersus celũ, & sic descendit dulcedo mellis spũsscti. Autoritas, Tristatur aliquis uestrum? oret equo aĩo & psallat. Iaco.v. No. equo aĩo, hoc dicit contra aliquos qui orant, sed non equo aĩo, quia os loquitur unum & cor cogitat aliud. Sed in orõne quando homo dicit, Pater noster in ore, cor debet cogitare cũ quo loquitur homo, qa cũ rege celesti &c. Idẽ qñ dicitur, Aue Maria. aĩs modicum ualet oratio. Nota ꝙ q̃ orat mane & sero quotidie uiuit ĩ gaudio & prosperitate. Dic miraculũ de milite Normãno eũte ad peregrinationẽ &c. Iõ xps. Oportet sẽper orare & nõ deficere. Luc.xviij. Quarta tristitia est de morte corporali. Magna tristitia est hoĩ in morte parentum & amicorum charorũ, sed in morte propria ibi est tristitia maxima, qa totum simul amittitur. Dic similitudinem de arbore si eradicaretur per aliquam potentiã. Ita est de aĩa q̃ habet radices in qualibet parte corporis, in neruis, ossibus, uenis &c. & mors ipam eradicat, iõ ibi est maxima tristitia, nec est aliqua siĩs. Iã uidetis qñ aliqd' mẽbrũ scinditur q̃tũcum q; paruũ, quõ homo tristatur, q̃to magis ĩ morte qñ aĩa separatur a toto corpore. Iõ xps ante mortẽ cepit cõtristari & mestus esse, ut habetur Mat.xxvj. q̃to magis nos pctõres. Sed hec tristitia cõuertitur in gaudium bonis psonis qñ aĩa egressa a corpore, statĩ uidet sctõs angelos ipam comitantes honorifice ad instar sponse nobilis in die nuptiaꝝ qñ ducitur ad missam, uel sicut depingitur beata Maria Magdalena quando ab angelis eleuabatur. Isto mõ tristitia uestra.s.mortis corporalis, ꝯtetur in gaudium. iõ xps. Nunc qdem tristitiam habetis. Iterum aũt uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet a uobis. Ioã. xvj.

De eadem dñica. Sermo. iiij.

Militant aduersus aĩam. j. Pet.ij. Hoc thema dat motiuũ predicandi de prelijs q̃ nobis dãt demões ut dãnemur cum illis. Iõ auisãdo uos uolo nũc eorũ ꝑlia declarare. sed primo salutetur ꝟgo Maria. Militãt aduersus animam &c. Sancta scriptura uolens nobis oñdere cõditionem uite nostre in hoc mundo, breuiter declarat dicens, Militia est uita hoĩs super terrã, & sicut mercenarij dies eius. Iob.vij. Rõ. quare dicit ꝙ uita nostrã est militia, quia sicut demones sunt dãnati, sic bellãt contra nos ut peccemus & danemur cum ipsis. Et sicut mercenarij dies eius.s.hominis,

minis, qa sicut mercenarius q diligenter & fidelr laborat, meret salarium, ats &c. Sic de nobis. Sed si fortiter bellam⁹ nõ cõsẽtiẽdo demonib⁹, meremur magnũ salarium glie, sed si sum⁹ uicti meremur suppliciũ eternũ. Istud pliũ declarat Dauid in ps .xix. di. Hi in curribus & hi in equis, nos aũt in noĩe dei nr̃i inuocabim⁹. No. hic quare non uult ipos noĩare, iuxta illud, Nec memor ero noĩm eorũ p labia mea. Nr̃a defẽsio est cũ dicit. Nos aũt in nomine dei nr̃i inuocabim⁹, Nota hic in curribus. s. rotundis. Currus signat tentationes q̃ ad instar rotarũ uoluũtur de una in aliam. Qñ diabolus nõ põt p unã, tẽtat p aliã. Et hi in equis. Equi demonum sunt pc̃tã mortalia. iõ de demonib⁹ dicit the. Militant aduersus &c. s. eq̃stres aduersus aĩam. Hanc militiam declarat. b. Io. in Apoc. scd'm intellectũ moralem, iuxta reuelationẽ sibi factã di. Vidi & ecce equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcũ, & data est ei corona & exiuit uincens ut uinceret. De scd'o dicit, Et exiuit alius equ⁹ ruff⁹, & q sedebat super illum datum est ei ut sumeret pacẽ de terra, & ut inuicem se interficerent, & datus est ei gladius magnus. De tertio milite dicit, Et ecce equus niger, & qui sedebat sup illũ hẽbat staterã in manu sua. Et de quarto milite dicit. Ecce equus pallid⁹, & q sedebat super eum nomẽ illi mors, & infern⁹ seq̃bat eũ. Et data est illi potestas super quatuor partes terre, & interficere gladio, fame, & morte, & bestijs terre, & cum aperuisset &c. Apoc. vj. Hi quatuor equi sunt quatuor pc̃tã mortalia super que demones equitant & militant contra nos.

Primum est superbia & uanitas.
Secundum luxuria & carnalitas.
Tertium auaritia & cupiditas.
Quartum inuidia & malignitas.

Cũ his demões militant aduersus aĩam. Primus equus dicit erat albus. Hoc designat superbiam & uanitatem. Ratio, color albus pre ceteris magis apparet, sic superbus super alios uult apparere & uideri. Si uis cognoscere si es superbus. Si habes aliquod bonum tempor[ale uel] spũale & uis ut uideatur & appare[at omni]bus es, ꝟbi gr̃a. Si es gñosus & uis [ut uide]atur, signũ est supbie, hũilis absco[ndit &] non curat. Idem si es diues, statim [uis fa]cere uanitates in uestib⁹. Et cogit[ant qui] sũt isti, ego possem emere oẽs. Idẽ [de bo]na spũalia q̃ habet uult ut uideant[ur, o]rat uel ieiunat, uel si portat cilici[um,] statim uult uideri, signũ est qd' pc̃[tum su]bie est in corde, sed hũilis oĩa absc[ondit] q̃tũ põt. Ecce rõ quare equ⁹ alb⁹ [signat] pc̃tm̃ superbie. Iõ dicit xp̃s superbis [quod] opera sua faciunt ut uideantur ab [hoĩbus] Mat. xxiij. Sed quare dicit q mil[es qui] sedebat super eũ habebat arcũ in [manu] sua? Rñdeo q iste miles est demõ[qui tem]tat de superbia q̃ sagittãdo facit bel[lum.] O quot sunt isto arcu sagittati & p[ercussi] ꝟbi gr̃a. Oẽs hoĩes q proponũt in [animo] suo ascẽdere, tales sunt pcusi iam [uul]nerati isto arcu. ꝟbi gr̃a. dicat de r[eligio]so seruante regulas, cerimonias &c. [Re]cta uia uadit talis ad paradisum. Sed [dia]bolus dicit nõ, qa ego sagittabo eu[m, et] facit eum cogitare ut ascẽdat & ua[cet] studium, quia poterit esse magr̃ & c[onfes]sor regis &c. Factũ est, talis iã uulne[ratus] est sagitta diaboli. Idẽ de presbyter[is sim]pliciter uiuentibus. Sed diabolus s[agit]tat, quando facit eum cogitare d[icen]do, Si tu sic uiuis, non poteris iuu[are a]micos. Ideo oportet te ascendere u[el] simonijs uel usuris uel seruitijs &c. [Idẽ] de laicis simplr uiuentibus recta u[ia ua]dũt ad paradisum, nec pro filijs faci[unt si]bi uanitates &c. sed nutriunt eos [in] bonis moribus. Sed dicit diabolus [ego] sagittabo eũ, & facit eum cogitare [: si] re tu non esses iuratus siue consul c[iuita]lis, quia de pecunijs uille te poteris [ditare], tenere famulos &c. Cum tñ ad [hoc ta]men deberet hõ uenire sicut ad tu[rrim] Sunt multi qui ne sciunt regere do[mum] suam, & uolunt regere cõitatem. Iõ [de]struũtur uille & cõitates & ciuitates ambitione ascẽdẽdi. Idẽ de mulier[ibus] q̃ deferunt uiris suis honorẽ, amorẽ [&o]bedientiã, p̃terq̃ in pc̃tis, tales rect[a] ua-

uadunt ad paradisum, Sed quando cogitāt p̄dictis opposita, & cōsētiūt, factū est, iā sūt sagittate a diabolo. iō dicit Dauid de diabolo, Arcū suū tetendit & parauit illū. Et in eo parauit uasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit. p̄s. vij. No. ardentibus. s. in mūdis officijs, honorib⁹, preeminentijs & dignitatibus. Tertio dicit & data est ei corona & exiuit uincēs ut uinceret, qa demon q tētat de supbia, coronā regis portat. iō Iob. xlj. Ipe est rex sup uniuersos filios supbie. Nec aliquis rex habet tot uasallos ut ipe. Et exiuit. s. de celo. Dic casū ipsorū ex superbia dicēte deo. Nō habitabit ī medio dom⁹ mee q facit supbiā. p̄s. c. Vincēs. s. angelos malos, ibi, cōsentientes, ut uīceret. s. hoīes in mundo isto. Ecce primum prelium. iō qlibet auiset se ut caueat a sagittis superbie qa magnum periculum est ire per altissimos mōtes, qa periculosus est casus ab alto. Quādiu em̄ homo uadit plane p uiam humilitatis, uadit hō secure sine periculo, iō xp̄s, Discite a me qa mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem aīabus uestris. Mat. xj. Discite. s. lectionē quā docuit ṽbo & exemplo. Secunda militia est cū dicit, Vidi & ecce equ⁹ ruff⁹, & qui sedebat super illū datū est ei ut sumeret pacem de terra, & ut inuicem se interficerent, & datus est illi gladius magnus. Hoc p̄lium dant demones p pc̄tm̄ luxurie, quod īnuit in hoc ꝙ equus erat ruff⁹. In signum huius qn̄ p̄sona cogitat de illo peccato, efficitur rubea. Et sicut domus & omnia bona ibi congregata comburuntur quādo incēditur igne, ita ex illo peccato perduntur merita cōgregata & bona. iō de isto peccato dicit scriptura, ignis est usq; ad perditionem. i. cōsumptionem deuorans, & omnia erradicans genimina Iob. xxxj. O miseri, p modica delectatione bestiarum q̄ statim trāsit, non dubitatis amittere tantam gloriam & incurrere tātam penam. Item dicit ꝙ miles equitans super equum ruffū habebat potestatem sumendi pacem de terra. Nota septem paces.

Prima est inter deum & homines.

Secunda est inter homines & āgelos.

Tertia est inter animam & corpus.

Quarta inter uirum & uxorem.

Qninta inter clericos & populum.

Sexta inter dominos & uasallos.

Septima inter uasallos adinuicem.

Prima pax est inter deū & personā qn̄ uiuit caste & honeste, qa cū ipa de⁹ habitat, qa de⁹ nō est porc⁹, ut uelit in luto habitare. Sed quando persona cogitat de illo pc̄tō, & consentit ad faciendum, dn̄s indignatur, & pditur pax & fit guerra & diuisio. Secundo ex isto peccato tollitur pax q̄ est inter angelos & hoīes. Dic quō qlibet habet angelū custodē, qa al's demones nos destruerent, & angelus bon⁹ diligit sibi commissos sinceriter, & plusq̄ mater filium sibi charum. De ista custodia autoritas, Angelis suis deus mandauit de te. p̄. xc. Scd'a qn̄ persona uult facere illud pc̄m̄ cogitatiōe uel tactu, uel locutione, uel operatiōe, angelus indignatur dicendo, O iste ribald⁹ qd facit. Dic quō non fieret illud pc̄m̄ corā puero ex uerecundia, multomagis deberet homo uerecundari de angelo p̄nte & dicente, O de isto ribaldo &c. & claudit nasum. Tertia pax est inter carnem & sp̄m quā h̄nt persone q̄ uiuunt in pn̄ia, quia per pn̄iam caro subijcitur anime ut captiua dn̄e, & sic habent pacem. Sed pax tollitur quādo captiua rebellat & resistit contra dominam. Sic quādo caro contra animam facit illud peccatū, pax dicta tollit̄. Quarta pax est inter uirum & uxorē, qn̄ seruant sibi mutuo fidelitatem, q̄ pax tollitur & soluitur p peccatū luxurie. Videm⁹ ꝙ qn̄ uir sentit uxorē adulterari, non bn̄ portat nec econuerso. Quinta pax est inter clericos & populum alicuius uille uel cōitatis, quia laici debent honorare clericos ut patres & soluere decimas &c. Sed hec pax tollitur per luxuriam &c. Clerici autem debent uiuere honeste &c. Sexta pax est inter dominum & uasallos. Sed hec tollit̄ quādo dn̄s uult habere uxorem uel filiam uasalli, qa nō seruarent sibi fidelitatē, imo occiderēt eū. Septima pax est inter uos laicos ad

 inuicē

inuicē q̄ ut fratres debetis uos diligere & habere pacē. Sed hec pax tollitur per luxuriā qn̄ un⁹ curat de uxore uel filia alterius. Ex quo sequūtur multa inter uos mala. De hoc peccato dicit propheta, Impij quasi mare feruens, quod qescere nō potest, & redundant fluctus eius in conculcationem & lutum. Non est pax ĩpijs dicit dn̄s de⁹. Esa.lvij. Impij dicuntur luxuriosi. Rō, quia ut dent delectationem captiue idest carni, dānāt animā. Sed dicitur ꝙ datus est militi gladius magn⁹. Non em̄ bellat cum arcu, sed gladio magno, quia tot⁹ mundus quasi comprehēdit peccatum. Hoc etiā in religiosis &c. Nota exemplum de demone in corpore obsesse, dicente se non inde exire nisi dicerentur tres misse a tribus clericis uirginibus &c. Totus mundus est isto peccato corruptus, & completa est iam prophetia Dauid. Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in stu.su. non est qui faciat bonum. s. castitatis, non est usq; ad unum. s. de adultis cōparatiue loquendo. Ecce quō hic gladius est bn̄ magnus, qa tot occidit. Ideo custodiam⁹ nos ab isto gladio custodiendo corda a luxuria, qa ita uult deus. Hec est uoluntas dei sctīficatio uestra ut abstineatis uos a fornicatione. j. ad Thessal. iiij. De tertio ꝑlio dicit. Et ecce equus niger, & qui sedebat super illum habebat stateram in manu sua. Ecce pctm̄ auaricie & cupiditatis. Dicit ꝙ equus erat niger, & significat peccatum auaricie. Vn̄ sicut color albus pre alijs ōndit, ita color niger pre alijs abscōditur, quia auarus semper abscondit pecunias, & facit se pauperem quando petunt ab eo eleemosynam pro aliqua pia cā. & uadit semper male indutus ut uideatur pauper. Item abscondit ad decipiendū, qa fingit se amicū uerbo ut decipiat facto in ore suo pacē cum amico suo loquitur, & occulte ponit ei insidias. Hier. ix. No. insidias, ut. s. hēat pecunias & bona uestra. Itē dicit ꝙ miles hēbat staterā in manu sua. ĩ quo ōnditur modus pcti auaricie, qm̄ ad instar false statere peccatū auaricie facit, qa illud quod est magis

ponderans & infiniti ualoris. s. pa
sus &c. par pōderatur in cōspectu
rā oculis auari. Et illud quod par
modicum ualet, ut pecunia, bona te
ralia, ponderat & reputat esse infini
loris. Ecce statera falsa & dolosa, q
um qui est infiniti ualoris & ho
diabolus facit ꝙ corā auaro non p
rat unā fabā, qd' fit qn̄ lucro uni⁹
iuras false dicēdo, p deū tāti cōstat.
hic contra falsitates q̄ fiūt inter em
res & uenditores. Item hec falsa sta
cit ꝙ palea uanitatū multū ponder
cōspectu diuitum, & grā & gaudia
sauri paradisi q̄ sunt inestimabilis p
deris nihil ponderant. Iō dicit scrip
Nunquid iustificabo stateram impia
saccelli. i. oculti sacci in quo occul
falsum pondus, pondera dolosa. In q
bus diuites eius repleti sunt iniquit
Michee. vj. Nota stateram impiam &
dera dolosa saccelli. Staterā impiam
cat peccatum simonie in qua uend
spūssctūs. Iō doctores uocant simon
heresim. Simoniaci pōderando uen
grām dei. Nota hic de fraudibus si
nie. Primo in missis sancti Amator
quibus committuntur multe impie
tes. Prima quia dicunt ꝙ debent dic
tinue sine interuallo, cum tamen p
sunt talis uite ꝙ continue &c. Secu
quia frangitur ordinatio ecclesie q̄ q
libet die habet suam missam determi
tam & certam. Tertia impietas est p
um certum quod faciunt clerici, qui
bent celebrare sine interuallo peten
plus. Item tot candele tot denarij. Q
ta est error, quia licet btūs Amator
ta missis extraxit animā mr̄is de pur
torio, creditis ꝙ etiam uos. Nam i
infirmitates non sunt eedem, nec e
pene &c. Dic de medico qui applicat
dicinas iuxta infirmi conditiones.
quare dicit, Nunquid iustificabo sta
Et de tertia simpliciter loquitur thema. Quantū ad primum &c. Ocisiotas est qñ hō siue religiosus siue clericus siue laic⁹ permittit transire tp̄s mane. Nā deus dat tp̄s ad acquirēdū merita & uirtutes, & ociosus non curat, sed congregat bona tēporalia. Modo si homo nō cōgregat spiritualia, merita & ꝟtutes, licet congregaret, oīa bona tēporalia hui⁹ mūdi, ociosus iudicabitur & tāq̄ ociosus ī iudicio cōdēnabitur. Dēr ratio p̄ similitudinem de patre familias habente multos captiuos quos mittit ad plateā ad lucrādū denarios in messe &c. dicens eis, laboretis taliter q̄ in sero portetis lucrum, quādo illi captiui ueniunt in sero ad domū cū lucro, cū gaudio a dn̄o recipiūtur. Si uero non portant lucrū, q̄uis laborauerūt & sudauerunt currendo &c. ociosi iudicantur & dure reprehenduntur, nec dat eis cenā, sed ponūr in captione. Idem in ꝓposito. Xp̄s est dn̄s & paṙfamilias. nos uero sum⁹ seruitores & captiui eius precioso sanguine suo empti. Autoritas, Empti estis precio magno. j. Coꝝ. vj. Et misit nos ad plateas huius mundi ad lucrandū merita & uirtutes. Ego posui uos. s. in mūdo, ut eatis per bona opera, & fructū. s. lucri afferatis, & fructus uester. s. spiritualis maneat, q̄a temporalis trāsit. Ioh. xv. In sero aūt. s. in morte. tunc eñ cōplētur dies uite nr̄e, & uadimus ad domum dn̄i. s. ad iudiciū. & xp̄s licet omnia sciat, ip̄e tñ interrogat iustū & impium, Quis es tu? oportet sibi rn̄dere. dn̄e ego sum talis. Et qd uis, Dn̄e ut intrē paradisum. Et xp̄s. Videamus quid portas. Portas lucrum. Tunc apparebunt qui fuerunt diligentes uel ociosi. Illi aūt q̄ solū curant de laboribus huius mūdi & negocijs, q̄ omnia hic remanent, nullum lucrū portabunt. Iō mittet eos ad hospitale miserorū, ad carcerē inferni. Sed illi qui non solū curabāt de bonis huius mūdi ut uiuerēt, sed magis curabāt de factis aīe, orabant, ieiunabant, cōfitebanṫ, cōicabant &c. tales portāt lucrū & fructus meritorū & bonorū opeꝝ. Ideo gaudiose a xp̄o recipiuntur ad gl̄iam. Multi credunṫ mō esse diligētes, quia laborant & negociāṫur, q̄ tūc cōdēnabūṫ tāq̄ negligentes & ociosi. Et multi iudicāṫ mō ociosi & cōtēplatiui & q̄ faciūt pn̄iam, q̄ tūc reputabūṫ diligētes fuisse. Ecce quare dicit, Ego posui uos. s. in platea hui⁹ mūdi, ut eatis de uirtute in uirtutē, continue meliorādo uitā & fructū afferatis. Mō ne sitis ociosi, ostēdā uobis quales fructus debetis afferre q̄ placēt xp̄o, & inueni q̄ sunt qnq;. Primus quē debetis portare est de oīone spūali. s. de quolibet die in mane & sero facere oīonē genib⁹ flexis, cogitādo q̄ uidetis illū q̄ minaṫ uobis ex peccatis que fecistis, tunc incipiatis orationē humiliter dicēdo, Pr̄ nr̄. Aue Maria. Credo in deū &c. Scūdus fructus est de sctificatione tp̄ali. s. seruare dn̄icā. R ō q̄a xp̄s qeuit in resurrectione. Terti⁹ fruct⁹ est de cōfessione sacramētali ex p̄cepto dei ī qualibet quadragesima, sed de bono cōsilio quolibet mense debet mūdari camisia aīe. s. consciētia, sicut camisia corporis. Quartus fructus est de cōione eucharistie. In illa hostia nō est panis, sed ibi est fruct⁹ ille de quo diciṫ ꝟgini Marie, Bn̄dict⁹ fruct⁹ uētris tui. Quīt⁹ fruct⁹ est de afflictione pn̄iali. Quēadmodū eñ coliṫ terra ut faciat fructū, q̄a aliṫ nō esset apta ad fructificādū. Ita corpus nr̄m de terra formatum ad hoc q̄ habeat cōditiōes terre, oportet q̄ areṫ uel cum ieiunio uel cū cilicio &c. ut faciat fructū p̄ciosum pn̄ie. De p̄sona q̄ facit istos fruct⁹ pōt dici, Et erit tāq̄ lignū qd' plātatū est sec⁹ decurs⁹ aquaꝝ. s. p̄dicationū. qd' fructū suū dabit in tp̄e suo. ps. j. Inutiles aūt & ociosi seu infructuosi dure arguētur a xp̄o. Nota hic parabolam de seruo pigro & inutili & ocioso. Post multū uero tp̄is uenit dn̄s seruorū illorum, & posuit rationē cū illis. Mat. xxv. Et loq̄batur xp̄s de se qñ debuit celum ascēdere, q̄a

tūc peregre ꝓfectus est. Quātū ad scd'm pc̄tm̄ de crudelitate cōtra ꝓximū. Tātus est amor xpi ad nos, ꝙ iniuriā q̄ fit cōtra ꝓximū, xps recipit in suā. Amen dico uobis, ꝙ uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Mat. xxv. Ista rō deberet nos cogere ne simus crudeles ꝓximo, sed benigni & misericordes. Nota quinq; crudelitates in hoībus mūdi. Prima est dando. s. eleemosȳnā, quādo pauper petit eleemosȳnā stat, & ille a quo petit nō rn̄det, paup iterꝝ q̄rit quia est indigens, & ille dure & creduliter dicit, uadatis laboretis &c. Dicat quō eleemosyna est dāda, iō aplʾs, unusquisq; ꝓut destinauit in corde suo. s. dare nō ex tristitia aut ex necessitate. Hilarē eñ datorē diligit deus. ij. Corꝝ. ix. Scd'a crudelitas est uendēdo. s. pluris ꝓpter sperā, hoc est ꝓpter solutionis dilationem, usura est & dānatio. Tertia crudelitas est in mutuādo. Mutuare eñ est mīa & in casu maior q̄ dare eleemosynam. Sed modo totum uertitur in crudelitatem. Qn̄ enim pauper habet necessitatem, quia habet prouidere filijs, mulieri & filiab⁹ & seruitoribus dom⁹, uenit ad diuitem ad mutuandū, statī sequtur crudelitas de usura &c. Quarta crudelitas est in soluēdo. Sunt multi crudeles qui nolunt soluere soldātū seruis & ancillis laborantibus. Cuilibet tali dicit dn̄s, Quicūq; tibi aliquid operatus fuerit, statī mercedē ei⁹ ei restitue, & merces mercenarij tui apud te oīno non remaneat. Thob. iiij. Et Leui. xix. dicit, Nō morabit op⁹ mercenarij tui apud te usq; mane. Quinta crudelitas est. s. in retinendo bona defunctorum, non complendo testamēta & ordinationes eoꝝ. Quā crudelis esses si uideres patrē tuum uel matrē ī igne, & nolles eos iuuare cū posses. Maior crudelitas est de animabus q̄ cōburuntur in igne purgatorij calidiore isto incomparabiliter & clamant ad dominum, O dn̄e iustitia de filio meo proditore siue de herede &c. Autoritas. Audite dixit xps quid iudex iniquitatis dixit. Deus non faciet uindictam electoꝝ suorum clamantium ad se die ac nocte

& patientiam habebit in illis. Dico uobis ꝙ citofaciet uindictā illorū. [...] xviij. & . xiij. q. ij. Qui oblationes d[...] ctorū aut negāt ecclesijs aut diffi[...] reddūt tāq̄ egentium necatores e[...] cent. xij. q. ij. Qui abstulerit aliqui[...] tri uel matri, dicetq; hoc pc̄tm̄ non [...] homicide particeps est &c. De istis [...] delitatibus arguet mūdū xps in iu[...] Autoritas. Cum uenerit filius hoīs [...] iestate sua, & oēs angeli eius cū e[...] Mat. xxv. Quantum ad tertium pc̄[...] infidelitate contra deum est. Illud [...] est maius alijs, qa cōtra deū imme[...] de hoc loquitur singlʾr thema. Cū [...] rit ille arguet mūdū de peccato. S[...] de peccato qdē, quia nō crediderū[...] me. Nihil tā reprehēsibile est in fi[...] seu uasallo q̄ infidelitas q̄ multiple[...] uenitur. Prima est infidelitas cordis [...] quorū xpianorū, q solo nomine d[...] ani, sed in corde suo nō hn̄t firmā [...] nec claram credentiā dicētes, Qui[...] hō qd est in alio mūdo. Alius dicit, [...] est possibile ꝙ in tā parua hostia si[...] xps &c. Nō est impossibile apud d[...] uerbū &c. Ex pc̄tis enim & mala ui[...] continuata perditur fides in corde, [...] cet ī ore nō audeāt dicere ex timo[...] in corde titubāt. Autori. Bonam co[...] entiā quidā repellētes circa fidē na[...] gauerūt. j. Thimo. j. Iō quolibet ma[...] lero debetis dicere, Credo in deum[...] nibus flexis cū ꝓtestatione, & sic co[...] tur fides in corde. Scd'a est oris iura[...] crudelʾr, renegādo, blasphemādo &c. [...] renegat dn̄m suum infidelis est. O q[...] ties renegatur deus maxime in ludis. [...] prouideatur ne maledictio & damn[...] incurratur. Vnde dicit scriptura fa[...] Dn̄e maledicti erunt qui contemp[...] te, & cōdēnati erūt omnes q bla[...] uerint te. Thobi. xiij. Tertia est in [...] recipiendo uindictam de inimicis. [...] facere uindictam ad regē pertinet, [...] go aufert regalia regi infidelis est. [...] dictā eñ facere regale est dei. Mihi [...] dictam, supple reseruaui, & ego retr[...] dicit dn̄s. Roñ. xij. Quarta est pec[...]

cūndo ad demones .s. diuinos, sortile-gos, cōiuratores, inimicos xpi. Qualis ī fidelitas est seruorū qui in suis necessita tibus recurrunt ad inimicos, cum eis ha-bentes sua colloquia & cōsilia. Talis est xpianorū recurrentium ad demones ꝓ sanitate habēda uel inuentione eius qđ perdidistis, nec ualet excusatio dicentiū, Non habemus hic medicos nec apothe-carios, permittam ergo mori filium meū patientē &c. Falsum est, qa xps medicus magn⁹ ubiq; est, ad ipm ergo currendū est qui uirtute nōis sui curat oēm infir-mitatem. Quinta infidelitas est toti⁹ cor poris, qñ illi de matrimonio & alij faci unt luxuriam. Quod sit infidelitas, clarū est, qa qñ uir curat de uxore alterius uel de alia muliere, fidem promissam uxori frangit & econuerso. De illis q non sunt de matrimonio ꝙ luxuria sit infidelitas, probatur sic. Nā ille q imaginem xpi cru cifixi uel uirginis Marie ꝓiecerit in la-trinam, esset infidelis & proditor. Modo nulla imago est magis propria imagini dei q̄ homo. Autoritas. Ad imaginem dei factus est homo. Geñ. ix. Nō sol nec luna nec aliqua stellarū habet imaginem dei, quādo ergo tu facis luxuriā, tu ꝓijcis imaginem dei in latrinā & lutū luxu-rie. Dicatur cōtra illos q dicunt simplicē fornicationē non esse peccatum. De lu-xuriosis aūt dicitur, Gñatio enim puersa est & infideles filij. Deute. xxxij. Ergo cū uenerit ille arguet mūdū de pctō .s. infi-delitatis. Taliter ergo uiuamus ut cōtra ista tria peccata deus det nobis tres uir-tutes eis oppositas, contra ociositatem diligentiā spiritualē, contra crudelitatē dilectionem ꝓximalem, & contra infi-delitatē credētiā cordialē hic per gratiā.

De eadem dominica tertia post octa. pasche de epistola. Sermo. iiij.

Verbū pōst saluare aīas uestras. Iac. j. Istud uerbū dat mihi motiuū pdicādi de effectu uerbi dei in sal uatiōe animarū. Materia erit bona & utilis. Sed primo salutetur uirgo Maria &c. Istud uerbum indiget breui declaratione pro introductione materie. Pro quo sciendū ꝙ in sacra scri ptura uerbū dei accipit̄ dupliciter. Quia inuenit̄ ỽbū dei primo ꝓpriū & eterna-le. Scd'o inuenitur uerbum dei cōe & tē porale. Quātū ad primū, illud ỽbum est fili⁹ dei, nō est ỽbū trāsitoriū ut meū ỽbū uel tuū qđ nō durat nisi q̄diu fit, sed uer bū dei est eternū & durabile sine princi pio & sine fine. Vñ btūs Tho. multiplicē ponit differētiā inter uerbum diuinū & nr̄m ỽbū. Verbū eñ diuinū ut dicit ī de potentia. q. ix. arti. v. est tātū unū pfectū & idē ꝙ essentia diuina, iō est fili⁹. Non aūt nr̄m, qa est multiplex, impfectū & ac cidēs. Idē in de potētia. q. viij. ar. j. in cor pore articuli dicit ꝙ ỽbū nr̄m nō perma net in intellectu nr̄o, nisi durāte actu in-telligendi, sed clarū est ꝙ uerbū diuinū nō est trāsitoriū nec tēporale, sed eter-nū. Dicatur de illo magno alphaquino .s. sacerdote sarracenorū, q petijt a magi stro Vincentio, quō pōt fieri qđ de⁹ ha beat filium? Cui rñdit magister Vincen-tius, Tu credis ꝙ de⁹ sit etern⁹? Rñdit ꝙ sic. Et credis ꝙ sit mut⁹ uel loquatur? Rñdit ꝙ nō credebat ipm mutū esse, sed ꝙ loquebatur. Et magister, Et illud ỽbū dicitur filius dei. De quo uerbo Io. j. In principio .s. mūdi erat uerbū, & uerbum erat apud deum .s. patrē, quia pater non est suum uerbū, sed distinguitur perso-nalr. Et de⁹ erat uerbū. Si thema intelli-gātur de isto uerbo, certū est ꝙ pōt salua re aīas nostras .s. causaliter & principali-ter, qa ipe cā totalis & principalis est no stre saluationis. Ideo dixit angelus Io-seph spōso uirginis Marie, Postq̄ uirgo concepit filium dei, Vocabis nomē eius Iesum .i. saluatorē. Ipe eñ saluum faciet populū suū .s. credentes & obedientes a peccatis eoꝝ. Mat. j. Si de isto uerbo uo-lumus loqui clarum est thema. Dico se-cundo, quod inuenitur in sacra scriptu-ra uerbum dei cōe & temporale, quia ha buit principium, & istud est uerbum sa-cre scripture tam in ueteri q̄ in nouo te-stamento, & uerbum predicationis. Sed quare sacra scriptura dicitur uerbum

 dei, &

dei,& nõ ꝓphetaꝝ uel euangelistaꝝ aut apostoloꝝ uel p̃dicatorũ.Et dico hic ꝙ ꝓpriꝰ dicit ỽbũ dei q̃ p̃dicatorũ dei.Rõ, qa si organum,cythara,phyala uel fistula facit bonũ sonũ & gratũ audiẽtibꝰ, ille sonꝰ cuius erit,organi an fistule? nunqd organiste uel fistulatoris? certũ est ꝙ sic. qa ipse mouet organũ &c.Iõ deꝰ est bonꝰ fistulator,ꝓphete & apostoli & euãgeliste & p̃dicatores sunt organa uel fistule,& simpliciter sunt instr̃a, sed deus est ita bonus magister ꝙ cũ malo instr̃o facit sonum bonũ.Nõ eñ uos estis qui loquimini, sed spũs patris uestri q loqtur in uobis.Ma.x.Ista est rõ quare uerba sacre scripture dicũtur uerba dei. Vnde dicit scriptura, Cũ accepissetis a nobis uerbum auditus dei, accepistis illud non ut uerbum hoĩm, sed sicut est uere uerbum dei.j. ad Tes.ij. Istud uerbũ est cõe multis & tẽporaliter. De isto uerbo ego uolo pertractare thema propositũ, quia de isto uerbo est difficultas quomodo potest saluare animas. Istud uerbum quando est digne predicatum & deuote auditum, facit tria.

Primo illuminat in cognitione de rebus spiritualibus.

Secundo inflammat in dilectione de bonis celestialibus.

Tertio purificat de infectione de culpis mortalibus.

Ista tria sufficiũt ad saluationẽ aĩarũ,ergo uerbum põt saluare animas nostras. Dico primo ꝙ uerbũ istud qñ est p̃dicatũ digne & auditũ deuote,illuminat auditores in cognitione spũalium,qa illa q̃ sunt fidei, p aures hñt intrare in corde, nõ per oculos, nec aliter.Ita sunt alta & transcendentia illa que fidei sunt,ꝙ non possunt intrare in corde nisi per aures. uerbi gratia.Vos creditis ꝙ quando homo moritur & anima separatur a corpore, ꝙ uiuit & uadit uel ad paradisum si fuit bone uite, uel ad purgatorium uel ad infernum si fuit impenitens. Ista ueritas non intrat in corde uestro per oculos,qa uos non potestis uidere aĩam qñ recedit a corpore q̃tuncumq; respiciatis.Sed ista ueritas intrauit per aure ita dicit Ap̃s,Fides est ex auditu,au ãt p ỽbũ xp̃i.ad Ro.x.Si eñ uideret. oculũ,nõ haberemus meritũ.Si cre: uos ꝙ hostia sit alba uel rotũda,nec tes,nec gr̃as meremini. Sed creder xp̃s deꝰ & hõ sit intꝰ, ut dicit ỽbũ dei meritũ, ista ỽitas p aures intrat, au aũt p ỽbũ dei intrat. Itẽ qñ creatura ptizat,ab ea expellit diabolꝰ. Iõ ex zat,qa ante baptismũ inhabitat a dia lo. ĩ baptismo aũt exit & uenit spũs & uos nõ uidetis q̃tũcũq; attẽte resp atis, quõ ergo scitis istã ỽitatem? per bũ dei.Itẽ quãdo sacerdos dicit illa a xp̃o ordinata,xp̃s uenit in hostia, nõ uidetis ipsum uenire,tñ creditis ibi esse ex ỽbo xp̃i, quia multoties a uistis predicare.Sed diceres,Vnde e nos non possumꝰ ista spũalia percip Dico ꝙ ex carne impediente. Sicut go tenerem ocularia de uitro rubeo colore alio,oĩa q̃ uiderẽ essẽt eiusdẽ loris in mea apparẽtia,licet esset fals diciũ. Quia audiui & ita est ꝙ ille est dutus de albo & ille de nigro &c. Ita de ocl̃is aĩe,q̃diu uidet per ocularia c poris nõ uidet nisi corporalia,iõ per ditũ habet iudicare de spiritualibus. quando est separata a corpore, quom do uadit ad paradisum uel ad purgat um uel ad infernum,uidet xp̃m in ho cõsecrata, uidet diabolum recedent creatura qñ baptizatur,& spm̃ s̃ctm̃ u entẽ.Ecce rõ quare p uisum nõ poss cognoscere spũalia, ergo p auditũ ue dei. iõ dicebat Dauid. Lucerna pedi meis uerbũ tuũ & lumẽ semitis meis. cxviij.No.passus eundi ad paradisum ueritates fidei & bona opera. Si ora hodie,iã fecistis unum passum, aliu dedistis eleemosynã, alium si audi missam &c.Iõ Dauid.Ibunt de uirtute uirtutem,uidebitur deus deorũ in S Sed multi sunt qui errant circa istos p sus,quẽadmodũ ille qui uadit de no per uiam periculosam, lutosam & lap bꝰ plenã,indiget lumine.ar̃s &c.Ita nos sumus in uia huius mundi peric sa & l

sa & lutosa, in qua sunt moles lubrice immunde de luxuria & alijs multis pctis. Iõ indigem⁹ lumine lucerne ṽbi dei. Si eñ istud lumẽ precederet, nõ impĩgerem⁹ intm̃. Verbi gratia. qñ iuuenes interrogantur a cõfessore, dicũt ꝙ fecerũt luxuriam cũ publicis mulierib⁹ & excusant se dicẽdo &c. qđ pctm̃ est. Ecce quõ ledũt, iõ est nobis necessariũ uerbũ dei ut illuminet. Nã si cũ filia regis peccaretis, qđ peccatum esset, nõne esset ꝓditio, & nõne omnes mulieres sunt filie dñi tui regis Iesu xp̃i? sibi ergo facis iniuriã & proditionem. si uero ip̃e rex dat tibi filiam suam in uxorẽ, tunc habeas solatiũ cum ipsa. O quot cadũt in luto isto periculoso, ꝓpter hoc necessariũ est lumen uerbi dei. Diceret aliquis, Ego non peccaui cũ mulierib⁹, sed mecũ tãgẽdo &c. nõ potestis dicere ꝙ fecerim iniuriã alicui, imo qa qui ꝓijcit calicẽ cõsecratũ in luto scieter, magnũ peccatũ facit. Noueritis ꝙ magis cõsecratũ est corp⁹ xp̃iani q̃ calix ad recipiendũ corp⁹ xp̃i. Qñ ergo tagendo facit illud pctm̃, ꝓijcis calicẽ corporis in latrinã, & grauius peccas. O quot cadũt ibi, qa nõ precedit eos uerbũ dei. Alij impingunt in lapides duros ut usurarij. Qui quando a cõfessore interrogãtur si faciũt usuram, dicũt nõ. Et nũquid mutuatis? imo. & qualiter? Ego mutuo decẽ florenos & in instrõ ponũt duodecim, & dicunt nũqd hoc est usura. Et quare? Nonne de meis pecunijs possum recipere lucrũ? Dicat quõ recipiũtur, quia pecunie non sunt sue, ipsi solum sũt thesaurarij. Si ergo thesaurarius regis cõtra uolũtatem & ordinationem suam dispẽsaret pecunias regis, qd faceret de ipso rex &c. Ita solus xp̃s est dñs pecuniarum, bladi, uini, & oĩm fructuum & aliarum oĩm rerum. Autoritas. Dauid. Domini est terra & plenitudo eius. Diuites autẽ sunt eius administratores & thesaurarij & non domini, quia ille q est dominus alicuius rei. nõ tenet alteri reddere cõputum. Sed uos tenemini reddere computum, imo de oĩbus q̃ habuistis & expendistis quõcũq; & qualrcunq; &c. Autoritas. Sic nos existimet homo ut ministros xp̃i, & dispensatores ministeriorũ dei &c. j. Coriñ. iiij. Multi errant ergo ꝓpter defectũ luminis. Ecce quare dicit Dauid. Lucerna pedibus meis uerbum tuum, quo homo regitur in hoc mũdo. Secũdo dicit, Et lumẽ semitis meis. No. differentiam inter uiã & semitã. Via generalis est credentia que habetur de deo naturalr ꝙ est unus deus creator & gubernator oĩm, una prima causa, primus motor, & primum principium &c. Semite uero sunt secreta fidei, q̃ naturalr non pñt sciri nec uideri, sed solum sciuntur ꝑ diuinam reuelationẽ. Iõ dicit, & lumẽ semitis meis. Patet prima uirt⁹ uerbi dei. Secunda uirtus uerbi dei est ꝙ inflãmat in dilectiõe celestium. Iã scitis ꝙ omnia bona huius mundi finem habebunt & dimittenda sunt, sicut sunt honores, diuitie, dignitates, etiam si essetis rex uel papa, oportet dimittere & perdere omnia, sepeliri & corrumpi, & tũc perdũtur delectationes corporis & solatia, quia nec uxor nec filia uellent ire uobiscũ, iõ necessarium est inflammare se, & desiderare bona sp̃ualia & esse cum deo & cum sctĩs, & stare cum ip̃is. O qualis honor & qualis dignitas hr̃e societatem cum p̃riarchis & ꝓphetis, ap̃lis &c. Itẽ de diuitijs. Nũqd aliquis in hoc mũdo quantũcunq; diues habuit qcqd uoluit? ꝑfecto non. Et in paradiso qlibet habet qcquid uult & desiderat, & sunt immortales, impaßibiles, &c. De his bonis ergo hõ debet se inflammare, & nõ de bonis huius mũdi. Hoc fit per uerbũ dei qđ inflãmat cor. Autoritas. Nunqd nõ ṽba mea sunt quasi ignis ardens dicit dñs, & quasi malleus conterẽs petrã? Hiere. xxiij. Verba dei sunt quasi ignis ardẽs. hoc ad oculũ potestis uidere, qa multi ueniunt ad sermonem frigidi, qui audiendo sermonẽ calefiunt. Frigidus est superbus, sed calefit quãdo humiliatur. Idẽ de alijs pctĩs. In uerbo eñ predicationis calefiunt, & ille qui predicat sufflat & incendit ignẽ, & gentes calefiunt. Vnus recedit ita calefactus & inflãmatus ut uiuat caste, ali⁹

remittẽdo iniurias inimicis, alius satisfa
ciendo. Iõ xps Luc.xij. Ignem ueni mit-
tere in terrã.s.amoris & charitatis, quia
gentes erãt frigide ualde & cõgelate, &
non curabant de bonis paradisi, sed de
bonis huius mundi. Dicit secundo, &
quasi malleus conterens petram. Sicut
enim uerbum dei dicitur ignis, quia in-
flãmat cor in dei amore, ita dicitur mal-
leus cõterens petrã durã cordis in amo-
re proximi. multi hñt cor lapideũ dicen
do nõ parcerẽ inimicis, sed malleo ỽbi
dei frãgit cor, & faciũt pacẽ ꝓ amore dei
& nõ hoĩm in saluatiõe aĩarũ. De illo aũt
q nõ uult remittere dicit Iob.xlj. Cor ei⁹
idurabit tãq̃ lapis, & strĩget quasi mallea
toris inc⁹. Tertia ỽt⁹ ỽbi dei est ꝙ purifi
cat de ĩfectione de culpis criminalib⁹, qa
uerbũ dei qñ deuote auditur, totã aĩam
purificat, intellectum, memoriam, & uo
luntatem. Nota hoc exemplum in uitis
patrum de quodam homine qui ex de-
uotione iuit ad uisitandum unum sctm̃
heremitam, querens ab eo regulã & mo
dũ bñ uiuendi, ut possit saluare aĩam suã
cum esset rudis & ignorãs quid deberet
facere. Rñdit heremita, Audias sermo-
nes euangelicales nõ q̃stionales. Et ille,
Libenter audio & multum delector in
audiendo, sed post non recordor de ali-
quo ỽbo sermonis. iõ qd mihi ꝓderunt.
Tũc sctũs hõ uolens sibi oñdere ad ocu
lum effectũ ỽbi dei in purificando a cul
pis & maculis pctõꝝ, misit eũ ad fontem
cũ una cistella foraminibus plena & im-
mũda ut portaret sibi aquam in cistella.
Ille aũt nolẽs sancto homini contradice
re iuit & impleuit cistellam, sed quando
extrahebat ipsam de fõte, statim cistella
euacuabatur, sed fuit purificata. Qui ue-
niens de fõte dixit se aquam non posse
portare &c. Et heremita, quando tu iuisti
ad fontẽ cistella erat immunda. Rñdit
ꝙ sic, & modo est pulchra. Ita pari mõ qñ
tu uadis ad sermonem uadis ad fontem.
De quo Eccl'ia.j. Fons sapientie uerbũ
dei in excelsis. Cistella immunda est cõ-
scientia & uagabunda & crapulosa, & qñ
audis sermonem impletur totã, & lic
memoria nihil retineat, tamen puri-
tur. Ecce pulchrã similitudo & confir
tur autoritate Christi dicẽtis, Iã uos m
di estis propter sermonem quem lo
tus sum uobis &c. Ioan. xv.

Dñica.iiij. post octa. pasche. Sermo

PAter amat uos, qa uo
me amastis. Hab
uerbum istud textuali
Io.xvj. & officiatur in e
gelio hodierno. & si p
cet deo habebim⁹ bonas doctrinas. S
prius salutetur uirgo Maria &c. Tot
sanctum euangelium hodiernum est ỽ
bum Christi cõsolatoriũ quod Christ
dixit Apostolis consolando eos, qa er
ualde tristes, qa xps dixerat eis ꝙ in d
Iouis sequenti erat ab eis recessurus,
quo erant ualde tristes. Nec mirũ, qu
amore sui dimiserant pr̃iam, bona, am
cos & parentes, & ꝙ recederet ab eis
non uisuri eum unq̃ in hoc mundo, e
hoc erant multum desolati. Quando e
amicus chare dilectus recedit ab alio
mico cum quo habuit magnam famil
ritatem, stando, comedendo, bibendo
dormiendo &c. alter remanet ualde tr
stis & desolatus, imo etiã bestie irrõn
biles si una fuerit diu cum alia ĩ eod
stabulo & alia recedit, altera non pote
rit comedere nec quiescere, hoc natu
le est. Idem de Apostolis. Autoritas. V
do ad eum qui misit me, & nemo ex uo
bis interrogat me quo uadis. Sed qa h
locutus sum uobis, tristitia impleuit co
uestrum. Io. xvj. Ideo Christus dedit tre
magnas consolationes.

Prima de exauditione generali.
Secunda de declaratione spirituali.
Tertia de acceptione diuinali.

De tertia aũt ꝙ de⁹ pater habeat eos ac
ceptos, loquitur thema dicens, Pater a
mat uos, quia uos me amastis. Quant
ad primum Christus consolando Apo
stolos promisit eis eruditionem gnã
de omnibus que peterent in orationẽ
Maxima consolatio debuit esse Apost
lis ubi

lis ista promissio, ac si rex diceret militibus suis pietatis gras, priuilegia, dona, qa ego promitto uobis dare. Bene esset magna cõsolatio militũ. Vel si papa diceret clericis, Sciatis petere bñficia, dignitates, episcopatus, quia ego uobis ꝓmitto ꝙ uobis dabo, qualis cõsolatio esset clericis? Quãto magis Apostoli debuerunt esse cõsolati, qa rex & papa indubitatus Iesus q nõ potest mentiri, fallere, nec falli, ꝓmittebat eis ꝙ exaudiret oẽs petitiones eorum. Ista promissio consolatoria tangit in principio euangelij Io. xvj. Amẽ amẽ dico uobis si quid petieritis prẽm in noĩe meo dabit uobis; usq; huc, gaudium urm sit plenũ. Et Mar. xj. Quecũq; orãtes petitis, credite, qa accipietis & euenient uobis. Nota modum loquendi xpi in euangelio cũ dicitur, Amen amẽ. nũq̃ iurauit aliter. primũ amẽ, id est secure: secundũ amẽ, id est certe dico uobis. dando nobis exemplum ne iuremus unq̃ nisi ex necessitate quando iudex cogit iurare, & tunc dicere ueritatẽ quicquid sequitur, & ueritas pura debet dici, uel habem⁹ iurare cũ magna utilitate. Aliqui iurant solum per aduerbia, & ita debetis oñdere filijs urĩs. Questio est hic, An ista promissio facta sanctis aplĩs per Christum extendatur ad nos. Dicunt sancti doctores ꝙ sic, si in nostris petitionibus seruemus tres conditiones, que tres subtiliter tanguntur in Christi promissione predicta, qb⁹ concurrentib⁹ infallibiliter petitio exaudietur. De quib⁹ trib⁹ cõditionib⁹ uide sctm̃ Thomã secunda scd'e. q. lxxxiij. ar. vij. Et in quart. distinc. xv. q. iiij. ar. vij. q. iij.

Prima ut petamus perseueranter.

Secunda ut petamus confidenter.

Tertia ut petamus utiliter.

Quantum ad primam, Perseueranter petitur illud quod petitur quolibet die & multoties petitur. Ista perseuerãtia tangitur in hoc ṽbo coniunctiuo petieritis quod significat coniunctionem seu continuationem petitionis de una die in aliam, de una septimana in aliam. iõ non dicit, Si quid petitis, sed si quid petieritis, scilicet multoties & perseueranter. Apostoli statim obtinebant, sed nos nõ, & hoc propter nostrum defectum & instabilitatem ꝑseuerantie, sed perseueranter petendo & orando recipimus amicitiã & familiaritatẽ a deo, sicut homo cũ homine uel mulier loquendo efficiũtur familiares. Alij aũt incipiunt petere, & qa non statim exaudiuntur, dimittũt orationẽ & petitionem. Male faciunt tales, quia oportet perseuerare. Hoc declarat xps per quãdã similitudinem de duobus amicis. Luc xj. Nota historiam quomodo ex defectu panis iuit ad alium dicens, Amice accommoda mihi tres panes postulando & pulsando ad portam ei⁹. Qui rñdit, Ego sum in lecto cũ pueris meis, iõ noli mihi esse molestus. Non possum surgere & dare tibi. Et ille pulsabat iterum & iterũ, intm̃ ꝙ ille dixit deintus, Iste non dimittit me dormire, melius est ut surgam & dem ei. Et ita fecit. De q̊ dicit xps. Dico uobis. Et si non dabit illi, eo ꝙ amic⁹ ei⁹ sit, propter importunitatem eius surget & dabit illi quotquot habet necessarios. Lu. xj. ita de nobis. Amicus noster est xps q nos chare diligit, quando nobis deficit panis, qui significat necessitates quas habemus, debemus ire ad eius portã & ibi pulsare. Porta est misericordia sua, ipse enim qui iã est in lecto glorie cũ filijs suis, scilicet patriarchis, ꝓphetis, apostolis &c. si pulsatur ad eius portam orãdo & suspirando, si non dat tibi eo ꝙ amicus sit, ꝓpter importunitatem tamen. s. ex perseuerantia dabit tibi. Ideo dicit ipsemet, Petite scilicet ore, & dabitur uobis, querite, scilicet corde, & ĩuenietis, pulsate scilicet ꝑseueranter. Oĩs eñ q petit accipit, & qui querit inuenit, & pulsanti aperietur. Lu. xj. Secunda conditio est petere confidẽter, que tangitur ibi cum dicitur, patrẽ. non dicit dñm nec deum nec creatorem, imperatorẽ uel regẽ uel oĩa simul, sed dicit prẽm. Rõ, quia de quo põt magis fili⁹ cõfidere q̃ de prẽ? Ipse eñ est pr nr q genuit nos in utero spõse tue. s. eccl'ie. iõ secure possum⁹ petere, qa q prẽ habet iudicẽ secu

ce secure uadit ad iudiciũ. Iõ oĩo quam xp̃s ordinauit, q̃ est melior oĩb⁹ alijs, incipit, Pater noster &c. ut cõfidamus de eo quãtũ filij de pr̃e carnali, qui totã curã imponunt pr̃i. Si q̃rat a puero uñ habebit aliam tunicã qñ illa fuerit lacerata? Rñdet. Pr̃ meus dabit mihi. Idẽ de sotularib⁹. Idem de quo prandebit. Ita uult deus ut confidamus de eo. Sed diceret aliquis, Tunc non laborabo & expectabo necessaria a deo. Nõ sic, sed sicut fili⁹ obedit patri & facit qđ sibi p̃cepit, ita tu obedias deo, & fac officium quod pr̃ tu⁹ deus docuit te. Si es laborator uel mercator, notarius uel sartor &c. labora in officio tuo, & obedias pr̃i, quia ipse tibi prouidebit, quia nullus põt dare bladũ in cãpis, nec uinũ in uineis, nec fruct⁹ in arboribus, nec pecuniã in marsupio, nisi deus. Idẽ de clericis & religiosis, faciant officium suum diligenter, quia non deficiẽt eis indumẽta, nec esce, q̃a pater ꝓuidebit. Sed modo plus confidimus de uno infideli Iudeo q̃ de deo pr̃e nostro. Si eñ Iudeus cum instrumẽto publico promisit uobis cẽtũ florenos dare quolibet ãno, dicitis uos, O bñ est mihi, pluat uel non securus sum ego, & non cõfiditis de deo q̃ uobis ꝓmisit & uolũtarie se obligauit ad dandum uobis, non solũ centum florenos, sed oĩa necessaria. Instrumẽtũ receperũt quatuor notarij maiores. s. quatuor euangelistę. Ecce clausula, Petite & dabitur, q̃rite & inuenietis. Omnis eñ qui petit accipit, & qui querit inuenit. Luc. xj. Et non cõfiditis cum tanto instrumento. Dicatis uos usurarij. quare congregatis tot pecunias &c. Nũquid promisit uobis deus prouidere? Rñdebit ponẽdo cistam plenam de bonis florenis, de hoc confido eo. Idem si dicatur clerico, O quare facitis tot incõuenientia uendendo sacramenta, negociando, mutuando &c. faciatis bene officium uestrum, quia deus prouidebit. Beatus qui tenebit uitam suam taliter ꝙ nõ faciat tales excusationes in peccatis. Idẽ de religiosis. Si dicitur, O quare congregatis pecunias &c. Rñdet, O quia ordo non prouidebit bñ, nec dat necessa &c. faciatis officium uestrum diligẽ & seruetis regulam, quia citius permittet de⁹ celum cadere q̃ ꝙ uobis defici. Confidamus ergo de deo patre nostr. De hac confidentia dicit Ioannes, Charissimi si cor nostrum non reprehẽder nos, fiduciam habemus ad deum ut quod quid petierimus accipiemus ab eo, q mandata eius custodimus. ecce ratio. I ma canonica, Ioã. iij. Nota. Si cor nostr nõ reprehẽderit nos, scilicet de aliq peccato. Qñ uultis petere aliquã gra primo uideatis si cor uestrum reprehe dit uos, quia si in peccato estis, non este tis filij, sed inimici dei. Inimicus aũt nõ debet cõfidere de inimico ꝙ det sibi ne cessaria, sed aduersa. iõ qñ tempore sicc tatis, mortalitatum uel alterius incõmo ditatis, fiunt processiones, petunt hom nes, sed multoties non recipiunt, q̃a di mittunt illud qđ est principale. s. confes sionẽ & correctiones pc̃torũ publicorũ. iõ dicit scriptura, Petitis & non accipitis, eo ꝙ male petatis. Iaco. iiij. Quandiu eñ ferrũ est in uulnere seu in corpore nihil ualebit medicina. Ita q̃diu ferrum pc̃ti est in homine, nihil ualet medicina processionũ &c. Ecce quare dicit si cor nostrum &c. Tertia conditio est petere utiliter & salubriter, qđ tangitur ibi, in nomine meo. Nomẽ xp̃i est Ies⁹, qđ idẽ est qđ sal⁹ uel saluatio. Petim⁹ eñ in nomine Iesu, qñ petimus salutem uel q̃ re pertinent ad salutem uel ad saluationẽ. Quia multoties petimus p̃seueranter & confidenter & non utiliter, & iõ nõ obtinemus. Talia põt petere filius a patre que non obtineret. Si eñ filius egrotar de magna febre petit a patre uinum uel fructus, uel alia sibi contraria & nociua pr̃ nullo mõ dabit sibi q̃tũcumq; petat & ploret, quia pr̃ scit ꝙ esset sibi mors, licet hoc fili⁹ ignoret, ita de nobis multi m petũt, & de⁹ scit ꝙ nõ esset sibi utile, iõ nõ dat. Verbi gratia. Multi infirmi in m do sunt qui petunt a deo sanitatem quã ipse non uult dare. Ratio est, quia cum ipsi sunt infirmi sunt humiles, orant, nõ curãt

curant de peccatis. Qui si essent sani, essent superbi, non curarent de deo, darẽt se peccatis. Idem de multis ignorantib⁹ qui petunt sciam & non obtinent, quia deus scit ꝙ si haberent essent superbi, q̃a scia inflat. j. Cor. viij. Statim despicerent alios & uellent magistrari uel episcopari & dãnarẽtur. Alij petunt diuitias, aliqui officia & bñficia & dignitates dicentes, O quot bona facerem si hoc haberẽ, & non obtinẽt, q̃a deus scit ꝙ statim acciperent bonam mulierẽ & unã concubinam. Sed dat meliora, sicut pr̃ non dat filio egroto uinũ qđ petit, q̃a sibi noceret, sed dat sibi melius, scilicet restauratiuũ &c. Dicat exemplũ de beato Paulo q̃ habebat grauẽ infirmitatẽ in latere. s. pũctiones, q̃ aliquoties nõ poterat p mltos dies celebrare, nec predicare, & curabat omnes infirmitates, suscitabat mortuos, & seipsum nõ poterat curare, immo qñ dicebat Iesus Iesus Iesus, infirmitas augmentabat. Bñ debebat admirari, & poterat dicere, quomodo portabunt mihi infirmos ad curandũ, si non possum curare meipm? De hoc dicit ipsemet, Ne magnitudo reuelationum extollat me, dat⁹ est mihi stimulus carnis mee, angelus sathane qui me colaphiset. Propter quod ter dominũ rogaui ut discederet a me, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea. Nã uirtus in infirmitate perficitur. ij. Corñ. xij. Illa enim infirmitas erat quasi frenũ quo humiliabatur. de qua infirmitate dicit Beda. Si apostolus hac caruisset salu⁹ esse non posset. Necessarium est ergo ꝙ petamus in nomine Iesu. s. utiliter, & tunc sine dubio obtinebimus. Autoritas. Quodcunq; nota utiliter petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam. Io xiiij. Quantum ad secundam consolationẽ, Christus promisit apl̃is declarationẽ scripture tã ueteris q̃ noui testamenti & claram notitiam. O qualis consolatio esset rustico ignoranti si promitteretur sibi, Cras uos scietis tm̃ q̃tũ unus magr̃ in theologia uel q̃tum Aug. sciuit. Maior fuit ista Christi promissio quando dixit apl̃is in secunda parte euangelij, hec scilicet secreta fidei in prouerbijs. i. signis & figuris locutus sum uobis. s. in ueteri testamento. Venit hora. s. noui testamenti, cum iã non in prouerbijs loquar uobis. Sed palã de pr̃e meo annũciabo uobis. Dicatur si expediat quomodo oĩa secreta & uirtutes fidei xp̃iane fuerunt figurate & significate in ueteri testamento secreto modo. Rõ, quia ille ppl̃s erat rudis & dure ceruicis & nõ poterat spiritualia intelligere. Primo fuit ibi signum trinitatis in principio biblie quãdo dixit Moyses Geñ. j. In prĩcipio creauit deus celũ & terrã. Iudei hñt eloim. i. dij. in pl̃ali, non dicit clare, sed in ꝓuerbijs. Itẽ Gen. j. Faciamus hoĩem ad imaginẽ & similitudinem nr̃am, & p̃sit piscibus maris & uolatilibus celi & bestijs uniuerseq; terre omniq; reptili quod mouetur in terra. Et creauit deus hoĩem ad imaginẽ & similitudinem suã. Ad imaginẽ dei creauit illum, masculũ & feminã creauit eos. Bñdixitq; illis deus, & ait, Crescite & multiplicamini & replete terrã, & subijcite eã & dñamini &c. Itẽ Deut. vj. Audi Isrl̃ dñs de⁹ tu⁹ un⁹ est. Vbi ponũtur tria noĩa trinitatẽ personarũ significantia. Hec in ꝓuerbijs locutus sum uobis. Scđo secretũ incarnationis. s. ꝙ debebat assumere naturã humanã & esse deus & hõ, ut hr̃ Geñ. xvij. Quãdo deus dixit Abrahe, Ego dñs op̃s. Ambula coram me & esto perfect⁹. Ponãq; fed⁹ meũ inter me & te. s. pactũ circũcisionis. Esa. xlviij. Audi me Iacob & Israel, quẽ ego uoco. Ego ip̃e, ego prim⁹ & ego nouissimus. Qđ deus sit prim⁹ clarꝫ est, sed ꝙ sit nouissimus hoc est difficultas. In principio mundi in prima die fecit deus lumen. In secunda firmamẽtum. In tertia planetas. In quarta solem. In quinta pisces & animalia. Vltima die fecit hominẽ qui ultimo fuit formatus. Hec in prouerbijs locutus sum uobis. Et sic de alijs secretis fidei. Sed uenit hora &c. Istam promissionem cõpleuit xp̃s tripliciter. Primo post resurrectionem quando apparuit eis dicens, Necesse est impleri omnia q̃ scripta sunt in lege Moysi & ꝓphetis & psalmis de

mis de me. Tūc aperuit illis sēsum, ut intelligerent scripturas. Luc. xxiiij. Secūdo post ascēsionē qñ misit eis spm̄sctm̄ q illos illuminauit secūdū q eis pmiserat dicens, Adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare mō. Cū aūt uenerit ille spūs ỽitatis docebit uos oēm ueritatem. Io. xvj. Tertio post mortē Aplor quando intrauerunt paradisum, uiderūt oīa clare facie ad faciē. Querit an ista promissio extēdatur ad nos? Dico q sic, si tenem⁹ bonā uitā. Iā ēm in hoc mūdo existētes scimus secreta fidei p fidem clarā, & in paradiso uidebimus manifeste. quando aīa intrat paradisum deus ostendit sibi unū librū in quo solum sunt due charte, & subito aīa est ita illuminata q scit plusq̄ sciuerunt in hoc mundo philosophi uel doctores ut Aug. Hiero. Bernar. Iste est liber uite. s. Iesus hñs duas chartas. s. diuinitatis & humanitatis. Laborem⁹ ergo ut in scholā paradisi possimus intrare ubi sola uisione illius libri erimus optimi magistri. Sed oportet iā in hoc mūdo continuare scholā dei que est ecclesia adminus in dñicis diebus, & ibi audire cū silentio lectionem misse & sermonem, alr̄s uapulabimus a magistro per aduersitates siccitātū, mortalitatum & hmōi. Quantum ad tertiā promissionem de acceptione diuinali ostēdit eis quō erant accepti & dilecti per deum patrē, qñ dixit eis, Pater amat uos, qa uos me amastis. O qualis consolatio, ac si miles q uenit de rege diceret alicui uestrū, certe rex amat uos, qualis cōsolatio esset uobis? Maior cōsolatio fuit aplorum qñ xp̄s dixit eis, Pater amat uos. Moraliter si uolumus amari a deo patre, diligamus Christum, quia patres multū amant dilectores filiorum. Si dicatur qualr̄ est amandus xp̄s. Dico q sup oīa. Vos potestis diligere uxorē, filios & filias, sed plus Christum. In lāpade cordis humani amor xp̄i debet natare super omnes alios amores tam corporales q̄ spirituales. Aucto. xp̄i. Qui amat patrem aut matrem plus q̄ me non est me dignus, & qui amat filiū aut filiam sup me nō est me dign⁹. Mat. x. Si ego quererem modo a uobis an diligitis xp̄m super oīa. Ita dñe rñderet quilibet, sed multa mendacia dicuntur, dicit Grego. pbatio dilectionis exhibitio est opis. Ponatur casus q filius uester sit infirmus & dicitur uobis a uicinis, uadatis ad talē diuinatorem uel coniuratorem & xp̄s dixit oppositum q non uadatis, qd facietis? si uaditis ad diuinum, patet q plus amatis filium. Si ỽo amore Christi non uultis ire dicendo, Ego diligo filium meū, sed magis diligo xp̄m q dicit q non uadamus. Item si perdidistis aliqd & recurritis ad diuinū, ostenditis q plus diligitis illā rē q̄ xp̄m. Item si amicus uester sit captus pro aliquo crimine & iudex uocat uos medio iuramento & uos scitis factum. Si uos ut iuuetis amicum iuratis falsum, signum est q plus diligitis eum q̄ Christum qui docet non iurare falsum pro toto mundo. Item si pater aut mater aut frater dicat uobis q recipiatis uindictam de aliqua iniuria eis facta, & xp̄s dixit quod nullus recipiat uindictā, quid facietis uos? Ecce quō probatur si hō diligit xp̄m sup omnia uel non. Si ergo uolumus amari a deo patre seruem⁹ mādata xp̄i & amemus eū. Si quis diligit me, sermonem meū seruabit, & pater meus diliget eum. Ioā. xiiij.

Dñica. iiij. post octa. pasche. Ser. ij.

SI quid petieritis patrem in nomine meo dabit uobis. Io. xvj. Sancta mater ecclesia ī his tribus diebus ante ascēsionē plus q in alio tempore puocat xp̄ianos ad faciendū orationē, & isti tres dies uocantur letanie & rogationes. Rō est, qa qñ xp̄s ascendit in celum dixit discipulis & nobis in persona discipulorum, ut petamus & oremus. Ideo in presenti uolo declarare orationē dominicam que est excellentissima oratio. Pro quo sciendum quod inter omnibus orationib⁹ & petitionib⁹ que possunt fieri, potētior & principalior est oratio dominica. Ratio, quia si aliquis uellet impetrare officium a papa aut gratiam uel a rege &c. haberet supplicationes o-

nes ordinatas per notarios, aut doctores uel secretarios, quas presẽtabit pape uel regi. Si papa uel rex ordinauit supplicationẽ ꝓ officio uel bñficio obtinẽdo, nõne dimittende sunt alie supplicationes notariorum &c. & presentanda illa quam papa uel rex ordinauit & dicta nit? Nam magna stultitia esset dimittere illam ꝓ alijs &c. sic est in proposito, plures orationes facimus & supplicationes ad deum pro beneficijs obtinendis. Item alique orationes sunt & bone sunt que fuerunt ordinate per sanctas personas & deuotas, sicut per Gregorium, Augustinum &c. Item alia oratio est ordinata ꝑ ecclesiam uniuersalem. Orationes que sunt in missa sunt ualẽtiores quam alie. Alie sunt ordinate per creaturã immortalem, sicut Aue Maria per Gabrielem archangelum, & ille sunt adhuc meliores. Sed oratio ordinata per uerum papam & regem dominum dñantium scilicet Iesum Christũ, uidelicet oratio uel supplicatio que est Pater noster, est deo magis acceptabilis & nobis magis meritoria & utilis quam omnes alie orationes. Ideo est magna stultitia aliquorũ q dimittunt dñicam orationem & accipiunt alias orationes ordinatas per creaturas, quia illi qui sciunt orationem istam & deuote orauerint eam, consequuntur ea que petunt. Autoritas. Que ꝓcedunt de labijs meis non faciam irrita. ps. lxxxviij. Itẽ alibi. Omne quod locut⁹ fuero fiet. Et hec est oõ. Pater nr̃. Iõ dicit thema, Si quid petieritis patrem meum in nomine meo dabit uobis. Not. quõ xp̃s ordinauit istã orationẽ, qa ut dicitur Lu. xj. Dñs stãs in oratione flexis genibus & leuatis oculis ad celum inq̃tũ hõ orabat. Dixerunt discipuli, Dñe doce nos orare sicut Ioannes baptista docuit orare discipulos suos. Rñdit Iesus, Cum oratis dicite Pater noster &c. Quam etiam orationem Mat. vj. c. recitat. Iõ preceptum habemus ut dicamus Pater noster &c. In ista oratione sũt septem petitiones. quatuor prime petunt bona, alie tres petũt elõgationẽ mali. Prima petitio est, Pater nr̃ q es in celis sc̃tificetur nomẽ tuũ. Hic est quõ quare dicit pater noster & nõ rex nr̃ uel dñs nr̃. Rõ est, qa pr̃ noster est nomẽ mĩe, & rex & princeps noĩa dominoꝝ sunt. Dicit prouerbiũ ꝙ secure uenit ad iudiciũ q habet patrẽ iudicẽ, iõ oĩo dñicalis sic incipit, Pater noster, ut habeam⁹ cõfidentiã. Cõfidẽtiã eñ habem⁹ ꝙ ea q̃ petim⁹ habebim⁹. Autoritas. Si uos cũ sitis mali nostis bona data dare filijs uestris, q̃to magis pater uester de celo dabit spm̃ bonũ petẽtib⁹ se. Luc. xj. Sequitur post, Sãctificetur nomẽ tuũ. ibi est gl̃ificatio diuinalis. s. ut nomẽ dei qd̾ est benedictũ ab oĩb⁹ personis sc̃tificetur & gl̃ificet & benedicatur, ĩdeo petim⁹ honorẽ dei. Ista petitio est contra peccatũ blasphemie, qa per multos nomẽ dei nõ est sanctificatum nec glorificatũ, sed blasphemãt Iudei, sarraceni & ĩfideles. Si blasphemãt nõ est mirũ, quia multi falsi xp̃iani blasphemant, negãt & cõspuũt, ideo petim⁹ gratiã ut deus auferat illã malã cõsuetudinem ab ore hominum. Doctrina est sacre scripture ut legitur quod Dauid habebat plures filios, & de mane quando exibat de camera, filij sui & filie faciebant sibi magnã reuerentiam. Vñ Dauid dicebat illis, Laudate pueri dñm, laudate nomen dñi, in psalmis. Et sic docebat filios suos laudare dominum. Et ipsi dicebant, Sit nomen dñi benedictum ex hoc nunc & usq; ĩ seculũ. Hoc ostẽdẽdũ est in ꝓsperitatib⁹ & aduersitatibus &c. ut Iob dicebat, Dñs dedit. s. in prosperitatibus, dñs abstulit. s. in aduersitatibus, sicut domino placuit ita factum est, sit nomẽ domini benedictũ. Iob. j. Et sic sir̃ uos debetis facere. s. docere filios uestros ne deũ blasphement, sed ut benedicãt & laudent, quia nõ est nomẽ dñi blasphemãdũ, imo etiã nec in uanũ est nomẽ dñi assumẽdũ. Autoritas. Non assumes nomẽ dñi dei tui in uanũ. Exo. xx. nõ dicit in falsum, sed in uanũ. Nã assumere nomẽ dñi false est maximũ peccatũ, sed assumere nomen domini in uanum est peccatũ. Verbi gratia, si ego dicerem qd̾ cappa mea nigra, esset alba, dicẽ

ba,dicendo per deũ est alba,hoc est ma-
gnũ peccatũ,quia est falsum.Sed si iure-
tur per deũ sic est,& est uerũ qd' dicitur,
pctm̃ est,qa non est ibi utilitas nec neces
sitas. Quidã tamẽ qñ reprehẽduntur de
iuratione,dicũt ꝙ iurant in ueritate,sed
hoc est sine cã, ideo peccãt. Qñ autẽ qs
producitur in testẽ,tũc habet iurare per
deũ uel sanctos & diceret ueritatẽ, & se-
cũdũ hoc est necessitas & tũc nõ peccat,
iõ cogitate q̃tũ sit pctm̃ iurare ꝑ deum ĩ
uanũ & sine cã eũ in testẽ ꝓducere. Sed
fortius & diligentius pensandum est, ꝙ
maius pctm̃ est intrare fraudulenter aut
blasphemare aut iurare enormiter. Re-
negare est iurare infideliter, iõ xp̃s sciẽs
oĩa & quod xp̃iani sunt in istis blasphe
mijs,ostẽdit nobis primã petitionem di
cẽs, Pater noster qui es in celis sctĩficet
nomẽ tuũ. Propter hoc erunt dñi tẽpo-
rales & rectores uillaꝝ cõdẽnati,qa nõ
corrigũt blasphemãtes.Prophetia. Dña-
tores ppl̃i mei inique agũt,& iugiter to
to die nomẽ meũ blasphematur. Esa.lij.
Rex Frãcie sctũs Ludouicus bene corri
gebat istos blasphemos. Nã fecit ordina
tionẽ in suo regno, ꝙ si quis blasphema
ret aut renegaret deum,signaretur in lĩ-
gua uel in facie cum ferro calido, & ha-
beret signũ. Accidit in ciuitate Parisiensi
ꝙ quidam magnus burgensis blaphema-
uit deum, statim rex sciuit & burgensis
captus fuit,& rex mandauit ꝙ cum ferro
calido ei fieret crux in facie. Qui burgẽ
sis habebat plures amicos supplicantes
pro se & presentantes regi magnam pe-
cuniam. Et rex nolens uendere iustitiã,
fieri iussit punitionem de illo burgensi.
Et dixit rex,Vellẽ portare signũ illud ut
ista mala cõsuetudo auferretur a regno
meo.Not.de pena eorum extra de ma-
ledicis.c.statuimus.&.xxij.q.j.siquis per
capillum. Secunda petitio est, Adueniat
regnum tuum.In ista petitione petimus
pro nobis saluationem celestialem, & a-
liud non petimus nisi ut regnum tuum
ueniat in nobis. Secretum hic est quan-
do petimus, Adueniat regnũ tuum. Nõ-
ne melius peteremus dicendo ꝙ uenire
mus ad regnũ tuũ,q̃ ueniat regnum
nos?scitis ꝙ qñ uenit in fine.s.in mor
hoĩs, & hõ est impenitens,tunc ueni
diaboli cũ cathena inferni in inferno
cta, & qñ aĩa exit a corpore immedi
capitur aĩa q̃ habet membra spũalia fo
ora q corporalia, qa mẽbra spũalia
dant uigorem mẽbris corporis. Qui
aĩa retraheret se ab uno mẽbro, nõ po
set se mouere.Oculi non possent uide
nisi essent oculi aĩe, si tũc persona e
pctõ mortali,capitur a diabolo & hor
bil̃r clamat. Autoritas, Vir qui errauer
in uia doctrine, in cetu gigãtũ cõmor
bitur.Prouer.xxj.Nota hic quare diab
li uocantur gigantes, quia diabolus
maior uel põt fieri q̃ ciuitas.Per contr
rium si homo fuerit penitens,tunc ue
ent angeli boni,& aliquando Christ'
angelus portat corã eo aĩam penitent
& ibi est regnũ. Autoritas. Ecce aduer
dominator dominus, & regnum i ma
eius & potestas & imperiũ. Ideo reg
celeste habet uenire ad nos priusq̃ n
ueniamus ad ipsum.Iõ petimus,aduen
at regnũ tuum, ut postea ad ipsum u
niamus. Ista petitio est contra peccatu
auaritie,qa auar⁹ nõ curat petere reg
sed semper ad terram respicit. Si quis h
bet pulchram uxorem,dñium,reddit
& possessiones, habet cor ad terram
non ad celũ. Et de istis dicunt aliqui
tui, Si deus non habet curam de me,
ego de ipso.Ideo quia auarus non c
de regno celesti,sed de rebus tempo
bus,iõ deus ostẽdit istã petitionẽ, Ad
niat regnum tuum.s.in articulo mor
Autoritas. Querite primũ regnũ dei
iustitiam eius, & hec omnia adijcien
uobis.Lu.xij.Item,Nolite timere pu
grex, quia complacuit pr̃i uestro uo
dare regnum.Ibidem.Nota. Primum
aduerbium.i.primitus,quia continue
principio diei debemus petere regn
celeste.dicendo,Pater noster placeat
bis ꝙ tali modo ego uiuam,ut possim
cere uolũtatẽ uestrã & in fine uenire
regnũ celeste.s. in die dñica, quia
dimissis reb⁹ tẽporalibus debemus

rere regnũ dei continue dicẽdo, Dñe ſãcte pater, qa totã hebdomadã expẽdi in rebus tẽporalib⁹, ideo hodie uenio ad q̃rendũ regnũ dei. Sed magnũ inconueniens eſt hodie in aliquib⁹ qui dimittũt iſtum diẽ & accipiũt cõtra hoc ſabbatũ, & hoc eſt op⁹ iudaicũ, qa primũ opus qđ faciet antixp̃s eſt qđ faciet colere ſabbatũ, & faciet laborare in dñica die. Vñ dicunt doctores ꝙ qui colunt ſabbatũ, debent puniri ſicut infideles. Etiam uotum factum de feſtinatione ſabbati non debet teneri, ſicut qui facit uotum qđ fieret infidelis. Si quis iret ad regẽ ꝓ petendo regnũ ſuũ, mirũ eſſet ſi rex eũ non decollaret, patitur tñ benignus rex Ieſus, & uult & precipit ut queramus primum regnũ eius, ideo dicit, Nolite timere pu ſillus grex &c. ſ. petere regnũ. Tertia petitio eſt, Fiat uoluntas tua ſicut in celo & in terra, ibi eſt conuerſatio ſpiritualis, qa petimus ut uolũtas dei fiat in nobis ſicut facta eſt ĩ celo & in terra, ubi nõ eſt creatura que non facit uoluntatem dei niſi nos miſeri homines. Quia ſi deus alicui columbe mandaret ſibi dare plumas, incontinenti columba ſibi obediret &c. proh dolor, qa deus precepit nobis ſimplicitatem, & non accipimus nec acceptamus, ſed cõtrarium facimus. ſ. ſuperbiã. Item aquila que ieiunauit ꝑ quatuor uel quinq; dies, ſi deus preciperet ſibi qđ dimitteret gallum, immediate dimitteret. Sed deus p̃cepit uſurarijs & depredatoribus ut reſtituant & nolunt facere. ideo Fiat uoluntas tua ſicut in celo & in terra. Item ſi eſſet equus infrenatus & de⁹ preciperet ei ut non faceret illud opus incontinenti non iret, ſed ceſſaret. Sed luxurioſi uadunt ad lupanar & nolunt abſtinere. Idem ſi leo per unam ſeptimanã ieiunaret & caperet unam capram aut aliud animal, & preciperetur ei a deo ne comederet, uere non comederet. Et nos nolumus ieiunare ieiunia quatuor temporum, ſed nos facimus contrarium in omnib⁹ que facere debemus. Itẽ ſi urſo uel lupo eſſet facta iniuria q̃tacũq; magna, & deus preciperet ei ne faceret uindictam, non ſumeret uindictam, & nos facimus contrarium, ideo nos petemus in tertia petitione, Dñe oẽs creature faciunt uoluntatem tuã, & nos ſiſr facim⁹. & ſi deus preciperet monti ꝙ iret ultra mare, incontinenti mons iret, & non eſt creatura aliqua inobediens niſi hõ. Autoritas. Dñe rex omnipotẽs in ditione tua cuncta ſunt poſita, & nõ eſt q poſſit reſiſtere uoluntati tue. Heſter. xiij. Item, Tu terribilis es & quis reſiſtet tibi inqt p̃s. niſi ſupple homo, iõ xp̃s, Non omnis qui dicit mihi dñe dñe intrabit in regnũ celorum, ſed q facit uoluntatem p̃ris mei q in celis eſt, ipſe intrabit in regnũ celorũ. Mat. vij. Oẽs xp̃iani dicunt dñe dñe corde credẽdo & ore loquẽdo, ſed non faciunt opere obediendo, ideo oportet dicere ter dñe, & ſic per obedientiam habebimus regnũ celorũ, iõ caueat ſibi unuſqſq; ne uadat ad ſortilegos. Item ne iuret nomẽ dei in uanũ. Itẽ conetur ut colat feſta, & ſic de alijs. Pone practicã de decẽ preceptis. Iõ dicit xp̃s, Si uis ad uitam ingredi ſerua mãdata. Mat. xix. & iſtud eſt quo ad laicos, p̃sbyteri habent acriorem uitam que ſtat in tribus. Primo qđ ſurgãt nocte ad laudãdũ deũ deuote & diſtincte dicendo horas ſuas, recte ꝓnũciando, & habẽdo cor ad deũ. Secundo digne celebrãdo miſſam. Tertio ſctẽ conuerſãdo, ut edificẽt ſubditos. Aug. In omnibus motibus ur̃is nihil fiat qđ cuiuſq̃ offendat aſpectũ &c. Non ſint concubinarij nec inhoneſti ueſtibus, ſed officiare debent digne & reuerenter. Religioſi aũt adhuc ſtrictiores ſunt, quia ultra precepta & tria alia ſupradicta habẽt quatuor principr̃ obſeruare. Primo paupertatem apoſtolicam. Secũdo caſtitatẽ. Tertio obediẽtiam. Nã ſctũs Benedict⁹ dicit, quod licet precipiatur impoſſibile religioſo, nõ debet ſe excuſare, ſed obedire debet & tẽtare facere. In oĩb⁹ tñ licitis & honeſtis, ſicut ſi abbas diceret monacho, transfer monaſterium iſtud, forte per obedientiam fieret qđ non poſſet fieri per naturam. Quarto debent religioſi ſeruare regulam & cerimonias. Autoritas.

toritas. Hec est uia, ambulate in ea, & nō declinetis, neq; ad dexteram neq; ad sinistram. Esa. xxx. No. quando aīa religiosi uenit ad alium mundum dicens domine domine, tunc deus dicit, Quid petis. Autori. Dñs īterrogat iustum & impiū. ps. x. inquit deus, seruasti regulā? Rñdet, Nō dñe. quare? qa alij nō seruabāt, & quomodo fecisti pfessionē tuā scdm qȝ alij faciebāt. Nō dñe, sed eā pmisi uere seruare, quare &c. Quarta petitio est. Panē nrm quotidianum &c. Ibi petitur puisio tpalis. Cōmuniter dicit de homine puido, bene lucrat panē suū.i. puisionē. Autoritas. In sudore uult⁹ tui. Gen. iij. iō panē nostrū quotidianū &c. In his quatuor supradictis petitionibus petimus bona. Et ista quarta petitio est contra gulositatem, qa gulosi nō contentantur de prouisione necessaria, sed petunt abundantiam. Ideo xp̄s, Attendite ne grauentur corda ura crapula & ebrietate. Luce. xxj. Quīta petitio. Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus &c. Et hec est ut mala euitemus. Doctrina theologie est qȝ hō p quolibet pctō mortali debet de eo septē annos pniam facere, sed tm̄ hō nō reqrit. Iō purgatorium est in quo cōplebūt satisfactiones. Iō dicitur, Dimitte nobis debita nostra. Et reddit rationē, sicut & nos dimittimus debitoribus &c. Si quis tibi fecerit uel dixerit iniuriā, est debitor tu⁹, & tu dimittis ei, p certo tūc deus dimittet tibi pctā tua. Iō dimitte nobis debita &c. Quod si nō uultis dimittere debitorib⁹ uestris, uere de⁹ nō dimittet uobis, sed dicet, Serue nequā, omne debitum dimisi tibi qm̄ rogasti me. Nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sū? Mat. xviij. Et ista quinta petitio est contra peccatum ire. Autoritas. Si enim dimiseritis hominib⁹ pctā eorum, dimittet & uobis pater uester celestis delicta uestra. Si aūt non dimiseritis hominibus, neq; pater uester dimittet uobis pctā uestra. Mar. vj. Imo omnes sctī non impetrarent indulgentiam peccati uenialis, si hō stat in malitia. Aug. in li. de uerbis dñi, Vnusqsq; talē indulgentiam accepturus est [...] mino deo, qualem ipse dederit p[...] Sexta petitio est. Et ne nos inducas in [ten]tationem. Et hic petimus ne labam[ur in] pctā. Nota qd deus nullum tentat ad [pec]candum. Autoritas. Nemo cū tent[atur] dicat qm̄ a deo tentatur. Deus eñi inte[n]tator malorum est. Ipse autem nemi[nem] tentat. Vnusquisq; uero tētatur a su[a con]cupiscentia abstract⁹ & illectus. Iac. j. [...] inclinatio carnis, occasio mundi & d[ia]bolus tentant. Iō petimus, & ne nos. [...] petitio est contra pctm̄ pigritie, quia [o]ciosi semper tentantur. iō dicit Hi[er.] Semper aliquid boni facito, ut te dia[bo]lus occupatum inueniat. Iō beatus Be[r]nardus ordinauit quod monachi ir[ent] ad laborē. Auct. Vigilate & orate, ut [non] intretis in tētationē. Matt. xxvj. Sep[tima] petitio. Sed libera nos a malo amē, q[uia] in hoc mundo sunt multa mala. s. in[fir]mitates, pestilētie, guerre, fames, di[...] nes &c. Iō pr libera nos a malo. & [...] ultima petitio est multum nobis nec[essa]ria, quia nos sumus pe infernū, & [...] ge a paradiso, qa sunt pl⁹ q̄ mille diet[as] q; ad paradisum q est celū empyreū, [...] longe sum⁹ a celo, sed sumus prope [in]fernū, qa nos sumus in terra, & infer[nus] est in medio terre, & de illo ueniunt [...] la. Auct. Repleta est malis aīa mea, & [uita] mea īferno appropinquabit. ps. lxxx[vij.] Iō petimus, Sed libera nos a malo, & [...] do oēs debemus rogare dñm, ut de⁹ [...] semp & teneat unionem ecclesie, qa [...] cōsiliū erat ī Constātia, erāt mille m[...] demonū repugnātiū unioni ecclesie [...] deo orandum est, sed libera nos a mal[o] & ut deus det pacem in patria, quia [...] multa mala q̄ occurrunt & eueniunt [...] bis laborantibus, diuitibus mercator[ibus] & militibus, & de istis malis petimu[s li]berationem. Ideo faciamus pniam. A[u]tor. Qui diligitis dñm, odite malum, c[u]stodit dñs aīas sanctorum suorū, de m[a]nu peccatorum liberabit eos. ps. xcvj. [...] deo dicit thema, Si quid petieritis p[a]trem ī nomine meo, dabit uobis. Q[uod] nobis concedat.

Feria.ij.in Rogationibus. Sermo.j.

Kyrie eleysõ xpe eleysõ. Kyrie eleyson. Nõ possumus asignare librum nec capitulum ubi hec uerba scripta sint, tñ frequenter cãtantur in ecclesia, & spãliter istis diebus rogationum. Et sunt tante autoritatis, qd btũs Grego. ordinauit cantari in missa, quia est uerbum multum approbatũ propter illud qd figurat. Et iõ ad intellectum uerborũ est sciendũ ꝙ melius cõsiliũ qd hõ posit habere qñ offendit dñm suum, est ꝙ se humiliet & petat ueniã ab eo. Rõ est qa nõ posset cõtra fortisimũ resistere nec per suas cautelas euadere. Iõ nõ est aliud remedium, nisi ꝙ se eius mĩe committat. Hoc nobis ostenditur in brutis. Legitur de ꝓprietate leonis ꝙ q̃uis sit multum fortis & astutus & maliciosus, qñ capitur, statim humiliat se quasi mĩam petendo. Si hec probatio nõ sit sufficiẽs, habetur figura.ij.Reg.xxiiij. de Dauid qui multum offenderat deum, qui iratus uoluit eum grauiter punire, & misit ad eum Gad prophetã dicẽtẽ, Dauid tibi datur optio, elige tibi unũ quod uolueris ex his tribus. Aut septem annis ueniet fames ĩ terra tua, aut tribus mẽsibus fugies aduersarios tuos & ipi te persequentur, aut tribus diebus erit pestilẽtia in terra tua. Rñdit Dauid, Coartor nimis undiq;, sed melius est mihi incidere in manus dñi, multe eñ sunt mĩe eius, q̃ incidere in manus hominũ. Iste uidit ꝙ nõ poterat resistere potentie dei, nec abscondere se ei⁹ sapientie. Vñ dicit, Quo ibo a spũ tuo, & q̃ &c. Iõ se submisit sue mĩe. Sic si persona cadit in pc̃õ mortali, aut cadit in magnã offensam dei per fragilitatem, & sic offendit patrem cui attribuitur potentia, uel per ignorantiam, & sic offendit filium cui attribuitur sapientia, uel per malam uoluntatem, & sic offẽdit spiritum sc̃m cui attribuitur bonitas. Ista tria scilicet posse & scire & uelle, sũt in qualibet persona, in diuinis tamen patri attribuitur posse, filio scire, spiritui sancto uelle, secundum aliquas proprietates, de quibus loqui esset ualde longũ & extra propositum. Sed hoc est dictum ꝙ quicunq; peccat contra istas tres proprietates, est dignus illas pestilentias habere que fuerunt promisse Dauid. Verbi grã, Si hõ peccat per non posse, sibi debetur fames & sitis. Rõ, quia aĩa est talis cõditionis, semper uellet orare & deo se humiliare, sed corpus semper optat in delitijs esse. Ita anima uellet ieiunare, & corpus in delitijs esse, aĩa uellet in bonis operibus se exercere, & corpus uult semper quiescere, unde dicit corpus ꝙ hoc non posset facere. Pone in practica, & sic peccat per non posse. Ideo talis meretur habere famẽ in alio seculo. Sed illi peccãt per non scire, q qñ nolunt aliquid boni facere, dicunt ꝙ nescirent recipere modũ addiscendi Credo in deũ. cõtra quos mittit deus persecutionem, sed alij sunt qui peccant per certam maliciam, sicut sũt cõcubinarij, falsi mercatores. Ex quo fit pc̃m deũ offendimus, & non fugere possumus, nec scimus resistere quin puniat nos sic ꝑ suã potẽtiã & suã sapiẽtiã. Vñ bonũ consilium est ꝙ faciamus sicut Dauid. s. ꝙ reddamus nos oĩno sue mĩe, & petamus ut misereatur nr̃i. Quia si uellemus cõtradicere, essemus fatui, ubi nullum est remedium, quia potentisimus est, si astutia uellemus euadere, sicut aliquando aduocati qui subtiles sunt per suã astutiã euadunt & euitant iudicium humanum, nõ possem⁹, quia sapientisim⁹ est. Et iõ ecclesia ordinauit ꝙ isto tẽpore quo facilr̃ in pc̃m labimur, ne illa tria ad nos ueniant, dicamus letaniã & rogationes in quib⁹ mĩa dei inuocatur. quasi dicerem⁹ illud.ij.Paral.xx. In nobis qdem nõ est tãta fortitudo ut posimus huic multitudini resistere. sequitur, Sed cum ignoramus qd agere debeam⁹, hoc solũ habem⁹ residui, ut oc̃los nr̃os dirigam⁹ ad te. Et primo ĩuocaĩ pr̃, scd'o filius, t̃tio spũs sãct⁹, q̃rto ꝟgo Maria. Et cõsueuit ibi cantari prĩcipalr̃ in prĩcipio ꝟbũ asũptũ, uidelicet Kyrie eleysõ. Vbi imploram⁹ dei mĩam cõtra tres modos peccãdi. Prĩo cõtra nr̃am ĩpotẽtiã ĩuocam⁹

patrē ut misereatᷓ nr̄i ꝑ suū posse. Secū do contra nostrā ignorātiā inuocamus filiū ut nostri misereatᷓ ꝑ suū scire. Tertio cōtra nr̄am maliciā īuocamꝰ spūm-sc̄tm̄, ut misereatᷓ nr̄i ꝑ suū uelle. Propter primum dicimꝰ Kyrieeleyson. Propter scd'm dicimus Christe eleyson. Propter tertium dicimus Kyrie eleyson. Circa primū dico ꝙ inuocamus mīam dei. s. patris cōtra nostrū imposse, quod maxime manifestabitur in hoc qd' dicit infra, Pater de celis deꝰ miserere nobis. Vbi allegamus tres rōes quare debet misereri, prima qa pater, scd'a qa de celis, tertia qa deꝰ. Primū cātamꝰ Kyrie eleyson. scd'm Xp̄e eleyson. tertiū Kyrie eleyson īplorādo auxiliū dei qcqd sit in alijs diebus tn̄ spāliter mō, & hoc rōnabiliter. Vos em̄ uidetis ꝙ q uult eleemosynā petere a diuite, obseruat locū & tp̄s in q̄ tenet bursā apertā, & habet manus plenas pecunia. tunc instanter petit & nō expectat ꝙ reponat pecunias in bursa, qa tunc nō reciperet. Sic in uita presenti est tp̄s petendi dei mīam, qa mō bursa est aperta. Ideo q mō petit, accipit. Vnde, Tu exurgēs misereberis Syon, qa tp̄s &c. Dauid in p̄o. cj. Sed post in alia uita non erit tp̄s mīe, sed iustitie. tunc em̄ fiet iustitia sine mīa. Qd' tn̄ etiā debite intelligendū est, qa tunc manifestius apparebit iustitia q̄ mīa. Exemplū habemus in diuite epulone, qa postq̄ bursa fuit clausa, petijt eleemosynam di. Pater Abraā miserere mei. Lu. xvj. Dic historiā si uis, & tn̄ nūq̄ potuit obtinere nec obtinebit. Ista bursa maxime fuit aperta in die ueneris sancta cū latus xp̄i lācea fuit apertum, & exinde fluxit sāguis & aqua, & oīa sacra que sūt mīe cōtentiua trahuntur de ista bursa, & iō ad talē bursam recurramus tēpore p̄sentis uite dū est aperta, & non expectemus ꝙ sit clausa, qa tunc nihil obtineremus. Vn̄ tūc persona priuilegiata, ut clericus qui habet rn̄dere in curia ecclesiastica, q̄ cōiter est misericors aut debet esse, reputaretur bene fatuus si renūciaret priuilegio suo & uellet sententiare iudicem secularem q condemnaret eum ad mortē. Christꝰ rex regū q est pōtifex apud pr̄em scd'm apl'm duplicē habet riā. s. presētē q̄ est mīe, & iudicij finalis qua fiet mera iustitia, & igitur quis indiget mīa, fatuus est si renūciet & uellet eā recipere in hac uita, mō em̄ ꝓ modica & tpali pn̄ia. al's habebit iustiam strictā & mortē eternā. Vn̄, Qui abscondit scelera sua non dirigetur, qui cōfitetur & reliquerit ea, mīam cōsequetur. ꝓuer. xxviij. Circa scd'm dico, ꝙ inuocamus dei mīam. s. filij dei Iesu Christi contra nostrā ignorātiā, ut ipse misereatur nostri per suam sapientiam. Hoc maxime infra exponitur qn̄ dicitur, Fili redēptor mūdi deus miserere nobis. Et allegamus tres rōnes ꝓpt quas debet nos exaudire & nobis misereri. Prima qa pater noster. scd'a quia redēptor. tertia quia deus. Iō oportet nos exaudire & nobis misereri. Ideo in missa ter dicimus Xp̄e eleyson. Et licet filiꝰ sit eiusdem substantie cum patre & spiritu sancto, tn̄ in incarnato sunt due nature. s. diuina & humana. Iō quodāmodo & aliqualiter diuersim inuocatur. Primo em̄ dicitur Christe audi nos, & post hoc dicitur Pater de celis deus miserere nobis. Quo dicto iungitur, Fili redemptor mūdi. Non de patre & spūsācto, fili redemptor mundi &c. qa nō diuersificatur in eis natura. Si igitur quis peccauit contra filium ignorātia, petat mīam sicut Dauid, Miserere mei deus. Et licet mīa patris & spūs sancti magna sit, imo & eadem est pr̄is & filij & spūsāncti, mīa tn̄ filij apparuit maxima. Rō, Vna chorda potest esse magna quando longe attingit, maxime si sit ita fortis ꝙ rē magnā & ponderosam posit trahere de ꝓfūdo. Vn̄ mīa nihil aliud est nisi miserorum chorda. Mīa ... xp̄i fuit talis, ꝙ transmissa captiuis in profundissimo carcere existētibus eos eduxit. Fecit em̄ xp̄s sicut facere solēt d... porales, qui festum facientes cōpat... captiuis & eos educūt de carcere ... tēdo chordā ad ꝓfundū carceris cui ... seri adherēt, & sic trahēdo chordā ... captiuos educunt & liberantur. Sic ...

tur de Hiere. quē rex de carcere uoluit trahere, & ne duritia eum grauaret cōsuluit ut pānos ueteres & putridos poneret sub se inter manus & chordā &c. Dicit text⁹ Hiere.xxxviij. Extraxerunt Hieremiam funibus & eduxerunt eū de lacu. Sic filius dei incarnatus est funicul⁹ triplex, q ut dicitur Eccl'š.iiij. difficile rūpit. Quia ī xp̄o tres sunt substantie. s. diuinitas, aīa & caro. Hūc deus pr̄ submisit in hūc mundum ad educēdum nos de carcere pc̄ti, in quo ꝓpter pc̄tm̄ primoꝝ parētū fueram⁹ p qnq; milia annoꝝ uel circa. Vbi cōsidero humiliatā diuinitatē q̄ debet trahere supbos. Vñ Aug. Humiliatur deus, tumescit ꝟmiculus. Mūdissimā aīam xp̄i q̄ debet trahere luxuriosos. Et corp⁹ pauprimū qđ debet trahere cupidos & auaros. Et qui uolūt carcerē peccati exire, debent huic chorde mīe adherere cū deuotiōe, corde, ore, & ope, ip̄m inuocādo dicēdo, Fili redēptor mundi de⁹ miserere nobis. Hec est chorda mīe de qua Ozee.xj. In funiculis Adam.i. Iesu xp̄i trahā eos in funiculis charitatis. Sed bene aduertēdū est quō quidam indeuoti huic chorde non adherent nec curant eam inuocare, quia uidetur eis nimis dura & ledit eos, quia dura est superbis humilitas, luxuriosis castitas, auaris liberalitas &c. Iō talibus consulitur ꝙ cū uestibus putridis & ueteribus.i. cū uita sua ātiqua & peccatis putrida, peccatis rememoratis cum contritione & displicētia peccata sua ponant de quibus dolēt, tunc tales cum deuotione hanc inuocabūt mīam & faciliter obtinebūt. Greg.ij. li. moral. Ille deo ueram orationem exhibet qui semetipsum quasi puluis sic se humiliat, ꝙ nihil sibi uirtutis tribuit. Cassiodorus super p̄s. Ad dominum cum tribularer, dicit, Dn̄s nescit differre qđ cōpuncto corde senserit supplicare. Et talis sic in sua supplicatione exauditus poterit dicere, Quia mīa tua magna est super me, eruisti aīam meam &c. p̄s.lxxxv. Circa tertium dico ꝙ inuocamus dei misericordiam.s. spūsctī contra nostram malitiam ut nobis misereat per suum uelle. Hoc magis exponit ecc'ia di. Spūssancte deus miserere nobis. Vbi ponit tres rationes propter q̄s debet nobis misereri. Primo qa dat se sine uiolentia, quia spūs. Scđo, qa dat se sine p̄cio, quia sctūs. Tertio quia dat se sil' & oīa, qa deus. Hui⁹ rei gratia ter cantam⁹ Kyrie eleyson, quia cū magna fiducia propter illa tria petimus mīam. Rō, quia quilibet facil'r trahitur ad illud ad qđ natural'r inclinatur. Ideo spūssctūs miseris pc̄tōribus propiciatur, cui bonitas attribuitur. Est em̄ amor patris ad filiū, cui ꝓpriū est misereri. Autoritas. ad Ephe.ij. Deus qui diues est in mīa ꝓpt nimiā charitatem suam qua dilexit nos, cū essem⁹ mortui peccatis uiuificauit nos. Videmus ꝙ dn̄i temporales suis subditis qui al's rebellauerunt ad seruitium suū reuertentibus sunt misericordes & pij, ut eos magis alliciant &c. Sic legitur fecisse Dauid, qui cuidā prostrato & cognoscenti peccatū suū & mīam postulanti, benigne locutus est. Sil'r ceteris reuertētibus q eū fuerāt persecuti. ij. Reg.xiij. de Absalone. Sic de⁹ pc̄tōrib⁹ q multipl'r eū offēderunt reuertētib⁹ ac mīam postulantibus ut benign⁹ interponit benignitatem spūssancti cui cōuenit pc̄tā remittere. Mat.ix. Murmurabāt Pharisei dicētes, Quare cum publicanis & pc̄tōribus manducat magister uester. Respondit dn̄s, Nō est opus ualentibus medicus, sed male habentibus. Euntes discite quid est, Misericordiam uolo & nō sacrificium. Osee.vj.

Feria.ij. rogationum. Sermo.ij.

Petite & dabitur uobis, querite & inuenietis, pulsate & aperietur uobis. Lu.xj. Isti tres dies hodie, cras & post cras dicuntur letanie grece, quod idem est quod rogationes uel preces latine, quia hodie gentes in omni loco uadunt processionaliter cantando letanias & orando. Sed quare fit hoc erit sermo presens. Sed primo salutetur uirgo Maria &c. Dicit Christus nobis, Petite & dabitur &c. Subtiliter punctando uerba in themate, ostenduntur

dũtur tres rationes quare iſtis tribus die
bus fiunt iſte proceſsiones,& cantamus
letanias.

Prima ratio eſt ad obtinendum ꝓſpe-
ritatem temporalem.

Secunda ad poſsidendum ſanitatem
corporalem.

Tertia ad retinendam unitatem ami-
cabilem.

Prima rõ tangitur in prima clauſula the-
matis,cũ dicitur,petite.Scd'a cũ dicitur,
querite. Tertia cũ dicitur, pulſate & ape
rietur uobis.Ecce hic ſummarie totã ma
teriã p̃dicãdã &c. Dico primo &c.ad ob
tinẽdũ ꝓſperitatem tẽporalẽ ut.ſ.habea-
mꝰ abũdãtiã bonorũ tẽporalium.ſ. bla-
dũ in cãpis,uinũ in uineis, & fructus ĩ ar
boribꝰ,& uelit nobis etiã cõſeruare gre
ges.Iõ facimꝰ mõ iſtas ꝓceſsiones,& ma
gis in iſto tpe paſchali q̃ ĩ alio,duplici rõ
ne.Prima eſt naturalis. Scd'a theologica
lis.Quãtũ ad primã , qa ĩ iſto tpe ſol aſcẽ
dit per zodiacũ, & ſic aſcẽdẽdo trahit ad
ſe uapores terre, qa terra nunc calefit &
feruet & mittit ſurſum uapores , & uapo
res in media regione aeris q̃ eſt frigida,
qa non eſt ibi reuerberatio radiorꝫ ſola-
riũ ut in terra,ingroſſantur, cõdẽſantur,
& cõgelãtur in lapides,generãt tonitrua
&fulgura, & tũc lapides cadũt & deſtru-
unt & deueſtant bona terrenalia,blada,
uineas,fructꝰ &c. Iõ eſt ordinatũ a ſctĩs
patribus ꝙ in iſto tẽpore maxime xp̃iani
faciãt iſtas ꝓceſsiones,& orãdo currant
ad dñm q ſup totã naturã habet dñium,
ut uelit naturã refrenare & bona terrena
nobis cõcedere. Ecce rõ naturalis quare
facimꝰ hec.Sed ut rõnẽ melius intelliga
tis,declarabo eã uobis p quãdã ſimilitu-
dinem. Erat qdã dñs diues & potẽs q ha
bebat multos filios paruos & magnos,&
hẽbat unã captiuã ſeu ancillã cui cõmiſe
rat claues panis,uini & fructuum & oĩm,
intm̃ ꝙ filij non poterant habere panem
nec uinum nec aliquid niſi per manum
eius.ſ.captiue. Que aliquãdo erat ita cru
delis ꝙ nolebat dare filijs dñi panẽ nec
uinum. Filij autem neſciẽtes quid aliud
facerent,recurrebant ad patrem ut cor-
rigeret captiuã.Ita eſt de nobis.Dñi
mus huius mundi eſt deus qui eã fab
cauit, camere altius ſunt,nos aũt ſum
ſtabulo.De iſta dicit Baruch, O Iſrae
magna eſt domus dei,& ingens locꝰ p
ſeſsionis eius . Magnus eſt & non ha
finem,ſupple in duratione.Baruch.iij
lij eius legitimi ſunt xp̃iani. Iudei &
fideles ſunt ſpurij,iõ non hñt hered
tem paradiſi. Videte qualem qualita
dedit nobis deꝰ pater ut filij dei nom
mur,& ſimus.j. Iõ.iij. Captiua ſiue a
la cui deus commiſit claues panis &
ni & aliorum,eſt natura.Per manus e
oportet nos hr̃e panẽ & oĩa bona te
na,quia ita ordinauit pater noſter d
que aliquoties eſt crudelis nimis
dñi . Quia qñ putamus colligere bl
multũ & bonũ,& uinũ &c. ipa non
imo aufert & mittit lapides,locuſtas
citates &c. Propter hoc nos recurri
ad dominum patrem noſtrum ſup
cãtes ei & orãtes ut corrigat & refre
captiuã,& mandet ſibi ꝙ det panẽ, u
& alia neceſſaria nobis.Ecce rõnẽ qu
fiũt iſte letanie & proceſsiones. Au
Dñe deꝰ omnipotẽs in ditione tua c
ſunt poſita , & non eſt q poſsit reſiſ
uoluntati tue.Heſter. xiij. Secũda rõ
theologicalis & ſcd'm ſctã thelogiã
initio poſtq̃ deus in celo empyreo c
uit ſctõs angelos, Lucifer qui erat m
peccauit cõtra dñm cũ magna mul
dine angelorum.Credo ꝙ plures ſi
ſint folia arborꝫ in mũdo , qui ex pc
cti ſunt demones,quos deus eiecit d
radiſo.Et aliqui cediderũt in infern
ad cruciandum aĩas dãnatas, aliqui
remanſerunt circa nos ad tentan
Sed tot manſerunt in media region
ris & in tanta ſpiſsitudine ſicut ſunt
mi in radio ſolis.Et quid faciunt ibi
nent conſilium contra nos,quando
da ſunt colligenda,& uinum, impedi
naturam,q poſſunt ex poſſe natural
permittente deſtruere totum orbem
mittunt lapides,& deſtruunt omnia
na,ut xp̃iani peccent contra dñm per
patientiam & blaſphemias.Propter
mo

modo oramus ut dñs compescat demonum malicias. Et ista est ratio theologicalis. Sed ut melius eam intelligatis, declarabo eã per talẽ similitudinem. Quedam magna ciuitas semel erat in magna egestate de charistia & fame, ad quã ueniebant naues onerate per mare, & currus per terram. Latrones aũt uoluerunt capere oĩa illa q̃ ciuitati ducebantur per mare & per terram. Sed quid fecerunt illi de ciuitate? hoc sciẽtes habuerunt recursum ad regem eorum potentem ut iuuaret eos. Ita de nobis qui sumus in ciuitate huius mundi qui habet multas indigentias & necessitates ad quã ueniunt naues onerate. s. possessiones, uinee, bladũ &c. Sed latrones. s. demones uolunt illa capere & destruere, propter hoc nos recurrimus ad dominum regẽ nostrum petẽtes ei⁹ auxilium. Iõ qñ apparẽt male nubes & tonitrua, pulsant cãpane & cruces extrahũtur, & gentes orant dñm genibus flexis. campane sunt tube q̃ sonitu suo terrent inimicos. Crux xp̃i eius uexillum est & imago, & tunc quilibet debet orare genib⁹ flexis. Sed q̃ orõnes sunt dicẽde? qa multe p̃sone tunc faciũt multas stultitias maxime mulieres, qñ uenit illud malũ tp̃s faciũt solũ ĩ caldario uel in pelui ad terrẽdũ demones, sed ip̃i nihil curãt, sicut nec equus tubicinarij terret ad sonũ tube, qa assuefact⁹ est. Alij cõburunt herbas fetentes, sed ip̃i sunt iam assueti de inferni fetoribus. Alij ponunt aẽs truffas &c. stultitie sunt. Sed orationes deuote quas facere debetis, sunt quatuor seu in quadruplici gradu. Prima letania in qua inuocantur paẽ, fili⁹, & sp̃ũs sc̃tũs, ỽgo Maria & oẽs sancti. Hoc maxime pertinet ad clericos, quia nõ oẽs laici sciunt letaniã. Secũda oratio optimũ est canticum de Quicũq; uult salus esse, faciendo crucẽ cõtra tẽpestatẽ in quolibet ỽsu. Probatum est q̃ si deuote dicatur genib⁹ flexis p̃ mala nube uel spargitur uel uadit ad desertum locũ ne noceat, & reuertiẽ bonũ tp̃s. Tertius modus est dicere Credo in deũ, qa oẽs tenemini scire ĩ quo sunt duodecĩ articuli fidei faciẽdo magnã crucẽ cõtra tẽpestatẽ in quolibet articulo. Quart⁹ gradus est de quo null⁹ põt se excusare, qñ iã incipit tẽpestas genib⁹ flexis cum signo crucis cõtra tẽpestatẽ sic dicẽdo, Iesus Iesus Ies⁹, & sic expelluntur demones & malũ tp̃s. Autoritas. Dauid in p̃o. xliij. De⁹ auribus nostris audiuimus. In te inimicos nr̃os uẽtilabimus cornu. s. crucis q̃ habet quatuor cornua. Et ĩ nomine tuo, scilicet Iesu sp̃nem⁹. i. expellemus insurgentes in nobis, supple demones. Iste sunt orõnes quas debemus facere deo petẽtes auxilium eius. Iõ dicit Petite. s. ubertatẽ & dabitur uobis. Amẽ dico uobis, si qd petieritis patrem ĩ nomine meo dabit uobis. Ioh. xvj. Dico scd̃o &c. ad possidẽdũ sanitatẽ corporalẽ. Cõiter in isto tp̃e ueniũt infirmitates & mortalitates, & incipiũt duplici rõne. Prima est naturalis. Secũda est theologicalis. Quãtum ad primã, quia ex ascensu solis modo humores multiplicantur, & arbores emittunt flores, & fructus, uolucres uolunt generare, & ideo q̃runt uxores p̃prias, sed aliq hoĩes sunt deteriores bestijs. s. q uadunt ad alienas &c. Iõ modo sunt maiores tẽpestates q̃ alio tẽpore anni, qa gẽtes nesciũt facere pñiam nec abstinẽtiã. Iõ ueniunt infirmitates, glãdule, & alie corruptiones sanguinis. Propter hoc nos modo his trib⁹ diebus recurrimus ad illum magnũ medicũ dñm nr̃m Iesum xp̃m, ut custodiat nos & p̃seruet ab his infirmitatib⁹, ip̃e eñ qñ debuit celũ ascẽdere post q̃. xxxiij. annis p̃curauit salutẽ aĩaꝝ, tunc ordinauit unũ aphorismum siue receptã p̃ sanitate corporis dicens, Signa autem eos q crediderint hec sequẽtur. In nomine meo demonia eijciẽt &c. Mar. ult. Nota, q crediderĩt, non dicit ap̃li uel sc̃ti fuerint, sed loquitur gñali⁹, qui crediderĩt &c. Si sanitas sit utilis anime, deus dabit. Ecce naturalis ratio quare facimus istas processiones. Secunda ratio est theologicalis. Nos ĩ quadragesima recipim⁹ a deo multas gr̃as, quia nobis penitentibus dimisit peccata, & seipsum nobis cõicauit in pascha. Nos uero in isto tẽpore

sum⁹ ingrati redeundo ad pctā & ad malā uitā & enormiter expellimus ipm. Ista est rō theologicalis q̄re mō ueniūt mortalitates. Sed ut melius intelligatis, declarabo per talē similitudinem. Quidam magnus rex iuit ad uenādū ad q̄ddā nemus, qui in nocte inueniens se solum declinauit ad q̄ddā castrū suū pulsans ad ianuā ut reciperetur ibi ad manēdū. Qui dixerunt sibi, Licet sitis rex & ita credim⁹, tñ nō intrabitis huc, qa nō est decenter paratū p uobis. Et rex, Nō curetis, ego ero cōtētus, aperiatis uel mādo uobis, & minabatur eis, sed ipo pñte pmittebāt intrare aīalia bruta. Breuiter noluerunt aperire. rex aūt inde recedens iuit ad aliud castrum pulsans & petens ianuas castri sibi aperiri. Qui pmiserunt ipm intrare faciendo sibi magnum festum dādo sibi bonā cenā, & parando bonum lectū, sed in media nocte inimic⁹ regis uenit ad castrū. Illi aūt de castro enormiter eiecerunt regē de lecto, dicēdo, quia talis qui uenerat hēbat ibi dormire, & etiā eiecerunt ipm de castro & dure. Rex ṽo inde recedens iuit ad aliā uillam suam pulsans & petēs ingressum q aperuerunt sibi ianuā, & introduxerunt ipm cū porcis. Mō qd merētur isti q talia opati sunt in dñm suū? Rex aūt iratus misit gētes armoꝝ q illa castra cōbusserūt. Vtinā uos nō sitis in isto casu. Iste rex est Christ⁹. de quo Apo.xix. Rex regū & dñs dñantium, qui uenit in nemore huius mundi ad uenādum aīas, q dicit mūdo, Da mihi aīas, cetera tolle tibi. Gen.xiiij. Et singl'r ista uenatio fit in quadragesima, qa tunc gentes faciunt penitentiam, dolent de pctīs suis, cōfitētur, & canes.s.predicatores, tunc maxime latrant predicando. In nocte autem.i.in fine quadragesime xps uenit ad castrum. Cogitetis φ quelibet aīa sit unum castrum seu uilla i quā uult Christ⁹ intrare in die pasche. & multi dicunt, Licet sitis rex non intrabitis, qa nō sum paratus, qa non feci pacem, nec restitutionem &c. culpa est uestra, paretis uos. Sed bñ permittunt intrare animalia bruta, pullos, capones &c. Aliqui ex fal-

sa humilitate dicūt, Dñe nō sum dig ut intres sub tectū meū &c. Nunqd[...] tur uobis si est magnū peccatū hoc[...] pmittitis intrare xpm? Alij aūt bñ[...] sunt & recipiunt eum, ut illi de sc[...] stro, dando sibi bonā cenā & bonū l[...] Sed mō expellūt ipm turpiter, redeūt ad pctā suscipientes diabolū eius ini[...] cū. Alij aūt recipiunt eū ut illi de te[...] uilla quādo mali & male confessi cō[...] solum ex uerecundia ut reputentur [...] ni xpiani, & collocant xpm cum por[...] scilicet cū pctīs in eoꝝ cōsciētia, q[...] est sine immunditia pctōꝝ. O dicit[...] Ego scio qd faciā contra istos p di[...] mittit gentes armoꝝ.s.angelos, co[...] lationes de sanguine & ignem. Sang[...] sunt glandule, ignis sunt febres. Ho[...] gulariter fuit ostensum tēpore bti G[...] gorij in Roma. Xpiani cōicabāt in t[...] pore paschali & redibant ad peccat[...] ad malam uitam. Finaliter deus mili[...] tes armorū, q in aere uidebantur ang[...] cum armis, sagittis &c. gentes subito [...] riebantur oscitando. Iō est inuentū [...] do qs oscitat homo, tunc signat se si[...] crucis. Item quando sternutabant, s[...] expirabāt, iō inuentum est dicere u[...] uel bñdicite, pp̄ter hoc papa Gregor[...] ordinauit letanias, & cum hoc istas p[...] cessiones & cessauit illa plaga. Ecce [...] da rō quare fiūt pcessiōes mō. Iō dc[...] scd'a clausula thematis, Querite.s.sa[...] tatem corporalē, eundo in pcessione[...] inuenietis. Querite dñm dū inueniri p[...] inuocate eū dū ppe est. Derelinquat [...] pius uiā suā, & uir iniqu⁹ cogitatio[...] suas, & reuertatur ad dñm & miserebi[...] eius & ad deū nostrum, qm̄ multus e[...] ignoscendum. Esā.lv. Mod⁹ q̄rēdi c[...] ōnditur ibi, Derelinquat impius.s.au[...] uel quolibet alio peccato peccator u[...] bi placuerit. Et uir iniquus.s.uindicati[...] cogitationes suas &c. Dico tertio &[...] ad retinēdū unitatē amicabilē.s. pace[...] & cōcordiā, qa mō est illud temp⁹, de[...] dicitur.ij.Reg.xj. Eo tēpore q̄ solent [...] ges ad bella pcedere. Ratio naturalis [...] ista, quia ex solis accensu sanguis in[...] ma[...]

matur & bullit, & cholera accenditur, & homines efficiuntur magis elati q̃ in alio tẽpore. Iõ modo excitatur guerra & bella. Iõ modo magis q̃ in alio tẽpore orãdũ est ꝓ pace & unitate. Iõ dicit tertia ps thematis, Pulsate. s. ad portã pacis, & aperietur nobis. Oĩs eñ q petit accipit, & qui querit inuenit, & pulsanti aperietur. Mat. vij. Nota, Pulsate. Iã uidetis qñ pauperes uadunt ostiatim pulsant petendo eleemosynã, & sic obtinent eleemosynas. Ita dicit ꝙ faciamus nos, ꝙ uadamus ostiatim per illã ciuitatem paradisi. de q̃ dicit Dauid. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei, ubi sunt infinita palatia. Et primo uadamus ad palatiũ trinitatis pulsando & petendo eleemosynã dicendo, Pater de celis deus, miserere nobis. Fili redẽptor mundi deus miserere nobis. Spiritussancte de⁹ miser. no. Deinde uadamus ad palatiũ uirginis dicendo, Sancta Maria. Sancta dei genitrix. Sancta uirgo uirginum, ora pro nobis. Deinde uadamus ad palatium angelorũ dicẽdo, Sancte Michael. Sancte Gabriel. Sancte Raphael. orate ꝓ no. Deinde in alio uico ad palatium patriarcharum, quorum maior est Ioannes, Diende ad palatiũ innocentum. Deinde ad palatium apostolorũ, martyꝝ, confessorum & uirginum &c. Non sunt isti ita crudeles quin faciãt nobis eleemosynã aliquã. Ecce tertia rõ quare facimus procesŝionẽ rogãdo pro pace. Ideo Dauid, Rogate q̃ ad pacẽ sũt Hierusalẽ. s. xp̃ianitatis in p̃o. cxxj.

De eadem feria. Sermo. iij.

OMnis qui petit accipit. Luc. xj. Textualiter & in euangelio hodierno officialiter. In sermone hesterno declaraui rationes quare facimus letanias. Modo uolo uobis declarare bonos modos quos debemus tenere in rogationibus ad obtinendum illa que a deo petimus. Si placet deo materia erit utilis & consolatoria. Sed primo salutetur uirgo Maria &c. Verbum propositum ostendit inestimabilem liberalitatem & pietatem & magnificentiã diuinalem dicens, Omnis qui petit accipit, ut pauperes a diuitibus, Videmus tñ ĩ hoc mũdo ꝙ multi ex necesŝitatib⁹ suis petunt, ut pauperes a diuitibus & nihil obtinent. Quot sunt qui uadunt ad regẽ petentes officia & non obtinent? Quot clerici uadunt ad papã ad petendum beneficia & nihil obtinent imo uani ueniunt & uani redeunt ad propria. Et Christus dicit, Omnis qui petit accipit, & qui querit inuenit &c. Hic ergo oñditur sua liberalitas inestimabilis & eius magnificentia super omnes alios dños. Sed est argumentum in oppositũ ex quadam autoritate btĩ Iacobi dicentis aliquibus qui petebant grãs a xp̃o, Petitis & non accipietis, eo ꝙ male petatis. Iac. iiij. Videtur ꝙ iste due autoritates cõtradicãt, Oĩs q petit, uñs est. & alia, Petitis & non accipietis, est indefinita negatiua. Et nunqd in uerbis sacre scripture potest esse contradictio? Dico quod non est ibi contradictio, quia secunda autoritas dicit, Petitis & non accipietis, & asŝignat rationẽ, eo quod male petatis. Et nr̃m thema intelligitur de illis qui petunt bene & bono modo. Omnis qui petit accipit, scilicet bona negocia. Patet thema. Amore uestri ego quesiui quot sunt modi bene petendi, & inueni quod sunt octo modi & non plures.

Primus desiderare ardenter.
Secundus plorare lachrymabiliter.
Tertius explicare patenter.
Quartus supplicare humiliter.
Quintus allegare prudenter.
Sextus appellare confidenter.
Septimus mendicare fiducialiter.
Octauus molestare perseueranter.

Qui ĩ suis petitiõib⁹ seruat istos octo modos sine dubitatione obtinebit, qa oĩs q petit accipit. Dico ꝙ un⁹ est mod⁹ petendi grãs a dño Iesu xp̃o. s. desiderãdo ardẽt qñ cor desiderat illã grãm ardẽt & ĩ flãmat, licet os nihil dicat ꝑ ꝟrecũdia, qa nõ reputat se dignũ illud petere ore, sed corde desiderat, illud desideriũ est clamorosa petitio ĩ aurib⁹ dei. Nõ sic de aliis dñis qb⁹ oportet ore uel signo uel scri

ptura suũ cordis desideriũ oñdere. Sed deus iudex clarius intuetur corda hoĩm q̃ tu uides faciẽ meã. Hõ eñ uidet ea q̃ patẽt, dñs aũt intuet̃ cor. j. Reg. xvj. Istd desideriũ mouet & inclinat deũ ad dãdũ grãm. No. similitudinẽ, affectuos⁹ affect⁹ filij ad p̃rem sedẽtẽ ĩ mẽsa est clamorosa petitio in aurib⁹ p̃ris, prouocans patrẽ ad dãdũ filio carnes uel pisces &c. Ita de⁹ p̃r cũ regina uirgine Maria sedet in mensa gr̃ie. Nos uero ĩ orõne stam⁹ corã eo quasi dicendo, Dñe nõ audeo petere, sed uos scitis desideriũ meũ, quasi dicẽdo cũ Dauid, Dñe añ te omne desideriũ meum. No. ad hoc historiã de filijs Israel eũtib⁹ de deserto q̃s Egyptij inseq̃bãt & nõ poterãt fugere, qa ab una parte erat mõs altissimus, & ad aliam partem mare rubrũ, & ĩceperũt murmurare cõtra Moysen dicendo, Nũq̃d erãt sepulchra ĩ Egypto, iõ tulisti nos ut moreremur in solitudine &c. Moyses ṽo uidẽs necessitatẽ stetit corã dño. Nõ legit̃ ꝙ dixerit aliq̃d, sed desiderabat in corde auxiliũ diuinũ. Cui dixit de⁹, Quid clamas ad me? Exodi. xiiij. Dicunt glose ꝙ desideriũ Moysi erat clamor in auribus dei, & obtinuit ꝙ mare diuideret̃. Ecce quõ est iste bon⁹ mod⁹. Dico scd'o ꝙ scd's mod⁹ est plorare lachrymabil̃r, qñ eñ persona est in aliqua tribulatione, angustia uel tẽtatiõe, cor restingit̃ & cerebrum uelut spongia distillat lachrymas, q̃ deũ pungũt. Vnde Ber. Orõ deũ ungit, sed lachryma deum pungit. Res aspera, dura & rigida si ungatur, mollis efficitur & suauis. Sic ꝑpter p̃ctã nr̃a de⁹ est nobis rigid⁹, asp̃ & dur⁹. Sed oratio deuota ip̃m ungit & efficit̃ suauis, mollis & benignus. Nota exẽplũ de euangelio, ubi xp̃s loquens de se in ꝑsona cuiusdã regis, dixit ꝙ q̃dã rex petijt computum a suo thesaurario, & f̃ctã adequatione inuenit ꝙ thesaurari⁹ tenebatur reddere decem milia talenta. Qui dixit, Domine non habeo nunc unum denarium. Et rex, Tu expendisti pecuniam meam cũ uxore, & filijs tuis &c. Iõ p̃cepit ut ipse caperetur cum uxore & filiis & ꝙ uenderentur. Ecce hic duritia regis & asperitas. Sed dicit textus q' thesaurarius procidens ad pedes regis rauit humiliter di. Dñe patientiam habe in me & omnia reddam tibi. Et misertus est ei. Mat. xviij. Et dimisit sibi totum debitum. Ecce orõ quõ deũ ungit, est plus. Sicut eñ oratio deum ungit ad remittendum p̃ctã, sic lachryma pũgit ad dandum gr̃as. Iõ est bonus modus personis deuotis & tribulatis, & uid pupillis & orphanis q nõ hñt aliud redium nisi recurrere ad dñm, & flere corã eo, & iste lachryme pũgũt deũ ad dadũ eis cõsolatiões, gr̃as, ad faciẽdũ iutiã de ꝑsecutoribus. Autoritas. Non despiciet deus p̃ces pupilli, nec uiduã si effundat loq̃lã gemitus. Nõne lachryme uidue descendũt ad maxillã, & exclamatio eius super deducẽtẽ eas? A maxilla enim ascendunt usq; ad celũ & dñs exauditor non delectabitur in illis. Qui adorat deũ in oblectatione suscipietur, & dep̃catio illius usq; ad nubes appropincabit. Orõ hũiliãtis se nubes penetrabit & donec ꝓpinquet non cõsolabit̃, & nõ discedet donec altissim⁹ aspiciat. Et d non elõgabit, sed iudicabit iustos, & faciet iudiciũ. Eccl'i. xxxv. Oĩs ergo qui petit. s. plangendo lachrymabil̃r accipit. Dico tertio, ꝙ tertius mod⁹ est explicare patenter. s. ore dicẽdo deo suas necessitates, miserias, tribulationes & tẽtationes. Isto modo dicẽdo, Dñe ego sum in tri tẽtatione, angustia, miseria, seu tribulatione uel ĩfirmitate uelitis me iuuare. N intelligatis q' talia sint deo explicanda quasi ip̃e nesciat, qa melius scit q̃ uos nostras tribulationes, sed dicit̃ ad hũiliãdũ cor, qa qñ tales tribulatiões dñr ore, cor hũiliat̃ & deuotio augmẽtatur. Istũ modũ oñdit Dauid di. Reuela dño uiã tuã s. asperã & durã, & sp̃a ĩ eo, & ip̃e faciet. ps. xxxvj. Legit̃ ĩ uitis patrũ ꝙ q̃dã heremita mirabil̃r habebat grãm orãdi & aliq̃ q̃sierũt ab eo ut doceret eos orare. Qui respõdit eis, Illi qui docuerunt me, docebunt uos modum orandi si ues tis. qui dixerunt ei, Et quis docuit uos? Respondit, pauperes ondentes plagas suas

suas dicendo, uidete &c. mouent pias p̄sonas ad dādū. Ita ego ōndo plagas peccato⁊ meo⁊, uilitates, miserias meas & necessitates dicēdo, Dn̄e, tot⁹ sū corruptus de luxuria, cor meū, os meū &c. Iō dn̄e iuuetis me dando ꝟtutē castitatis, & sic de alijs pc̄tis, & isto mō, Oīs qui petit accipit. Dico quarto &c. s. supplicando hūilr̄. Qui enim uult obtinere gr̄am a rege seu papa, quē modū tenet? Nunquid supplicat hūilr̄ genibus flexis, capite discoopto? imo. Itē quando facitis orones, tunc supplicatis regi xp̄o uel pape Iesu, quādo dicitis, Aue Maria, supplicatis regine celi. Iō hūilr̄ genibus flexis debent fieri orones q̄ nō sūt nisi supplicationes. Sed in hoc multi deficiunt, qa qn̄ surgūt & induūt se, dicūt orones, idē de mulierib⁹ qn̄ pingunt se dicunt Aue Maria. Dicatur quō debēt orare cogitādo ꝙ uidēt xp̄m iratū ex pc̄tis, tūc īcipiatis oronē deuote, talis supplicatio est hūilis, & tunc papa Iesus signat supplicationem dicendo fiat. No. historiam de rege Achab iniquo & malo & idolatra & demonū inuocatore & innocētū occisore & sine iustitia, ad quē uenit Helias ꝓpheta, ex parte dei di. Tu fecisti hoc & hoc, iō hec dicit dn̄s de⁹, Si mortuus sis in ciuitate, canes comedēt carnes tuas, si ī cāpo aues celi, nec remanebit de Achab usq; ad mīgētē ad parietē. Achab ꝟo timens hūiliauit se scissis uestib⁹ regalib⁹, & indut⁹ est cilicio & in terra comedebat panē & aquā, & depositis ornamentis lecti regalibus fecit ornamenta de saccis, & ibat hūilr̄, statī deus dixit ꝓphete, Nōne uidisti Achab hūiliatū corā me? R̄ndit, imo dn̄e. Vade ergo ad eū & dic ei ꝙ qa hūiliatus est mei cā, nō inducā malū in dieb⁹ ei⁹. iij. Reg. xxj. & de pe. dist. iij. Achab rex īpijssimus. Ex ista hūilitate de⁹ pepcit sibi cū esset mal⁹ & ꝓteru⁹. Iō in ur̄is oroni b⁹ hūilietis uos. Cogitate cū quo loqmini. de tali orone dicit scriptura, Oro hūiliātis se nubes penetrabit, & nō discedet donec altissimus aspiciat. Eccli. xxxv. Dico quinto &c. Allegando prudenter. s. leges, canones, priuilegia, cōsuetudines, ut faciunt iuriste corā principe uel iudice, multi talr̄ allegāt in orone ꝙ cōdēnātur ex eo⁊ allegatione, ut legit̄ de quodā Luce. xviiij. q ascēdit ad tēplū ut oraret, petēs a deo gr̄am, & incepit allegare dicēs, Nō sum sicut ceteri hoīm &c. Iste allegationes fuerunt cause sue cōdēnationis. Rō, qa appropriauit sibi bona opera & male, qa creatura in bonis operib⁹ non est nisi instr̄m, & de⁹ est opari⁹, & sicut non est regratiādū calamo de bona litera, sed notario. Ita nec nobis de bonis operibus, sed deo. Ideo prudenter allegādū est dupl̄r, scilicet per credētiā & per obedientiam. Per credētiā obsecrando & allegādo qd̄ homo credit de deo, tali uel simili modo, Dn̄e uos q estis prouisor oīm, prouideatis mihi p ue strā infinitā bonitatē, & sic de alijs que credim⁹ de deo. Per sanctam uitam quam tenuistis, detis mihi gr̄am ut teneā bonam uitā. Scd̄o p obedientiā & gr̄arū actiōem allegando ex parte dei & nō tui, dicēdo, Dn̄e ex quo mihi tot gratias fecistis, qa sum redemptus & baptizatus, placeat uobis etiā hanc gratiam mihi facere, quia ego sum inclinatus ad superbiā, detis mihi cor humile, & sic de alijs, de istis duobus modis allegandi autoritas. In oī oratione & obsecratione cum gr̄arū actione petitiones uestre innotescant apud deū. Et pax dei q̄ exuperat oēm sensum custodiat corda uestra & ītelligētias uestras in xp̄o Iesu. Decetero fratres q̄cunq; sunt uera, q̄cūq; pudica, q̄cūq; iusta, q̄cunq; sancta, q̄cūq; amabilia, q̄cūq; bone fame &c. ad Philip. iiij. Isto modo oīs qui petit &c. Dico sexto &c. scilicet appellare confidenter. Et nunquid potest homo appellare a rege seu papa uel imperatore? Dico ꝙ sic nō de eodem ad alium, sed de una curia ad aliam ut fit sepe, quia de curia officialis appellatur ad curiam episcopi, & ab illa curia ad curiam archiepī. Idem de curia regis dei. Deus habet duas curias in quibus dātur sententie. Prima est iustitie. Secunda est misericordie. De quibus inquit Dauid ī p̄o. Misericordiā & iudiciū cātabo

tibi dñe. Et q̃diu ſum⁹ in hac uita, curia mĩe eſt maior. Autoritas. Superexaltat mĩa iudiciũ. Iaco.ij. Idẽ Dauid. Miſerationes eius ſuper oĩa opera eius. ps.cxliiij. Poſt mortẽ aũt curia iuſtitie eſt maior. Quandiu ergo uiuimus ſi datur ſnĩa contra nos in curia iuſtitie poſſumus confidenter appellare ad curiam mĩe debito modo, quia maior eſt nunc, & obtinebimus reuocationem ſententie. Nota ad hoc duo exempla de biblia de ueteri teſtamento. Primum de Dauid. q licet ſit ſanct⁹, tñ grauiter peccauit. Cum eñ ſemel reſpiceret de palatio ſuo & uideret uxorẽ Vrie pulchram ualde, debuit auertere ſtatim oculos ſuos, ſed nõ fecit, ſed ſtabat figendo oculos, ſtatim aliquis ſcutifer dixit ſibi, Domine talis mulier eſt, & uir eius non eſt in pr̃ia &c. & peccauit cum ea & grauidauit eam, & ad operiendũ pc̃tm̃ interfecit uirũ eius Vriam, quia unum pc̃tm̃ trahit ad ſe aliud. Greg. Peccatum qd' per pñiam non abluitur mox ſuo pondere ad aliud trahit. Statim ĩ curia dei fuit data ſnĩa cõtra Dauid, & Nathã ꝓpheta nũciauit ſibi ſnĩam dicẽs, Viuit dñs, qa filius mortis es tu.ij. Reg.xij. Nota ibi textum, qa ſatis pulcher. Dauid aũt fuit ille q intelligebat pc̃tm̃, & appellauit ſtatim ad curiã mĩe. Forma appellationis ſue fuit hec, quia ſtatim dixit, Peccaui. Miſerere mei deus ſcd'm magnam mĩam tuã. Statĩ propheta redijt ex parte dei dicẽs. Non morieris. Patet ergo qd' ſententia data in curia iuſtitie põt reuocari in curia mĩe, Scd'm exemplũ eſt de Ezechia rege cõtra quẽ fuit data ſnĩa in curia iuſtitie ut moreretur. & Eſaias propheta legit ſibi ſnĩam ex parte dei dicẽs, Hec dicit dñs deus, Diſpone domui tue, quia morieris tu & nõ uiues.iiij.Reg.xx. & Eſa.xxxviij. Qui conuertit faciẽ ſuã ad parietẽ & appellauit ad curiã mĩe orãdo dicens, Obſecro dñe memento queſo quõ ambulauerim corã te in corde perfecto, & qd' bonũ eſt in oculis tuis fecerim &c. Statim dixit deus Eſaie recedenti, Reuertere & dic Ezechie. Hec dixit dominus, audiui orationem tuã &c.

Et reuocauit ſnĩam & addidit ſibi quindecim annos uite. Patet ergo ꝙ ſnĩa reuocatur in curia mĩe que datur in curia iuſtitie, ſi ab ea appellatur confidenter. Autoritas, Si dixero impio morte morieris, & egerit penitẽtiã a peccato ſuo feceritq; iudiciũ & iuſtitiam, & pignus reſtituerit ille impius rapinãq; reddiderit, & in mandatis uite ãbulauerit, nec fecerit qcq̃ iniuſtũ, uita uiuet & nõ morietur. Oĩa peccata eius que peccauit non imputabũtur ei. Iudicium & iuſtitiam fecit uita uiuet. Et in eodẽ capi. Cũ eñ receſſerit iuſtus a iuſtitia ſua, feceritq; iniquitates, morietur in eis. Et cũ receſſerit impi⁹ ab iniquitate ſua, feceritq; iudicium & iuſtitiam uiuet ĩ eis. Autoritas autẽ Eze.xxxiij. No. ꝙ tria dicit in predicta autoritate. Primo ſi egerit pñiam, ecce contritio. Secundo feceritq; iudicium, ecce cõfeſsio in qua confeſſor eſt iudex [...] ſedere debet. Tertio iuſtitiã. ſ. ſatisfactionem uel punitionem de pc̃tis ieiunando, diſciplinando, uel alit̃. Iſto mõ oĩs q[...] accipit. Dico ſeptimo &c. ſ. mendicare fiducialr̃. ſ. petere hoſtiatim. Iſtũ modũ ſeruamus iſtis tribus diebus in eccl[...] In proceſsionibus eñ uadimus per [...] cos & plateas ciuitatis paradiſi mẽdicando hoſtiatĩ ſc̃tõs depcãdo. Primo uadimus ad palatium ſc̃tẽ trinitatis &c. Iſt[...] modũ tenere debent perſone lr̃ate, dicere letaniã quolibet ſero, qa or̃o eſt multum bona in qua inuocantur omnes ſancti &c. iõ amici Iob qñ fuit tribulatus dederunt ſibi de conſilio ut teneret iſtum modum dicentes, Voca igitur ſi eſt qui tibi reſpõdeat & ad aliquem ſc̃tórum conuertere. Iob.v. Oĩs q petit, ſup. iſto modo accipit. Dico octauo & ultimo. ſ. moleſtare perſeueranter, ſcilicet perſeuerãdo in orõne, qualiter hmõi importunitas uel moleſtia eſt facienda declaratur. Lu.xj. Quis ueſtrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte. uſq; quotquot habet neceſſarios. Qui eñ continuat orationem oĩ die, ad bonum finem ueniet. Nota hic miraculum de illo milite capitaneo latronũ, in cuius domo ſtetit abbas

bolus quatuordecim annis in forma humana, & erat coquinarius, ubi uenit ille sanctus religiosus & fugauit diabolum. unde si miles non dixisset quotidie salutationem angelicam, diabolus eum iugulasset &c. Deo gratias.

In uigilia ascensionis dñi. Sermo.

fire. Autoritas de quodam malo diuite Nabuchodonosor, & ita potestis intelligere de alijs. Infernus subtus te conturbatus est, in occursum aduentus tui suscitabit tibi gigantes. Esa. xiiij. Secunda est que seruatur in sepultura corporis, quia sicut sacerdotes cātando portant secum corpus precedente signo crucis, & parētes & amici cū fletibus sequuntur. Ita fit de aīa dānata, q̄ portatur a demonib⁹ nō cantando sed uociferādo confusibiliter, ac si esset porcus mactandus, precedente signo Luciferi scilicet circulo. Autoritas. In circuitu impij ambulant. Iō dicit scrip. Vir q errauerit a uia doctrine. s. pnia, in cetu gigātiū cōmorabitur. Prouer. xxj. Tertia conditio seu cerimonia que seruatur ī sepultura corporis est qa secūdū suū statū & conditionem datur sibi sepultura in ecclesia iuxta cornu altaris, uel in choro siue in ecclesia &c. Ita fit de anima damnata in inferno. Iam sunt ibi sepulchra certa pro superbis non plena terra, sed igne extinguibili. Aliud pro auaris plenū de metallis ignitis. Aliud luxuriosorū plenū de pice calida &c. & de alijs ad idē, de quibus Dauid, Sepulchra eorū, scilicet dānatorum, dom⁹ illorum ineternū. ps. xlviij. De nullo alio sepulchro pōt intelligi. Ideo amore dei in uestro testamento. s. in uita quā tenetis, attendatis ne illic eligatis sepulturā. In puncto enim quo eligitis malā uitā eligitis ibi sepulturam, & confirmatur per mortē. Dico tertio, ꝙ sanctum euangeliū declarat infernalē dispositionē, ut eā uitemus, ibi, Eleuans autem oculos &c. usq; nec inde huc transmeare. No. Eleuatis autem oculis &c. ꝙ anima habet oculos & etiam omnia membra, sed sunt spiritualia quemadmodum mēbra corporis sunt corporalia. Sed fortiora sunt mēbra anime. Nota cū dicitur, Pater Abraam, dicit glosa, uidetur ꝙ esset de gn̄e Abraā, & iudei ꝙ sic. qa etiā Abraā uocat eū filiū dicēs, Fili recordare &c. qa de bonis q̄ hō facit ī statu pc̄ī, de⁹ dat ī hoc mūdo retributionē. No. īter nos & uos chaos magnū, id est abyssus, firmatū est, ut hi q uolūt hinc transire ad uos nō possint, neq; inde huc transmeare. Nota ꝙ beati obiectaliter transeunt ad dānatos eorum penas uidendo, sed nō transeūt ad eos penaliter, etiā damnati transeunt obiectaliter ad beatos, sed non possunt transire per penitentiam actualē, nec uidēdo gloriam obiectalem. Nota duo secreta. Primū ibi, Eleuans autem oculos cum esset in tormentis. Ab isto textu sancti doctores extrahūt istā cōclusionem, ꝙ modo dānati uident saluatos & beatos, sed nō gaudent de tali uisione, imo augmentat eis penā. Vbi gratia. Sicut si famelicus uideret mensam escis plenā & non posset accedere, pena sibi augmentaretur. Ad practicam, cogita quando superbus damnatus eleuat oculos & uidet beatū Paulū q fuit superbus & persecutor ecclesie, dicit, O miser ille fuit supb⁹ plusq̄ ego, & tn̄ saluus est, qa conuersus fecit penitentiam, ita ego potuissem saluus fieri. Idem de auaro, quando uidet Mattheū. de q̄ dicit Beda ꝙ fuit raptor. Idē de luxuriosis, quando uident Mariā Magdalenā, & Mariam Egyptiacā, & sic de alijs. Autoritas. Videntes turbabūtur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperate salutis, gementes pre angustia spiritus &c. Sap. v. Et loquitur ad litteram de dānatis. Secundum secretum ibi de gutta aque quam petebat, que fuit sibi denegata. Mille & quadringenti. xxviij. anni sunt ꝙ petijt, & quolibet die & hora petit eam, & nunq̄ habuit nec habebit, & si ploraret sanguinem, ineternum non habebit. Ista gutta aque signat refrigeriū aliquod qd̄ dānati nō pn̄t habere. Ideo falsa est & erronea quedam glosa iuristarum, que dicit ꝙ dānati habēt refrigerium ex bonis que fiunt ꝓ eis, dando similitudinē de aliquo q portat onus magnū, ꝙ licet non deponat onus, tn̄ qn̄ datur sibi potus uel una parca uini, habet refrigeriū. Nō est ita de dānatis, qa nullū remediū hr̄e possunt. Autoritas. Mortuo homine impio nulla erit ultra spes. Prouer. xj. nec exeundi, nec remedium alicuius habendi. Imo qn̄ ꝓ eis fit aliqd̄

aliqd' bonũ, quando ipsi sciunt, augmentatur in eis pena, qa ĩ eis nõ ꝓficit, ut de captiuo cui mittitur precium redemptionis, & perditur in mari, quando ipse scit tristatur &c. Idem de damnatis. Iõ orãdo dicit ecclesia, Quia in inferno nulla est redẽptio, miserere mei & salua me. Dico quarto ꝙ sanctum euangelium declarat scripturalem confirmationem, cũ dicit thema, Hñt Moysen & prophetas .i. scripturas legales & prophetales. Hoc oñdit cum dicitur, Rogo ergo te pater ut mittas &c. usq; in finem. Videtur ꝙ ex charitate loqueretur, ne fratres sui damnarẽtur. Solutio. Non est uerum, sed ne eius pena augmentaretur, quia q̃to pl'es sunt damnati, tanto magis pena actualis eis augmentatur, sicut gloria actualis in beatis. Verbi gratia. Si titioni qui de se comburitur addantur alij titiones, magis cõburitur, & si plures, plus ardebit &c. Nota. Rñdit, hñt Moysen & prophetas, audiant illos. Nota ex hoc maiorem esse autoritatem sacre scripture, q̃ esset testimoniũ cuiuscũq; resurgentis. Ideo apl's, Licet nos aut angelus de celo euangelizet uobis aliud preterq̃ quod euangelizauim⁹ uobis, anathema sit. ad. Gal'.j. Unde apostoli, qui mortuos suscitabant, cũ testimonio sacre scripture tanquam firmiori suam doctrinã cõfirmabãt. Tradidi uobis in primis quod & accepi scd'm scripturas, dicebat apostol⁹.j. ad Cor'.xv. Propter hoc ĩ articulo resurrectionis dicitur. Et resurrexit tertia die scd'm scripturas. Ideo sequitur, Si Moysen & prophetas non audiunt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit credent. Et nunqd xp̃s resuscitauit Lazarũ, qui narrauerat multa de alio mundo, ut dicit Aug. & tamen non credebant sibi. Imo dicit textus, qd' Iudei cogitauerunt ipsum interficere. Et apostoli & sancti suscitauerant multos, q etiam multa retulerunt & narrauerũt de alia uita. Ideo indubitanter credẽdum est testimonio scripture, uel scripturarũ sacrarũ, & determinationibus ul'is ecclesie. Et esset bonum uidere bibliã, qa contra antixp̃m cum alijs sententijs non poterimus arguere nec rñdere. Et mõ pauci curant de biblia, intantũ ꝙ iam uerificatur illud Hieronymi ad Paulinum, & habetur in prologo biblie capi.vj. Quicquid dixerint, hoc legem dei putãt. Nec scire dignãtur, qd prophete, quid apostoli senserit, sed ad suum sensum incõgrua aptãt testimonia, quasi grande sit & non uitiosissimum dicendi genus deprauare sententias, & ad uoluntatẽ suã sacram scripturam trahere repugnantem. Ideo dicebat Christus, Scrutamini scripturas in quibus putatis uos uitam eternam habere. Et ille sunt qui testimonium perhibent de me. Ioannes.v.

De eadem dominica. Sermo.ij.

IN domo patris mei habeo quinq; fratres. Luc. xvj. Pro declaratione hui' uerbi sciendum ꝙ tota uniuersitas creaturarũ tam celestiũ q̃ terrestriũ dicitur domus dei. Ratio, quia sicut in domo uel palatio regis superius sunt camere, inferius ꝟo est stabulum pro iumentis, & in fũdo terre inferius est carcer pro male factoribus. Ita etiã ĩ domo dei, superi⁹.s. in celo empyreo sunt camere.s. nouẽ ordines angelorum, ibi morantur amici xp̃i. Superius autem est xp̃s & uirgo Maria. Domus uero inferior ubi morantur bestie, & seruitores, & clientes, est iste mundus, q pro bestijs factus fuerat, sed ex peccato Ade de paradiso terrestri expulsi sumus hic exules. Carcer uero pro malefactoribus in corde terre est.s. infernus carcer perpetualis. Ecce ratio quare dicitur dom' dei, quia ipse ordinauit sua sapientia. Autoritas. Sapiẽtia edificauit sibi domum. & ad eius honorẽ & maiestatẽ excidit columnas septem. Prouer.ix. Nota, Excidit columnas septem.s. septem gradus creaturarum, in quibus fundatur mũdus quasi domus.s. terra cum iumentis, aqua cũ piscibus, aer cum uolucribus, ignis cum impressionibus, celum cũ planetis. Sexta est natura ãgelica, qa angeli sunt substantie pure spirituales. Septima uero natura humana. De ista domo dicebat Baruch,

nuch, O Israel q̃ magna est dom⁹ dei &c. Baruch.iij. de ista domo dicebat Christ⁹, In domo patris mei mansiones multe sunt. Io.xiiij. Nota mansiones multe.s. tres principales. Celum, & terra, & infernus, & in q̃libet istarũ sunt multe mãsiones. In celo nouẽ ordines.s. angeli, archãgeli &c. In terra multe ꝓuĩcie, regna, & communitates, & ciuitates, & uille. In inferno autem est sinus sanctorũ patrum, ubi nullus est modo, limbus puerorum, ubi non est ignis, nec demones, loc⁹ purgãdorũ.s. purgatorium, ubi est ignis, sed nõ demones, locus damnatorũ, ubi sunt damnati. patet ergo ꝙ totus mũdus dicitur dom⁹ dei. De ista domo dicit thema, In domo patris mei &c.i. intra domum patris mei habeo quĩq; fratres. Inuenio quod in hac domo sunt quinq; fraternitates diuersis rationibus.s.

Fraternitas humanalis, & ista uenit p naturam.

Fraternitas spiritualis, & ista uenit p gratiam.

Fraternitas demonialis, & ista uenit p culpam.

Fraternitas angelicalis, & ista uenit p amicitiam.

Fraternitas diuinalis, & ista uenit p misericordiam.

Ecce quare dicit thema, In domo patris mei &c. Dico primo ꝙ habemus in hoc mũdo fraternitatẽ humanalem q̃ uenit per naturam. Qui eñ ab eodem patre & ab eadem mr̃e sunt geniti, fratres sunt. Isto modo quotquot sumus in hoc mundo tam fideles q̃ infideles ab eodem patre.s. Adam, & ab eadẽ matre scilicet Eua sumus geniti. Ideo fratres possumus dici. In hoc singularitatem ostẽdit deus in hominib⁹ magis q̃ in angelis, quia deus a pricipio omnes angelos creauit simul, nec inter se hñt cõsanguinitatem parẽtalem nec fraternitatẽ naturalem. Non est sic in hominibus, quia a principio solum creauit deus masculum & feminã. Geñ. j. Masculum & feminam creauit eos, benedixitq; de⁹ illis, & ait, Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Omnes ꝓcedimus ab ista radice. Ecce fraternitas naturalis. Sed diceret aliquis, & forte iã dicitis in corde uestro, ꝙ ex masculo & femina ꝓcedant homines, hoc non est singularis excellentia hominũ, qa etiam animalia bruta procedunt a masculo & femina, qa ab initio solum creauit deus masculũ & feminã de animalibus.s. leonẽ & leenã, equũ, & equã, bouẽ & uaccã, ex quibus omnes alij descendunt. Dico ꝙ uerum est, sed hoc fuit singulare in hominibus, qa ab uno supposito.s. Adã procedimus oẽs, qa de illo formauit Euam. Geñ.ij. non sic fuit de animalib⁹. Modo licet hoc sit certũ, tñ autoritas. Deus qui fecit mũdũ & oĩa que in eo sunt, fecit ex uno omne genus hominũ. Act.xvij. Moralr. Ex hoc, quia omnes sum⁹ ex uno patre, patet ꝙ debemus habere maiorẽ unitatẽ & pacẽ q̃ angeli uel bestie, tamẽ contingit & est oppositũ, qa angeli habent pacẽ, cũ tñ sunt tot, quia innumerabiles, ut dicit sanctus Tho.ĩ.j.par.q.l.ar.iij. qd' sicut corpora celestia excedunt ista inferiora in q̃titate cõtinua incõparabilr. Ita angeli excedũt ĩ quãtitate discreta oẽm numerũ creaturarũ inferiorũ, & tñ nũq̃ habẽt diuisionẽ nec guerram. Autoritas. Potestas & terror apud eũ est, qui facit cõcordiã in sublimib⁹ suis. Nũqd est numerus militũ eius? Iob.xxv. Bestie in deserto uiuũt in pace. Leones inter se pacẽ habẽt, Lupi & uulpes, & sic de alijs, & homines non possunt uiuere in pace in una uilla, nec in uno uico, nec monasterio &c. cõtra naturã faciunt, quia fratres inter se naturaliter pacẽ habent. Ideo legitur de Abraã & Loth, qui intãtũ abundabant qd' terra nõ poterat eos capere, ita ꝙ iam facta erant inter pastores eorũ iurgia, & iam Loth ibat totus turbatus, tunc dixit sibi Abraam, Ne queso sit iurgiũ inter me & te, & inter pastores meos & pastores tuos, fratres eñ sumus. Geñ. xiij. Dico secundo ꝙ secunda fraternitas est spiritualis, q̃ uenit per gratiã. Ista fraternitate solũ Christiani sunt fratres: Iudei uero uel alij infideles nihil attinent nobis. Omnes autem Christiani sunt fra-

tres eiusdẽ patris immediate.s.Iesu xp̃i. Nota ꝙ omnes sumus filij regis, & eiusdẽ m̃ris.s.cuius ecclesie. Deus habuit duas uxores. Prima fuit synagoga ex qua genuit Iudeos, sed dedit sibi libellũ repudij iuxta legẽ, que dixit, Si acceperit hõ uxorẽ & habuerit eã, & nõ inuenerit gratiam ante oculos eius ꝓpter aliquam feditatẽ, scribet libellũ repudij, & dabit in manu illi⁹, & dimittet eã de domo sua. Deute.xxiiij. Potius fuit prophetia q̃ mãdatum. Ista lege usus fuit deus inuẽta macula infidelitatis & minus credentie in synagoga, dedit sibi libellũ repudij. De hac prophetia ad literã, Hec dicit dñs deus tuus, Quis est hic liber repudij m̃ris uestre quo dimisi eam. Aut quis est creditor me⁹ cui uendidi uos? Ecce enim in iniquitatibus uestris uenditi estis, & in sceleribus uestris dimisi matrẽ uestram, qa ueni, & non erat uir, scilicet qui reciperet me, uocaui predicãdo.s.& non erat qui audiret. Esa.l. Deinde deus duxit aliã uxorẽ.s.sanctã ecclesiã, de cui⁹ utero.s.fonte baptismali generat filios & filias. Qui de alto mittit semẽ p os sacerdotis. Semẽ est ỽbũ dei.s.forma baptismi. Et post baptismũ põt dici, Natus est homo in mũdum. Et sicut uirgo cõcipit, & etiã ỽgo parit. Ecce qualiter nos xpiani habemus istã fraternitatem sp̃ualem. Ante baptismũ sumus filij Ade, sed post baptismum sumus filij Iesu xp̃i. Propter hoc dicit xp̃s xpianis, Omnes uos fratres estis. & patrem.s.generalẽ nolite uocare uobis super terrã, un⁹ enim est pater uester qui in celis est. Mat.xxiij. Nota. Oẽs uos fratres estis, quia de Adam estis filij &c. Ideo uenit quidam pauper ad regẽ Francie, dicens sibi ꝙ secum diuideret hereditatẽ, qa frater suus erat de eodem patre & matre.s.Adam & Eua, cui rex dedit unũ denariũ dicẽs ꝙ tot haberet fratres ex illo patre, ꝙ si cuilibet daret tãtũ, nihil sibi remaneret. Videte qualem charitatem dedit nobis pater, ut filij dei nominemur & simus.j.Io.iij. Moraliter habemus hic doctrinã ꝙ debemus cauere a iurgijs, guerris, & diuisionibus, & sicut spiritualiter sumus geniti, tenemur eti spiritualitér diligere omnes. Sunt multi qui dicũt, nõ nocerẽ ei, sed non dicerem sibi uerbũ, nõ possum sibi loqui, nec corde possum ipsum diligere. Nihil ualet hoc. Oportet si uultis salui fieri, ꝙ odiũ rancor, & mala uoluntas cordis expellatur, qa non est nisi uenenũ qd' aĩam occidit. Not. de quodã mercatore qui uenit ad magistrũ Vincentium dicens, Noueritis quod fui defraudatus a sartore tanta pecunie q̃titate, & fugit, propter quod odiui eũ intãtũ, ꝙ si possem eũ inuenire, cũ dentibus occiderẽ eũ. Et ista q̃dragesima fui cõfessus, & null⁹ cõfessor uoluit me absoluere. Dicũt qd' debeo sibi parcere. Pr̃ qd dicitis uos? Cui rñdit magr̃ Vincentius, Si nõ uultis sibi parcere, parcatis uobisipsi. Et ipse, Pr̃ hoc nõ ĩtelligo. Rñdit magr̃, Dicatis odiũ qd' habetis i corde cui nocet, illi uel uobis? Non illi, quia comedit, bibit, & delectat̃, sed uobis, qa aĩam uestrã occidit. Rñdit ille, Nunc cognosco ꝙ sit stultitia habere odiũ cõtra aliũ. Nunquid esset bona uindicta cõtra inimicũ bibere unam taceã potionũ uenenatarũ ut interficeret te? Idem est de odio. Propter hoc dicebat beatus Ioannes, Hoc mandatũ habem⁹ a deo, ut qui diligit deũ, diligat & fratrẽ suũ.j.Io.iiij. Dico tertio ꝙ tertia fraternitas est demonialis, & ista uenit per culpã & pc̃tũ, & ista est mala. Ab initio postq̃ deus creauit angelos, inter quos Lucifer erat maior, ut dicit Greg. ꝙ fuit nobilior & maior, qui respiciens inferius, uidit omnes creaturas dei, & ꝙ ipse esset alijs maior, habuit uanã gloriã, & eleuatis oculis cognouit supra se maiorem.s.deum, & uoluit ei equiparari, & hoc reuelauit omnibus angelis, & multi tanq̃ adulteri & periuri & infideles consenserunt sibi. Sed Michael contradixit, & Gabriel & Raphael, & alij boni. Tunc expulsi fuerunt de celo empyreo Lucifer & sui, dicente deo, Non habitabit in medio dom⁹ mee qui facit superbiam. Et ceciderunt de celo, & facti sunt demones. Ecce quid est demon, Angel⁹ qui ex pc̃tõ cecidit. Diabolus

bolus est ꝓpriũ nomẽ Luciferi. Hoc nomẽ sathanas, est nomẽ cõe demonũ. Lucifer a pricipio ducit uxorẽ clandestine scilicet inobedientiã, ex qua generauit & gñabit mille milia de filijs. Quis posset enumerare, quot angeli sibi consenserunt, & quotidie homines inobedientes in mundo? De eadem uxore generat filios qñ facit aliquẽ peccare & facere cõtra mandatum dei, talis est filius diaboli. Verbi gratia. quãdo ponit in corde tuo ut induaris sicut talis, uel ꝙ habeas officium uille &c. prouocando te ad suꝑbiã, & tu consentis sibi, facis contra mandatũ dei qui precepit tibi humilitatem. Idẽ de auaritia, idẽ de luxuria, idẽ de ira, & tu consentis, contra obedientiam facis, filius es diaboli. Talibus dicit xp̃s, Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris uestri uultis facere. Ioã. viij. iõ consequẽter demones filij diaboli habent fratres. Qui mollis est, id est negligens & dissolutus in opere suo, frater est sua opera dissipantis. i. demonis. Prouer. xviij. Cuius conditio est ꝙ si faciat aut det aliqd de genere bonorum, semper illud retorquet in malũ. Not. de illo heremita, cui demõ apparebat in forma boni ãgeli dicens, Surge ad laudandum deum. Et aliquoties portabat sibi lumẽ. Aliquãdo dicebat sibi, Talis nauis submersa est, ora pro animabus que sunt in purgatorio, & sic fia, intñ ꝙ ille firmiter credebat ipsum angelum bonum, quia non nisi bona sibi dicebat. Semel aũt ostendit sibi uisionẽ, qa uidebat celũ apertũ superius, & infernũ inferi⁹, dicẽdo sibi, Nisi efficiaris Iudeus, non poteris celũ intrare, imo ad infernum oportebit te descẽdere. Propter qđ ille fuit effectus Iudeus, & consequẽter damnatus fuit. Ecce qualiter dissipauit bona que prius fecerat. Idem de istis qui recurrunt ad demones, ut inueniant quod perdiderunt. Et si forte inueniant, tamen ex alia parte perdunt aĩam. Item ꝓ sanitate recuperanda recurrunt quidã ad demones, qđ faciẽdo perdunt aĩam. Ecce quare dicit, q mollis &c. Moralit. Dic cõtra diuinos & sortilegos, & cauea tis ne recurratis ad eos, sed ad Christum dñm. Propť hoc dicebat ꝓpheta: Vnusqs q; in omni fratre suo non habeat fiduciam, qa omnis frater supplantans supplãtabit. Hiere. ix. Dico quarto ꝙ est alia fraternitas. s. angelicalis, q̃ uenit per amicitiã. Quemadmodũ dicitur de duobus amicis simul stantibus, comedẽtib⁹, ambulãtibus &c. fratres sunt. Nunq̃ fuit tanta amicitia inter aliquos duos amicos sicut est sanctorũ angelorũ ad nos, ĩtm̃ ꝙ quãdo mulier debet parere, deus uocat unum angelum cui cõmittit illã creaturã. De quo angelus regratiatur deo, & statim descendit, & hominẽ in suã custodiam recipit. De qua materia uide S Tho. j. parte. q. cxiij. arti. v. Autori. p̃s. xc. Angelis suis mãdauit de te, ut custodiãt te in oĩb⁹ uijs tuis. Vñ dicit Hiero. Magna est dignitas aĩarũ, ut unaqueq; ab ortu natiuitatis habeat angelũ ad custodiã deputatũ, & nũq̃ dimittit creaturã usq; dũ morit. De hoc uide S. Tho. j. parte. q. cxiij. arti. vj. ubi dicit ꝙ angelus custos nunq̃ totalit dimittit hominẽ, sed ad aliqd interdũ eũ dimittit ꝑut. s. nõ impedit quin subdatur alicui tribulationi, uel etiã qn cadat in pctm̃ secundum ordinẽ diuinorũ iudiciorũ. Idem dicit in solutione ad tertiũ argumentum eiusdẽ. vj. ar. ꝙ angelus etsi interdũ derelinquat hominem loco, non tamẽ derelinquit eũ q̃tum ad effectũ custodie, qa etiã cũ est in celo, cognoscit quid circa hominẽ agatur, neq; indiget mora temporis ad motum localem, sed statim potest adesse. Mõ cogita quãdo facis aliquod pctm̃, quid dicit angelus, O proditor &c. Iõ Ber. Noli p̃sente angelo facere, ꝙ me p̃sente facere nõ auderes, qa nec furtũ nec luxuriã &c. De isto fratre dicit scriptura. Frater. s. homo qui adiuuatur a fratre. s. angelo, quasi ciuitas firma. Prouerb. xviij. Ciuitas eñ fortis & firma habet septem cõditiones. Prima ꝙ sit alta. Istã conditionem dat angelus custos, quia eleuat mẽtẽ ad deum, ad desiderandũ celestia. Reuersus est angelus qui loq̃batur in me, suscitauit me quasi uirum q suscitatur de somno suo. Zacha

Zacha.iiij. Secunda ꝙ sit murata. Hoc facit angelus quando inducit ad obseruantiam decē preceptorū. Dicantur breuiter decem precepta, q̄ muri sunt anime, turres sunt uirtutes. Tertia quod habeat fortalitia, & hoc per obseruantiā cōsiliorū euāgelij. Quarta ꝙ habeat fossatum. Hoc idē dat angelus quando inducit ad humilitatem uel ad cogitandum penas inferni. Quinta qd' habeat escas. Hanc cōditionē etiā dat angelus inducendo custoditum ad audiendū missas, sermones, cōfitēdū, & cōicandū &c. Sexta qd' habeat arma &c. Arma sunt orationes, ieiunia, eleemosyne, & opera penitētialia. Septima ꝙ habeat bellatores qui sunt opera mīe. Et quia ista septem habemus a bono angelo inductiue, ideo dicitur ciuitas firma. Moraliter instruimur, ut quilibet suo angelo faciat aliquam orationem. Sicut qlibet uestrum recipit aliquē sctm̄ uel sanctā in aduocatū, qui forte ex uestris peccatis modicū curat de uobis, ideo āgelo q cōtinue curat de uobis est facienda oratio quolibet mane & sero genibus flexis dicēdo, Angele qui meus s custos pietate superna, Me tibi commissum salua, defēde, guberna. Amē. Dico qd' quinta fraternitas est diuinalis, q̄ uenit per misericordiam. Et ista est oīb⁹ alijs melior, qa deus creator omniū factus est frater noster, in bn̄dicta incarnatione similis nobis factus. Caro enim & frater noster est. Geñ.xxxvij. Ideo dicit apostolus, Qui sanctificat. s. baptismū & penitētiā, & qui sanctificantur ex uno omnes. Propter quā causam non confunditur fratres eos uocare, dicēs, Nūciabo nomen tuū fratribus meis. ad Heb.ij. Iō sciens Salomon spiritu prophetie, ꝙ fili⁹ dei debebat incarnari, & nasci de muliere, & lactari, ac si iam ipsum uideret presentialiter, dicebat sibi, Quis mihi det te fratrē meū sugentē ubera matris mee, & inueniā te solū foris, & deosculer te, & iā me nemo despiciat. Apprehendam te, & ducam in domo matris mee, & in cubiculum genitricis mee &c. Cāti.viij. Iō apostolus, Quos preściuit, scilicet deus pater, & p̄destinauit cōformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. ad Rō.viij. Moraliter faciamus, ꝙ sicut sum⁹ fratres Christi in hac uita, simus etiam fratres sui in gloria. Deo gratias.

In octaua corporis xp̄i, uel intra octauas. Sermo unicus.

Accipite & mādūcate hoc est corp⁹ meū &c. Verbū istud habetur textualiter. j. ad Cor. xj. & officiatur in epistola hodierna. Scitis hodie est octaua corporis xp̄i & sancta mater ecclesia facit totum officium ut in die. Ideo de isto sctō sacro altaris uolo uobis declarare aliquas magnas utilitates quas ex eo habemus, ad prouocādū corda uestra ad deuotionē. Sed primo salutetur uirgo Maria. Sāctū sacrificiū altaris dicitur eucharistia grece, ab eu, quod est bonum, & charis, gratia, quasi bona gratia, qa multas & innumerabiles gratias & utilitates habemus ex ipso sacramento, plus q̄ ab alijs sacramentis. Et amore uestri modo dicam quinq; utilitates principales.

Est eñ uiaticū spirituale.
Medicamentum uniuersale.
Sacrificium indulgentiale.
Sacramentum principale.
Societas celestialis.

In his ostenditur utilitas. Ideo dicit thema, Accipite & mādūcate, hoc est corpus meū &c. Dico primo quod eucharistia uel hostia consecrata est uiaticū spūale. Sic est quod nulla creatura uiuens ... sit corporalis siue spūalis, poterit diu durare in esse siue uiuere sine cibo. De creaturis corporalibus ratio est naturalis, quia calor consumit humidum radicale, ut dicunt physici. Sicut eñ aqua ad ignis calorē consumitur & deficit, ita est de humiditate corporis, in qua uita consistit, calore consumitur & deficit, nisi addatur humiditas, comedendo, bibendo, & cōtra ... in meridie magis appetimus cibum & potū, quia magis est calor interior ... exterior. Item de angelis qui sunt creaturae

tur & substātie pure spūales. Dico quod etiā nō pn̄t uiuere sine cibo. Ratio, quia nullus eorū habet uitam & durationem a se. Ideo de mensa dei, que est essentia diuina recipiunt escas, que non pn̄t dici nec cogitari, & de illis uiuunt. Aug. Dixit angel' Raphael Thobie, q uidebatur cū eis comedere & bibere corporali cibo, ne dimitteret eos in errore, Cum essem uobiscū per uolūtatē dei, uidebar quidē uobiscū manducare & bibere, sed ego cibo inuisibili, & potu qui ab hominib' uideri non pōt utor. Tho. xij. Fiat ergo ratio. Si creature pure corporales ut iumēta, & pure spirituales, ut angeli, indigent cibis ut dictum est, quid dicemus de homine qui habet utrūq;? Est em̄ corporalis q̄tū ad corpus, & spūalis q̄tū ad aīam, sīlis angelis. Ergo indiget duobus cibis. s. cibo corporali ad sustentationē corporis, & cibo spirituali ad sustentationem anime. Ideo statim postq̄ de' creauit Adam & Euam, prouidit eis de escis corporalib', dicēs eis, Ecce dedi uobis oēm herbā afferentem semen super terram, & uniuersa ligna. s. fructifera, que hn̄t in se metipsis sementē generis sui, ut sint uobis in escam. Gen̄. j. Ita ꝙ a principio & bene per mille quingentos annos post, solum comedebant fructus gentes, & bibebant aquam, & illa tunc dabant maiorem fortitudinem quā modo capones, galline, & uinū &c. Deīde post diluuiū, ꝙ multum deteriorauit arbores, plātas, & aquam, ita ꝙ perdiderunt magnā partē uirtutis, uidēs deus ꝙ fructus & aqua non esset cibus ad sustentandū naturam humanā, concessit licētiā comedēdi carnes & pisces, dicens, Oēs pisces maris manui uestre traditi sunt, & omne quod mouetur & uiuit erit uobis in cibū. Gen̄. ix. Et concessit licentiā bibēdi uinū. Et tunc Noe incepit exercere terrā, & plātauit uineam. Deinde uenit tēpus Moysi, in quo deus de cūctis mūdi populis elegerat Iudeos, de quo populo debebat nasci filius dei secundum humanitatem, & tūc de' restrinxit escas illi pp̄lo, ut patet Leu. xj. Precipiens eis, ne comederent animal qđ non ruminat, nec diuidit ungulā. Ideo non comedūt porcū, q̄a licet diuidat ungulam, non tn̄ ruminat. Idē de lepore. Itē de uolucribus precepit eis ne comederent aquilā, grifonē, falconē &c. Item de piscibus quod non comederent piscē, nisi haberet pēnulas &c. Ideo nō comedūt anguillā marinā &c. Sed quare deus precepit hoc Iudeis &c. Rn̄sio, quia de illo populo debebat nasci Messias, propter quod deus fecit ut fit cōiter de filio regis, quia eius nutrici dantur certe esce de consilio medicorum, non amore sui, sed filij regis, ut sit bene complexionatus. Et precipitur nutrici ut abstineat a ceteris cibis uel escis que sunt male cōplexionis. Ita fecit deus de gente Iudaica, de qua nasciturus erat filius regis. s. xp̄s, uoluit deus ut abstinerent a cibis uiscosis, & male complexionis. Sed ex quo filius regis iam non indiget nutrice ipsa, pōt comedere ad libitū quicquid uult & placet sibi. Ideo nos mō non abstinemus ab illis escis, q̄a omnis creatura dei bona, & nihil reijciendum qđ cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per uerbū dei & orationē. j. ad Thimo. iiij. Ecce qualiter de' a principio usq; mō ꝓuidit nature humane de cibis corporalib' scd'm diuersa tēpora. Hoc totū dicit Dauid in quadam autoritate, Oculi omnium in te sperāt dn̄e, & tu das escā illorum. s. corporalē in tempore opportuno. ps. cxliij. Tamē non inuenietis ꝙ ante aduentū xp̄i deus dederit escā seu prouisionem spiritualē. Corpora em̄ erāt robusta, & anime erāt debiles intm̄ ꝙ oēs cadebant in infernū, q̄tūcūq; essent sctē, nō poterāt se tenere quin caderent illuc. De hoc Dauid, Quis est homo qui uiuet & non uidebit mortē. s. corporalē, eruet aīam suam de manu inferi? q. d. nullus. ps. lxxxviij. Quod autem iste defectus procederet propter defectū cibi spūalis, patet Dauid dicēte, Esuriētes. s. cibū spūalē, & sitiētes, anima eorū in ipsis defecit. ps. cvj. Sed uenit xp̄s fili' dei, qui ordinauit cibū spūalē ꝓ aīabus. s. hoc sanctū sacramētū euchari-

stie. Non credatis ꝙ ista esca sit corporalis, nec uadit in stomachũ ꝑ digestione, ut dicunt stulti Iudei ꝙ huiusmodi cib⁹ emittatur per secessum, sed est cibus spiritualis, qui ĩ stomacho anime in corpore humano positus. s. memoria, recipit digestionẽ igne deuotionis, & dat uitã aĩe antm̃ ꝙ qñ aĩa exit a corpore, nisi peccata impediant, secũ aĩam ducit ad celũ. Iõ dicit sanctus Tho. in. iij. parte, ꝙ puer unius diei etiam baptizat⁹ nõ põt habere paradisum nisi cõicet. De hoc uide sanctũ Tho. iij. parte. q. lxiiij. ar. iij. quo querit, Vtrũ sacr̃m eucharistie sit de necessitate salutis. O diceretis uos, & quomodo posset cõicare? Mõ audite pulchram speculationẽ, quãdo uos comeditis, solũ unũ mẽbrũ. s. os comedit, & tñ ex illo cibo omnia membra refocillantur & fortificãtur, manus ad operãdũ, pedes ad ambulãdũ, oculi ad uidẽdũ, aures ad audiẽdũ, & sic de alijs partibus tam interioribus q̃ exterioribus. Ita tota uniuersalis ecclesia est unum corpus. Cuius caput est xp̃s, oculi doctores, aures iudices & cõfessores, os sacerdotes, manus milites qui habent defendere, uenter ciues & mercatores, tibie mechanici, pedes qui terrã tangũt sunt agricultores. Sicut eñ in uno corpore multa membra habem⁹, omnia aũt mẽbra nõ eũdẽ actũ habent, ita multi unum corpus sumus in xp̃o. ad Ro. xij. Et sicut os comedit pro omnib⁹ membris, ita sacerdos ꝑ omnibus xp̃ianis spũaliter. Sed oportet ad minus ꝙ quilibet semel in anno cõicet sacramentaliter de adultis. s. ul'. xij. annorum, & supra. Et quando pueri baptizantur, efficiũtur membra corporis ecclesie. iõ pro coĩcatis habentur. Moraliter. Cogitate quod pctm̃ est nolle cõmunicare. Si pueri ĩnocentes non pñt saluari sine cõione, quid erit de magnis? Ideo multi damnantur, qa nõ cõicant ĩ paschate. Qui in hoc mũdo nõ uult xp̃m recipere cõicãdo, nũq̃ a xp̃o recipietur in celo. Aut. Amen, id est secure, Amẽ. i. uere dico uobis, nisi manducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eius sanguinẽ, nõ habebitis uitam in uobis &c. Io. vj. Non habebitis uitã [...] tie in hoc mundo, nec gr̃ie in alio. [...] scd'o ꝙ hoc sacramẽtũ sanctũ est [...] na uniuersalis, nõ solũ cib⁹ est, [...] medicina. Pro cuius declaratione [...] dũ qd' omnes infirmitates corp[...] anime ex cibo ueniunt. s. Ade & Eu[...] firmitates corporis sunt sicut febres, [...] lores &c. Infirmitates aĩe sunt pro[...] ad malũ, & difficultas ad bonũ, male [...] gitationes, mala desideria & pctã o[...] sta uenerũt ex comestione cibi u[...] aĩs nullus fuisset infirmus, nec in cor[...] re nec in anima. Iste cib⁹ fuit porta [...] malorũ. Ideo dicit', Mala mali malo, [...] la contulit oĩa malo. Mala, id est Eua, [...] li. i. Ade, malo. i. pomo, cõtulit oĩa ma[...] malo. i. mundo. O dixit xp̃s, Si tm̃ [...] facere diabolus, quod de fructu du[...] malũ, ego ostendam sapiẽtiã meã. Er[...] dinauit quod de fructu faceret medi[...] nã, uñ ueniret oẽ bonũ. Et fecit se fru[...] in arbore uite. s. uirginis Marie, cui [...] tur, Benedictus fructus uentris tui. [...] de hoc cantat eccl'ia, Hoc opus no[...] salutis ordo &c. Cõstruitur sic: Ordo [...] lutis nostre poscebat hoc opus, ut [...] sapientia Christi, artẽ. s. diaboli mult[...] mis proditoris falleret, & medelã, [...] medicinã, ferret inde. s. ex fructu, unde [...] stis leserat. Ideo ista benedicta medici[...] dat sanitatem aĩabus illorum qui deu[...] cõicãt. Primo dat sanitatẽ in intelle[...] contra errores & falsas opiniones [...] In uolũtate contra mala desideria. In [...] moria cõtra obliuiones beneficior[...] uel contra desideriũ uindicte. Dat [...] sanitatẽ ori ad uitãdũ mẽdacia, falsa [...] menta &c. Manibus ad uitandum fur[...] usuras, tact⁹ &c. Gutturi cõtra excess[...] cibi & potus, & generaliter oĩbus mem[...] bris. Item curat ĩfirmitates corporis. N[...] si infirm⁹ cõicat deuote, & sanitas co[...] ris non sit nociua anime, hoc sacramẽt[...] tum dabit sibi sanitatẽ, aĩs non debet [...] petere sanitatem. Altissimus creauit [...] terra medicinã, & uir prudens nõ a[...] rebit eam. Nonne a ligno indulcata [...] aqua amara? Ad agnitionem hominum uirtus

ciebus illorum. Et dedit &c. Eccl. xxxviij. Ho. altissimus de terra. s. corporis sui, quod formatū in utero uirginali de terra ab Adā descēdēte, & uir sapiens non abhorrebit eā. Alique medicine dāt fastidiū & abhominationē, ut pillule. Sed prudens medicus cooperit ne uideatur color, nec sentiatur sapor, & sic infirmus recipit, ita fecit xp̃s. Comedere enī carnes hominis ualde abhominabile est. Iõ cooperuit in hostia ne uideatur &c. ita dicit altissimus &c. De hoc uide S. Tho. iij. p. q. lxxv. ar. v. ubi dicit ꝙ sensu itē apparet factā cōsecratione omnia accidentia panis & uini remanere, ꝙ quidē rōnabiliter fit. Et dat ibi tres rationes, quarū prima iam dicta est. Quia non est con suetum hominibus, sed horribile est carnem hominis comedere & sanguinē bibere, proponūtur nobis caro & sanguis sub speciebus illorum q̃ frequētius in usum hominis ueniunt. s. panis & uini. Alias duas rōnes ad idē. s. Tho. ubi. s̃. ponit, quas uidere poteris. Moraliter iam scitis quod qui debet recipere purgationē, prius facit dietā & preparatorium cum syrupo. Ita qui debet cōicare primo confiteat, & seruet dietā sibi datā a medico aīe. Deinde recipiat syrupū dulcē, q̃ sunt deuote orationes. Dulce esset militi ꝙ qñcunq; uellet, loqui posset regi uel pape. De syrupo autem recipiuntur tria coclearia cum aqua calida mane & sero. Ita debet esse certus numerus de Pater nr̃, & Aue Ma. &c. Aqua calida sunt lachrymę si deus dat lachrymas. Et post recipit purgatio. i. corp⁹ xp̃i. Quid hoc efficaci⁹ facio q̃ purgant pc̃tā, augent ỽtutes, & mens omnium spūaliū abūdātia īpinguatur? Dico tertio ꝙ est sacrificiū indulgentiale, nō solū sacerdoti celebrāti, sed etiam omnibus missam deuote audientibus. hoc declaratur sic. Inuenio quod xp̃s in uita sua dixit duas missas, unam secrete & aliā solēniter in pontificalib⁹ cū ministris. Secrete celebrauit Fer. v. in cena dñi p̃ntib⁹ ap̃lis, tūc eñ ordinauit sacrificiū hoc & cōicauit se. De quo uide S. Tho. iij. par. q. lxxxvj. ar. j. & etiā cōicauit ap̃los di. Accipite & comedite, hoc est corpus meum, quod pro uobis. s. celebrātibus, & pro multis. s. missam audientib⁹ tradetur in remissionē pc̃tōrū, Mat. xxvj. Patet quõ ī missa secreta datur remissio pc̃tōꝝ. Secundā missam celebrauit solenniter in pōtificalib⁹ in die ueneris sc̃tā. Altare fuit crux, mitra fuit corona spinarū, anuli in manibus fuerunt claui, sandalia in pedibus claui, casula rubea de sanguine suo, baculus lancea, diaconus latro a dextris, subdiacon⁹ latro a sinistris, acoliti uirgo Maria & Ioannes euangelista. Ideo quando prelatus dicit missam solēniter totidē cōicat & sanctificat seipsum. Ecce qualiter dixit missam solennē, q̃a missam dicere nihil alid̃ est q̃ corpus xp̃i sacrificare. Et in missa solenniter dātur indulgētie, & remittuntur pc̃tā deuote audiētibus, q̃a dicit Lucas, Omnis turba eorū qui simul aderant ad spectaculum istud, & uidebant que fiebant percutientes pectora sua reuertebantur. Lu. xxiij. Ideo dicit propheta Dauid in p̃o, Deus deorum dñs locutus est, Audi popule me⁹, & loquar Israel, & testificabor tibi deus tu⁹, sed per incarnationem est noster ego sum. Non in sacrificijs tuis arguam te. s. de peccatis. Rō. Holocausta autē tua in conspectu meo sunt semp. ps. xlix. Moral̃r. Ergo est missa audiēda deuote, in quolibet die festo & dñico, que deuote auditur seruatis quatuor cōditionib⁹. Prima ꝙ missa audiatur ieiuno stomacho. Rō, quia q̃ habet loqui regi &c. Secunda ꝙ sitis in confessione que pro uobis fit. Iõ pulsantur cāpane &c. Tertia ꝙ audiatis missam cū silētio. Quarta ꝙ audiatur missa completa. Dico quarto qd̃ est sacramētū principale. Septē sunt sacramenta ecclesie. Primum est baptism⁹. Scd̃s est cōfirmatio. Tertiū penitentia. Quartū eucharistia. Quintum ordines. Sextū matrimonium. Septimum extrema unctio, & nō sunt plura. De oībus aūt sacramētū eucharistie est principale triplici ratiōe. Prima, q̃a alia sacramenta cōtinēt xp̃m solū figuraliter, & in alijs sacramentis continetur quedā uirtus in

strumentalis participata a xp̄o, sed istud cōtinet xp̄m realiter ut erat in utero uirginis & ut est in celo, in alijs aūt figuraliter. Vere tu es deus abscōdit⁹ de⁹ Israel saluator. Esa.xlv. De hoc uide S. Tho. in. iij. par. q. lxv. ar. iij. quo querit utrū sacramentum eucharistie sit potissimū inter sacramenta. Vbi rn̄det ꝙ simpl̄r loquendo sacramētū eucharistie est potissimū ĩter alia sacramēta. Primam rationem iā tactā ibi ponit &c. Scd̄a quia alia sacramenta exhibent̄ exteri⁹ per auditū & tactum, sed hoc interius recipitur per gustum. Amē amē dico uobis nisi māducaueritis. Ioā.vj. Tertia ꝙ hoc sacramentū dat uirtutem alijs. Hoc declaratur in celo, ĩ quo sunt septē planete, primo Luna, secūdo Mercurius, tertio Venus, quarto Sol, qnto Mars, sexto Iupit̄, septimo Saturnus. Et sicut Sol cōsistit in medio, qa in quarto loco, & dat uirtutē & claritatē alijs planetis, ita sacramentū eucharistie in quarto loco computatur a quo alia sacramenta recipiūt claritatem & ꝟtutē, & ipsum nihil recipit ab alijs. Ideo Dauid, Thron⁹ eius sicut Sol in cōspectu meo. p̄s. lxxxviij. Moral̄r instruimur hic, ꝙ sicut xp̄s cōicat uirtutē alijs sacramentis, ita & nos de bonis nostris debem⁹ libere cōicare indigētib⁹ per eleemosynas, uel mutuando sine usura. Tales nunquā ueniūt ad paupertatē. Dauid, Iunior fui, etem̄ senui, & non uidi iustū derelictū, nec semen eius querēs panem. p̄s. xxxvj. Propt̄ hoc dicebat xp̄s, Estote misericordes sicut pr̄ ur̄ misericors est. Lu. vj. Dico quinto quod est societas celestialis. Tres magnas difficultates habet anima ascendendi, & intrandi in celum. Prima est hic, scd̄a in aere, tertia in ianua celi. Sed cōtra ista eucharistia est tuta ac ꝟtuosa societas aīarū. Pr̄ia ergo difficultas est hic in exitu aīe a corpore, ubi ueniūt demones aīam expectātes q̄tūcūq; persona fuerit ſāſcta. Virgo Maria ꝓ singulari gr̄a obtinuit ne ad eā uenirent demones. Et multi credūt ascendere q̄ capiūt̄ a demonib⁹, ꝓpt̄ hoc dat̄ cōio ĩfirmis, & dat̄ uiaticum. & tunc demones sentientes xp̄i pn̄tiam, fugiunt. Secunda difficultas [...] periculū est in aere, ubi remansit mag[...] multitudo demonum. Sunt ibi ut ato[...] in radio solis, qui custodiunt passu[...] multi euadunt primū periculū, qui ca[...]tur in scd̄o, ut fuit reuelatū bt̄o Anto[...]nio. Sed qn̄ ꝑsona cōicauit, demones [fu]giunt ex xp̄i presentia, & transit. Te[rtia] difficultas est apud sc̄tōs ianitores c[eli] qa nisi cōicauerit ĩ paschate, & etiā i[n in]firmitate, si habuit opportunitatē, q[...] excusatur, clauditur sibi ianua. Cū di[cat] xp̄s, quia non recepisti me, nec ego r[eci]piam te. Amen dico tibi, non ĩtrabis h[...] Si autem communicauit, recipitur c[um] magno honore. De hoc aut̄. & ꝓphe[ta] Dauid, Exurgat deus & dissipentur ini[...]mici eius, & fugiant qui oderunt eum [a] facie eius. q̄tū ad primū. Sicut deficit f[u]mus, ita deficiant, sicut fluit cera a fa[cie] ignis, sic pereant peccatores a facie e[ius] quo ad secundum. Et iusti epulentur [&] exultent in conspectu dei, & delecte[n]tur in letitia. quo ad tertium. p̄s. lxvij. Erg[o] accipite & manducate, hoc est, &c.

Dn̄ica. ij. post trinitatem. Sermo.[...]

DOmine factū est ut im[...]perasti. Luce. xiiij. Sermo [...] erit de sancto euāgelio [...]ius dn̄ice, & habebim⁹ [...]tas bonas speculatiōes [...] In presēti sermone cogitaui tenere [...]dum edificatoris siue magistrorum d[...]mus. Qui primo ponunt fundament[um] firmum & forte, deinde superedi[ficant] edificium siue cameras ad quiescē[dum] ita intendo facere fundamentum firm[um] & forte, & quod ponam erit sanctū euāgelium firmius celo & terra. de quo xp̄[s] Celum & terra transibunt, uerba aute[m] mea non transibunt Lu. xxj. Quo po[sito] edificabo cameras. i. aliquas consolationes. Dicatur historia euangelij. De isto fundamento apostolus dicit. Fundame[n]tum aliud nemo potest ponere prete[r] [id] quod positum est, quod est Christus Iesus. Glo. i. fides Iesu xp̄i. j. ad Cor. iij. Su[per] hoc fundamentum uolo nunc edificare quatuor cameras, que sunt,

Largitas

largitas gloriosa.
Charitas gratiosa.
Equitas rigorosa.
Pietas copiosa.
Quibus edificatis potero dicere, Dñe factum est ut imperasti. Prima camera est largitas gloriosa. Ista edificatur in isto angulo fundamenti cum dicitur, Homo quidam fecit cenã magnam, & uocauit multos. Ista camera habet quatuor angulos secundum ꝙ quatuor sunt uidenda. Primo quis est iste homo, secũdo q̃ est ista cena, tertio q̃re dicit magnã, q̃rto q sunt uocati ad istã cenã. Quãtũ ad primũ, iste due dictiões, hõ qdã, signãt duas xp̃i substãtias. Quidã, q̃ est dictio ĩfinita, illumĩata signat xp̃i diuinitatẽ ĩdeterminatã, sine principio & fine fine infinitã. De q̃ uide sctm̃ Tho. j. par. q. vij. ar. j. Homo, que est dictio finita & determinata, signat Christi humanitatem finitã & determinatã. Cum ergo dicitur homo quidam. i. homo de⁹. De isto homine Hier. xvij. secũdũ interpretationẽ. lxx. Hõ est, & qs cognoscet? biblia nr̃a habet. Prauũ est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscet illud? De secũdo. Ista cena quam homo Christus parauit est gloria celestis, scd'm quod sancti doctores exponunt. Sed est hic questio quare dicitur cena & nõ prãdiũ? Rñdeo, quia datur in fine diei huius uite. Cũ dederit dilectis suis somnũ. Ecce hereditas dñi. inqt p̃s. cxxvj. De tertio dicitur magna, quia xp̃s suis seruitorib⁹ dat prandium debile, sed dat bonam cenam. Oppositum facit diabol⁹, qa illis q sibi seruiũt in pc̃tis dat bonũ prandium in hoc mundo q̃tum deus permittit. s. diuitias & honores, dignitates & officia, & delitias. Sed post dat eis malam cenã in inferno, ut patet de diuite epulone, qui quotidie epulabatur splendide, sed in inferno habuit & habet malam cenam, qa guttã aque quã petebat nõ obtinuit nec obtinebit unq̃. Sed xps in hoc mũdo dat suis seruitoribus debile prãdium, uult ꝙ abstineant a nimio' cibo, potu, dormitione, risu, & a multis delectationibus, honorib⁹, diuitijs, & ꝙ uiuãt in penitentia dicens, Penitẽtiã agite, sed in alio mũdo dat eis optimã cenã, ut patet de Lazaro mẽdico q habuit malũ prãdiũ hic. Sed de alio mũdo dicit euãgeliũ, Factũ est ut moreretur mẽdicus, & portaretur ab angelis in sinũ Abrae. Lu. xvj. Vbi comedit semper in mensa dei de eisdem escis. Beatus q mãducat panem in regno dei. Lu. xiiij. De quarto qui sunt uocati ad istam cenam, quia dicit ꝙ uocauit multos, sed non nominat eos. Dico ꝙ oẽs nationes mũdi uocate sunt. Primo Iudei p xp̃m, q personaliter descendit indutus carne humana & ibat de loco in locum inuitando Iudeos. Si dictũ fuisset sibi, Dñe quare uenistis? Rñdisset, ad inuitandum Iudeos &c. & miseri Iudei noluerunt uenire. Deinde per ap̃los inuitauit omnes nationes. Dauid, In omnem terram exiuit sonus eorũ, & in fi. &c. Etiã hodie inuitantur ab illis q p̃dicant, qa nuncij dei sunt ad inuitãdũ gẽtes & hoĩes. Ecce q̃re dicit, & uocauit m̃ltos tã p se q̃ p alios. Iõ dicebat xp̃s qñ inuitabat, Venite ad me oẽs q laboratis & onerati estis, & ego reficiã uos. Mat. xj. Moraliter xp̃s oẽs gẽtes inuitat dicens, Venite ad me oẽs, &c. Modo cogitate si in capite huius eccl̃ie esset un⁹ magnus dñs cum mẽsa parata, & de omnibus cibis ornata, & inuitaret uos dicens, Venite ad me omnes & ego reficiã uos. Ad aliã partem esset alius hõ cũ ense euaginato dicens, Venite ad me omnes & ego interficiã uos. Et ad aliam partem ali⁹ cum tacea ueneno plena di. Venite & ego ĩficiam uos. Ad quem iretis? nũqd ad primũ? qa stultus esset q ad alios iret. Isti quatuor nos inuitant. Qui tenet mensam paratã est xp̃s dicẽs, Venite ad me & ego reficiam uos. Alius econtra cũ ense pc̃ti est diabol⁹ dicẽs. Venite ad me &c. & ego occidã uos de isto gladio. Eccl̃i. xxj. Quasi romphea bis acuta omnis iniquitas. Terti⁹ est caro cũ potionibus mortiferis & uenenatis di. Venite ad me & ego inficiam uos. Inuitat enim ad luxuriam que uidetur dulcis, sed infra est uenenum peccati. Quartus est mundus di. Venite & ego decipiam uos,

recte ut piscator cũ esca auaricie coopit
hamũ usure &c. sunt & multi stulti q di-
misso xpo uadũt ad diabolũ. Alij ad car-
nẽ, ut luxuriosi. Alij ad mundũ, ut auari,
& pauci sunt qui uadũt ad xp̃m. Ideo a-
lijs dimissis uadam⁹ ad xp̃m dulciter nos
inuitantem. Duplici ẽm passu ueniemus
ad eũ. s. credendo & obediẽdo. Ecce pri-
ma camera edificata de largitate glorio-
sa, quiescatis hic. Secunda camera est de
charitate gratiosa, & edificatur sup hoc
fundamẽtũ, misit seruũ suũ hora cene di
cere ĩuitatis ut uenirẽt, qa iã parata sunt
oĩa. Quatuor angulos habet hec came-
ra, secundum qđ quatuor sunt uidẽda.

Primo quis est iste seruus.
Secundo que est hora cene.
Tertio quomodo parata sunt omnia.
Quarto quõ nos debemus preparare ad eundum.

De primo. Seruus qui mittitur est magi-
ster Vincentius. Dicatur de reuelatione
facta sibi a xp̃o &c. Vel seruus est qlibet
predicator tenens uitam apostolicã. De
qua Mat. xix. Ecce nos reliquimus oĩa &
secuti sum⁹ te. Qui istã uitã seruat, seru⁹
est xp̃i inuitans gẽtes ad cenã gl̃ie. Et po
test dicere, In ueritate misit me dñs ad
uos, ut loquerer in aurib⁹ uestris omnia
uerba hec. Hiere. xxvj. Gregorius in ho-
melia hodierna exposuit dicẽs, Nunci⁹
iste ordo p̃dicatorꝝ est. De secũdo. Hora
cene est finis huius mundi de ꝓpinquo.
Licet ẽm nesciantᷓ dies, hebdomada, mẽ
sis, uel annus determinate, tamen possu-
mus dicere, erit cito & multũ breuiter.
Nota ad hoc rationem euidentẽ de ho-
mine sene centum annorum uel pluriũ,
qui nõ habet mẽbrũ qđ non sit infirmũ,
nec caput nec manus &c. De tali nũquid
diceretis ꝙ cito & breuiter debet mori,
immo licet non possitis dicere, cras uel
post cras determinate. Ita est de mundo
sene & decrepito. Iam est ẽm in ultima
etate. Sicut etates hoĩs sunt septẽ. s. infã-
tia, pueritia, adolescẽtia, iuuẽt⁹, uirilitas,
senectus, & decrepitus. Ita etates mundi
sunt septem. Prima fuit infantia ab Adã
usq; ad Noe. Tunc enim nesciebant lo-
q de deo, erãt ignorãtes sine libris. Sc-
etas fuit pueritia. s. a puerilitate No-
q; ad Abraã. Tũc ẽm p diluuiũ purifica-
fuit mũd⁹. Tertia etas fuit adolescẽ-
Abraã usq; ad Moysen, qa tũc mũd⁹ inc-
pit crescere ĩ cognitionẽ dei ex reuela-
tionib⁹ p̃rarcharũ. Quarta etas fuit i-
tus a Moyse usq; ad Dauid. Tunc en-
data fuit lex populo secundum quã i-
perũt uiuere. Quinta etas fuit a Da
usq; ad transmigrationem Babyloni-
uirilitas. Tunc ẽm ipsi fuerunt fortes c-
tra idola &c. Sexta fuit senectus a tra-
migratione Babylonis usq; ad xp̃m, q-
iã tũc nõ habebat potestatẽ regiã. Sep-
ma est decrepitus a xp̃o usq; ad finẽ m-
di, intm̃ ꝙ iã tota deflectitur ad terra
Hec durauit iã p. M. cccc. &. xxviij. a-
nos & ultra. Item est infirm⁹ in omni-
membris suis. Membra sunt status mũ-
Caput est principale mẽbrũ ut stat⁹ pre-
latorũ, pape, cardinaliũ, patriarcharũ
archiepoꝝ &c. Totum est infirmũ, q-
iam uix inuenietis unũ bonũ prelatu-
uel sunt simoniaci, uel non intrant p-
portã, uel quãdo sunt int⁹ plus cur-
redditib⁹ quã de aĩab⁹. Scđ'ũ mẽbrũ e-
dñium tẽporale. s. imperatorũ, regũ, du-
cũ, etiã totũ est infirmũ. Itẽ aliud me-
est status religiosorũ, etiã infirmũ est i-
tm̃ qđ si bodie ueniret btũs Dñicus, uel
Franciscus, Bernard⁹, & Benedictus, &
non inuenirent religiones suas. Vbi c-
modo religiosus qui uiuit secũdũ regu-
lã quam uouit &c. Aliud mẽbrũ est -
tus clericorũ. Vbi inuenies clericũ q-
uote officiũ suũ surgendo ad matu-
psoluat, & dicat missam ex deuotiõe &
Aliud est status matrimonij, etiam i-
mũ est. Si ego dicerẽ, surgat si est ali-
qui non cognouerit unq̃ nisi uxorẽ
fortassis pauci surgerent. De mulier-
credo qđ sunt multe q̃ nõ sunt cog-
nisi a suis uiris, sed auisetis ne ego men-
tiar &c. Aliud est continentiũ, q ha-
oportunitatem orandi & penitẽtiã fac-
endi, sed etiam hoc mẽbrũ est infirmum
&c. Aliud est uirginũ, credo ꝙ sanum -
si tñ fuerit bene custoditum, quia al-
req

teq uenerunt ad matrimonium peperereunt aliquoties, & nonnulle piecerũt filios suos ad latrinam uel ad alia loca. Aliud est diuitũ, infirmũ est p usuram. Aliud est laboratorũ, & hoc infirmum est, quia non soluũt decimas nec primitias, nesciunt Pater noster, Aue Maria, sed solum sciunt coniurationes. Ergo iste mũdus senex & putridus est, & in omnibus membris suis infirm⁹. Cito & bene cito finietur. Ideo apostolus, Nos sumus in q̃s fines seculorũ deuenerunt. j. ad Cor. x. Item filioli mei nouissima hora est. j. Ioan. ij. De tertio. Iam parata sunt omnia necessaria ad redemptionem & glorificationem in ordinibus angelorum. Et quis parauit? Iesus Christus qui dixit, Vado parare uobis locũ. Et si abiero & preparauero uobis locum iterum uenio. s. ad iudiciũ, & accipiã uos ad meipsum, ut ubi sum ego, & uos sitis. Io. xiiij. De quarto restat ergo ut parem⁹ nos. Quia si rex esset hic, & inuitaret nos ad nuptias sui primogeniti, quilibet homo pararet se &c. Ita omnes sumus inuitati ad nuptias Christi. Ideo dimissis uestib⁹ peccatorũ, induamur uestibus uirtutum, dimittatur uestis uana de superbia, & induite uestẽ humilitatis. Et tu auare depone uestem auaritie turpem, & recipe uestẽ mĩe & liberalitatis. Luxuriosus deposita ueste luxuriosa luxurie, recipiat uestẽ albã castitatis. Inuid⁹ deposita ueste nigra de dolore, qa inuidia nõ est nisi tristitia & dolor de bono pximi, recipiat uestẽ amicitie & charitatis, qa uestis de dolore non est bona in nuptijs. Gulosus dimittat uestẽ crapulosam & humidã, & recipiat uestẽ abstinentie seu tẽperãtie. Iracundus dimittat uestem laceratã, & recipiat uestẽ pacis & bone uoluntatis. Acidiosus dimittat uestem acidie & negligentie, & recipiat uestem diligẽtie. Ex quo xp̃s parauit nobis omnia, paremus nos. Nam dicit dñs, Media nocte uenit sponsus, & que parate erant intrauerunt cum eo ad nuptias. Mat. xv. Tertia camera est de eqtate rigorosa q̃ tãgit ibi, Et ceperunt simul oẽs excusare, usq;, Iratus pater familias dixit, Nemo uirorũ illorũ qui uocati sunt gustabit cenã meã. Iste tres excusationes signant tria peccata mortalia. s. superbiam, auaritiam, & luxuriam, q̃ impediunt gustum cene celestis glorie &c. Primus excusat se dicens, Villam emi, & necesse habeo exire & uidere illã. Rogo te habe me excusatum. Ecce emptio uille signat peccatum superbie, quia uult esse dñs & habere regimen ppli, qualitercũq; nominetur supbia est. Quia ab initio deus fecit hominem bestiarum dñm dicẽs, Crescite & multiplicamini & replete terrã, & subijcite eam, & dñamini piscibus maris & uolatilibus celi, & uniuersis aĩantibus que mouentur sup terram. Geñ. j. Sed non dedit sibi dñim hominum, qa p naturam oẽs sumus equales. Iõ uelle hominibus dñari supbia est, que impedit ne supbus ueniat ad cenam paradisi. Nota similitudinem quã ponit Boethius de muribus, quia si unus se uellet eleuare & alijs dñari, uellet ab alijs sibi pedes osculari, & de his hõ rideret & truffaret. Ita est de illis qui se ingerunt ad dñium uel ad curã & regimẽ communitatis, uel ad prelationem, superbia est & damnatio. Multi sunt qui nesciũt regere seipsos, nec domum suam, & uolũt regere cõitatẽ, ac si ille q nescit regere barcã, uellet regere nauẽ, quale periculum esset. Ideo dicit scriptura, Interdum dñatur homo homini in malũ suũ. Eccl̃s. viij. Iõ ille excusando se dixit, uillã emi. &c. O attẽdite q̃ stultus fuit ille negociator, quia nondum uiderat uillam & iam soluit p̃cium. Ex ista ambitione dominandi multi damnantur, qa deberẽt fugere, & ipsi se ingerunt &c. Secundus excusando se dixit, Iuga boum emi quinq;, & eo pbare illa, rogo te habe me excusatũ. Ita erat stultus ut primus emendo qđ non uidit. Emptio boum signat peccatũ auaritie. Ratio, quia sicut bos arãdo mouet terram, sic & auari tractant terrena. Ideo auari semper loquuntur de terrenis, de nũdinis, non solum intra hebdomadam, sed etiam in diebus festiuis qñ dicit̃ missa. No. exẽplũ de diuite auaro, q moriẽdo

do ſemper dicebat tres ſolidos & dimidium &c. De iſtis dicit Dauid in perſona xp̄i, Proijcientes me nunc circundederunt me.ſ.in iudicio, oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. p̄s.xvj. Quinq; paria boū ſignant quinq; ſenſus corporales, q̄ paria ſunt duo oculi, due aures &c. Et auari iſta quinq; ponunt ſolū ad terrena, excuſant ſe a cōuiuio, & ex hoc impediuntur. Propter hoc dicebat xp̄s, Videte & cauete ab omni auaricia, quia non in abundantia cuiuſq; uita eius eſt ex his que poſsidet. Luc.xij. Nota. Caue te ab oī auaricia, ergo a rapina. hoc cōtra dominos ab uſura collocata, cōtra diuites, a furtis ſecretis etiā fructuū, a fraudibus emendo & uendendo, hoc tangit mercatores a retentione decime ſalariorū & bonorū, uel legatorum defunctorum. Ecce quare dicit, Cauete ab omni auaritia. Tertius excuſando ſe dixit, Vxorem duxi, & ideo non poſſum uenire. Duo primi dixerūt excuſando ſe, Rogo te habe me excuſatum. Sed ille allegat impoſſibilitatem di. Vxorem duxi &c. Ducere uxorem nō eſt peccatum ſi intentio ſit recta. Sed hodie tota intentio conſequenter uel principalis intentio eſt ad luxuriam. Sicut equus & mulus quibus nō eſt intellectus. Item quia modo uxores impediūt uiros ne poſsint ire ad cōuiuium paradiſi. Ab initio de⁹ formauit Adā ſolū ſine muliere, deinde dixit de⁹, Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Gene.ij. Sed ſi modo haberet creare uxorē, diceret de⁹, Bonum eſt eſſe hominē ſolum. Non faciamus ei deſtructorium ſimile ſibi. Antiquitus parum expendebant in nuptijs & in ueſtimentis, ſed cōſeruabant dotem &c. Ideo erat adiutorium uiro, ſed modo deſtructorium, quia ſi ipſa portat uiro quingentos florenos, amici eius dicunt, Vos habeatis tot ueſtes &c. intīn ꝙ illud quod uxor portat & uir habet, totum expenditur. Iō ſi uir eſt aduocatus procurat ſibi per falſas aduocationes, notari⁹ per falſas literas, ꝓcurator per falſas procurationes, ut poſſint bene uiuere. Item mulier tranſacto anno ſtatim petit tunicas nouas, nec permittit quieſcere uirum. Et pauper homo dicit intra ſe, Quid faciā, non poſſum uiuere cum iſto diabolo, facit ſe furē, ingerit ſe ad officia communitatis, ut perfectet pecunias ciuitatis uel communitatis. Ideo poteſt dicere, Vxorem duxi, ideo nō poſsū uenire. Nota de illis duobus iuuenibus, q dixerunt magiſtro Vincentio, ꝙ hac de cauſa nolebant ducere uxores, quia tenebant captiuas ſiue concubinas, dicendo ꝙ melius erat eis eſſe in uno pc̄tō mortali de ſimplici fornicatione, q̄ī multis, q̄a multa peccata occurrunt aliquando in matrimonio. Quod patet, Primo de ſuperbia, propter uana ornamenta uxoris, & etiam ipſorum uirorum conſequenter. Item de auaricia, ut ſufficeret ad uanitates. Itē de luxuria, q̄a quādo nolūt eis ꝓuidere de uanitatibus &c. recipiunt amatores alienos, & nolūt uiris ſuis reddere debitū dicēdo, O uos eſtis nimis luxurios⁹, oportet uos ire ad alias? Item de inuidia dicēdo, Nūq̄ fuiſtis dign⁹ ꝙ ego eſſem uxor ueſtra, oſſa patris mei triſtantur. Item de gula, quia multe uolunt bibere de mane. Item de ira, quia aliquoties uiri ueniunt triſtes de conſilio uel negocijs, & uxores q deberent eos conſolari faciunt turbationem &c. Idem de acidia, quia dicūt, Ego portaui tātū, ideo certe non intrabo coquinam, habeat ancillam uel captiuam. Ex iſta ratione quando xp̄s fuit interrogatus a Iudeis, Si licet homini dimittere uxorē ſuā quacūq; ex cā. Mat.xix. Rn̄dit ꝙ non, niſi ex fornicatione, q̄a tunc nō debet eam interficere, ſed ad domum patris remittere, niſi ipſe etiā fregerit fidē, quia ex hoc etiam ipſa p̄t uirum dimittere, uel tranſeat unum pro alio. Certe dixerunt diſcipuli, Si ita eſt cauſa hominis cum uxore, nō expedit nubere. Qui dixit illis, Non omnes capiunt uerbum iſtud, ſed quibus datum eſt. Ibidem, Sunt eunuchi qui caſtrauerunt ſeipſos propter regnum dei. Qui poteſt capere capiat &c. Mat.xix. Ecce qualiter iſta tria

pctá

pñ impediũt multos &c. Ideo dixit Ioannes, Omne quod est in mundo aut est concupiscentia carnis, ecce peccatum luxurie, aut cõcupiscẽtia oculorũ, ecce peccatum auaricie, aut superbia uite. j. Io. ij. Quarta camera est de pietate copiosa, q̃ edificatur in hoc quod dicitur, Pater familias dixit seruo suo, Exi cito &c. usq; impleatur dom⁹ mea. Nota quatuor cõditiones miserabilium personarum nominãtur. s. pauperes, debiles, ceci, & claudi. Et signant quatuor conditiones gentium que leuiter conuertuntur & saluãtur, de quibus dicit thema, Dñe factum est ut imperasti. Quia de talibus impletur dom⁹ paradisi. Primi sunt pauperes, qui in hoc mundo nõ hñt magnã substãtiã, & cũ patientia transeunt simplr̃, sperantes quod in alio mundo erunt diuites. Tales qñ uocantur. s. in una predicatione, statim ueniunt, parant se per contritionẽ, cõfessionẽ, & satisfactionem, iniuriarum remissionem. Secus de diuitibus qui habent hic magnas diuitias, delitias, & honores, tñ delectantur in prãdio huius uite, ꝙ obliuiscuntur prandiũ paradisi. Recte accidit eis ut falconi, q cũ esurit statim ad primam uocationẽ dñi uenit, sed si habet stomachũ plenũ, non curat uenire. Ita recte est de hominibus mundi. Pauperes statim ueniũt, sed diuites dicũt, Anno ueniẽti uadã, uel in quadragesima sequenti &c. Ideo indignatus dñs mittit sibi lapidẽ mortis, & ꝓijcitur in sterquilinio inferni. Ecce quare dicit, Voca pauperes. Audite fratres mei. Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide & heredes regni, qd' de⁹ repromisit diligentibus se? Iaco. ij. Item uoca debiles, quia tales libenter ueniũt ad deum, sani autẽ non curant de paradiso, sed de diuitijs, de luxuria &c. Sed qñ uenit infirmitas, una febris & dolor, conuertuntur ad deũ & confitentur &c. Itẽ de mulieribus que quando sunt in prosperitate non curant de deo. Sed quando uenit una perla ĩ oculo, uel fractio tibie, uel cancer &c. tunc non curant de uanitatibus, sed de ecclesia. De hoc Dauid, Multiplicate sunt ĩfirmitates eorũ, postea accelerauerunt. s. uenire ad eum. ps. xv. Itẽ uoca cecos. s. ignorantes & simplices sine malicia, quia tales uadunt ad paradisum, quia hodie quãto sunt doctiores, tãto sunt magis presumptuosi, quia scientia inflat, & alios reputant capras. Quando tales ueniunt ad sermones, dicunt intra se, Et quid dicit iste frater, & cũ spũ cõtradictionis ponũt obicẽ, & claudunt ianuã ne in eis intret radi⁹ claritatis diuine gratie. Simplices aũt qui nõ hñt oculos scientie acquisite nec presumptionis, sed deuote accedũt, tales leuiter ueniũt ad satisfactionẽ. Ideo legitur quod xp̃s curauit unũ cecũ a natiuitate, q statim fuit cõuersus. Pharisei autẽ exꝓbrabant xp̃o dicendo, Et unde est hic quod possit cecũ curare &c. Quibus dixit xp̃s, Ego in iudiciũ in hũc mũdũ ueni, ut qui nõ uidẽt uideãt, & qui uident ceci fiant. Pharisei aũt intelligentes ꝙ hoc diceret de ipsis, dixerũt xp̃o, Nũquid & nos ceci sumus? Dicit eis Iesus, Si ceci essetis non haberetis peccatũ, nũc uero, quia dicitis, uidemus, pctm̃ uestrũ manet. Io. ix. Quarto uocat claudos. Dicatur quid est claudicare. Recte incedũt illi, qui ex aliqua iniuria recipiunt tãtã indignationẽ ꝙ nolũt cõtẽtari nisi prius uindicauerit se, nec alias iniurias remittunt, imo stãt erecto collo. Tales nõ ad paradisum ascẽdũt, sed ad infernũ descẽdũt. Pr̃ meus celestis tradet uos tortoribus, si nõ dimiseritis unusquisq; fratri suo de cordibus uestris. Mat. xviij. Claud⁹ aũt & si ad modicũ & paruũ tp̃s stet rect⁹ & indignat⁹, tñ statim humiliatur ad remittẽdũ & pacificandum, quando dicitur sibi, propter deũ remittatis. De istis quatuor cõditionibus gentiũ ĩpletur dom⁹ paradisi. Dñe factũ est ut imperasti. Deo gratias.

De eadem dñica. Sermo. ij.

Villam emi, & necesse habeo exire & uidere illã. Luce. xiiij. In p̃senti sermone intendo declarare retributionẽ quã de⁹ facit in alio mũdo animab⁹ defũctorũ de gloria,

 uel

uel de pena ſecundum opera que in hoc mũdo fecerunt. Credo quod erit materia utilis, ſed pri⁹ ſalutetur uirgo Maria. Pro declaratione huius uerbi iuxta intellectũ allegoricũ ſciendũ ꝙ doctrina eſt in ſancta theologia cõis & uera, ꝙ deus in hoc mũdo nõ dat retributionẽ de bonis que facim⁹ nec punitionẽ de malis. Quod aũt boni nõ remunerẽtur in hoc mũdo ad oculũ patet, quia multi uiuunt ſãcte, q̃t religioſi, q̃t clerici, & quot laici q faciunt multa bona opera, & ſic moriuntur ꝙ in hoc mũdo nõ habuerũt retributionẽ. Ratio, quare non retribuuntur in hoc mũdo eſt, quia ſeruire deo in bonis operib⁹ eſt ſanctitas. iõ Leuit. xx. Sãctificamini & eſtote ſancti, qa ego ſanct⁹ ſum dñs deus ueſter. Cuſtodite precepta mea & facite ea, ego dñs qui ſanctifico uos. Bona autem huius mundi ſicut ſunt diuitie, honores, dignitates, ſanitates, ꝓſperitates, & hmõi, ſũt uanitates. Hoc determinat ſapiens Salomon dicens, Vidi cũcta que fiũt ſub ſole, & ecce uniuerſa uanitas & afflictio ſpũs. Eccl̃s. j. Cum ergo ſeruitiũ dei ſit ſanctitas, & bona hui⁹ mundi uanitas &c. nõ cõpetit nec pertinet ad deũ ꝓ ſanctitate dare uanitatem, pro auro dare lutũ. Iſta eſt rõ quare de⁹ nõ remunerat hic, quia bona huius mundi non ſufficiũt ad remunerãdũ bonos. Itẽ in hoc mũdo nõ puniunt̃ mali, immo uidetis magnos peccatores, uſurarios, homicidas, luxurioſos, qui non dolẽt de pc̃tis, nec cõfitẽtur, nec cõicãt, nec hñt fidẽ firmam in corde, & hõ uidet ꝙ habẽt multa bona, diuitias, honores, & ſic moriunt̃ ꝙ nullã habuerunt hic punitionẽ. Rõ eſt, qa oĩe pc̃tũ mortale factũ contra deũ eſt infinite grauitatis. ꝟbi gratia. Magnũ peccatũ eſſet percutere pauperem ruſticũ, ſed maius eſſet percutere ciuẽ, maius militẽ, maius baronẽ, mai⁹ comitẽ uel ducem, ſed grauius eſſet percutere regem uel papã, quia malũ ſeu peccatũ grauatur ſecundum dignitatem perſone. Cum ergo deus ſit infinite dignitatis & ueritatis, qa rex & papa, pater & creator omnium, ideo iniuria que fit cõtra eũ eſt infinite grauitatis. Cum ergo in hoc mundo nulla ſit pena infinite durationis, iõ expectat poſt hanc uitam in alio mundo punire malos rigoroſe. De hoc dicit ipſemet iudex, Filius hom[...] uẽturus eſt ſcilicet in iudicio, ad dandũ retributionem in gloria patris ſ[...] angelis ſuis, & tũc reddet unicuiq; ſe[cun]dũ opera eius. Mat. xvj. Bonis dabit g[lo]riam eternam, malis penã ꝑpetuã. O[pe]ra ergo bona uel mala que facimus [in] hoc mundo ſunt quaſi precium qu[o] emitur noſtra ſtatio, propter quod q[li]bet poteſt dicere thema, Villam emi, ſcilicet meis operibus, & neceſſe habeo ex[i]re, ſcilicet de hoc mundo per mortem, & uidere poſſeſsiue illã. Patet thema. Tres uillas inuenio in alio mundo ſecũdum ſanctam ſcripturam, in conditionibus multum diuerſas.

Prima eſt ſuperi⁹ celeſtialis & gl̃ioſa.

Secunda inferius infernalis & tenebroſa.

Tertia eſt in medio purgatorialis & doloroſa.

Quelibet iſtarum emitur operibus diuerſimode, unde emptor dicere poteſt, uillã emi &c. Quãtũ ad primã uillã, q̃e ſuperi⁹ celeſtialis & gl̃ioſa. Iſta eſt ĩ celo ita excellẽs ꝙ ſi ꝑ ĩpoſsibile hõ poſſet ꝑ feneſtrã ĩmittere caput & reſpicere eius pulchritudinẽ etiã corporalem, tanta eſt eius pulchritudo qd̃ etiã ſi non uideret deũ nec ſanctos, nollet comedere nec bibere. De qua dicit apoſtolus q eam u[idit] raptus, Oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, que preparauit deus his qui diligunt illũ, no[bis] autẽ reuelauit per ſpm̃ ſc̃t. ĩ. j. ad Cor. [ij.] Nota. Ocl̃s. ſ. philoſophorum non uidit. Philoſophi autem omnia uolunt uidere oculo intellectus per demonſtration[em] potiſsimã. Sed iſto modo nũq̃ potuerunt uidere niſi nouen celos quos ponunt, quia eorum ſcientia per motũ habet, ſed quia celũ decimũ. ſ. empyreũ eſt immobile, ideo ad ipſum nõ aſcenderunt. Nec auris. ſ. Iudeorũ audiuit, quia lex Iudeorum quam audierunt a Moyſe, ſolum [...]

qu[...]

gitur de isto mundo, promittendo so-lum terrena. Sed Christus debuit loqui de alio mundo & promissiones celestes facere. Nec in cor hominis Agareni ascē dit quanta & qualis sit gloria beatorum. Sed bene Machometus posuit in corde Agareni gloriam porcorū & asinorum, scilicet comedere & bibere & luxuriari. Sed nobis xpianis reuelauit deus incarnatus. De illa uilla immo potius ciuitate multa reuelauit deus Dauid, propter qđ dixit, Gloriosa dicta sūt de te ci. dei. ps. lxxxvj. Hec emit decē florenis. Iō si uultis esse boni mercatores, paretis uos ad emēdum ex quo habetur pro tam bono foro. Decē floreni sunt decem opera penitentialia, quia omnes sumus peccatores. Vel si uis dicere ꝙ decē floreni sunt decem precepta obseruanda, dicas secūdū qualitatem auditorū. Iuxta illud, Si uis ad uitam ingredi serua mandata &c. Mat. xix. Primus opus pnīe est peccatorū cognitio quando religiosus uel clericus redit ad se & cogitat uitā mālā quam tenuit & conterens dicit, O miser tot anni sunt ꝙ ego porto habitū & adhuc &c. Idē dicēdū est de clericis & laicis. Talis cognitio est q̄si unꝰ florenus in bursa cō scientie. Iō Dauid postq̄ cognouit pc̄tm̄ suum dixit, Amplius laua me ab iniquitate mea. ps. l. &c. Scd'm opꝰ pnīe est cordis cōtritio, sicut puer qui cecidit ī luto uidēs se immūdū plorat. Cor cōtritū & humiliatū deus non despicies. Tertium opus pnīe est ꝓpositum emēdandi. s. ꝓponere magis uelle mori quā redire ad peccata, & propositum recedendi & emēdādi a mala societate. De isto dicit xps, Vade. s. cū bono proposito, & iā amplius noli peccare. Ioā. viij. Quartū opꝰ pnīe est oris cōfessio, quia corruptio nō debet intus remanere, sed debemus eā cōprimere ut exeat qđ dolorosum est, ita mundatur & curatur aīa in confessione. Qui abscondit scelera sua non dirigetur, q aūt confitetur & reliquerit ea, misericordiā cōsequetur, &c. ꝓuer. xxviij. Quītū opꝰ pnīe est corporalis afflictio, castigando carnē que toties se facit peccare cū uirga pnīe. Augu. Carnē uestram domate ieiunijs & abstinētijs esce & potu, q̄tū ualetudo permittit. Sextū opus pnīe est spiritualis oratio, qa oratio corporalis. s. calciādo se, uel uestiēdo, modicum ualet, etiam mulieres ornando se orant, sed spiritualis est optima, cogitando ꝙ xp̄m uidetis iratum cōtra uos &c. Oportet semper orare & non deficere. Luc. xviij. Nota ibi pulchra semper. i. oī mane & sero. Septimum opus penitētie est debitorum restitutio. Respiciatis domū, taxiā, & bursam, si est ibi aliquid de male acquisitis bonis & alienis. s. de furto, usura, rapina, calūnia, de ecclesia, de mortuis, qa regula est iuristarū & etiam theologorum ꝙ nō dimittitur pc̄m̄ nisi restituatur ablatū. xiiij. q. vj. Si res, nullꝰ se decipiat dicēdo, Ego dimittā istam in testamento. O stulte credis ꝙ filius tuus diligat animā tuā plꝰ q̄ tu, si tibi non sufficit cor ad restituēdū, quō credis ꝙ filiꝰ tuus restituat, qui non recepit medietatem, forte nihil restituet, si ỽo faciat restitutionē, liberabit aīam suā, sed nō tuā de inferno, qa in uita tua nō habuisti ꝓpositū restituendi. Iō nō fuisti sine pc̄tō mortali. Octauum opus pnīe est fame reformatio, si aliquē diffamastis uel pc̄m̄ occultū publicastis, restituatis sibi famā apud illos apud quos diffamastis eum. Quia sicut fur qui furatur bona nō pōt saluari nisi restituat, sic nec qui furatur famā, imo magis furtū facit lingua quā manus. Melius est nomē bonū q̄ diuitie multe. Prouer. xxij. Iō Aug. Non pigeat ex ipso ore proferre medicamētū, unde facta sunt uulnera. Nonū opus pnīe est iniuriarū remissio. Si habetis inimicos parcatis eis bono corde, nō q̄ratis uindictā. Nec est melius remedium ad obtinēdū remissionē peccatorum apud deū q̄ remittere. Si remiseritis hominibus pc̄ta eorū, dimittet uobis pater uester celestis delicta uestra, si autē nō dimiseritis hominibus, nec pater uester dimittet uobis peccata uestra. Mat. vj. Decimū opꝰ pnīe est eucharistie cōio. Isto mō quādo uenietis ad portā paradisi portantes istos decē

decẽ florenos in bursa conscientie dicetur a xp̃o, Intra in gaudium dñi tui. Propter hoc dicebat xps, Penitẽtiã agite, que ĩ his decẽ cõsistit. Qui habet ista decem potest dicere, Villam emi scilicet ciuitatẽ paradisi. Quãtũ ad secũdã uillã q̃ est inferius infernalis & tenebrosa. Ista in corde terre cõsistit, plena est igne &c. ibi enim cruciantur dãnati. In omnib⁹ habet cõditiones cõtrarias prime ciuitati. Si uultis scire omnes eius cõditiones & dolores, ecce quid dicit deus, qui ut bonus & fidelis mercator, nolẽs aliquẽ decipere, ut faciũt multi mercatores, qui celant malas rei uendite conditiones, dicit clare cõditiones illius uille ꝑ os Iob, qui dicit illã esse tenebrosam & opertã mortis caligine, terrã miserie & tenebrarũ, ubi umbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat, Iob. x. Septẽ malas cõditiones illius uille enumerat. Prima quod est terra tenebrosa. Si dicatur, Et nunquid est ignis ibi? Imo, ergo claritas. Dico quod ille ignis est flamma in qua tamẽ omnes se uident & cognoscũt. Sed q̃a ille ignis nõ est clar⁹, iõ &c. Secũda conditio est qđ est terra operta mortis caligine. Hoc dicitur pro tanto, quia nõ uident deum, licet mõ uideant beatos, sed tamẽ ad maiorẽ penã eorũ, ut famelicus uidens mensam ornatã & nõ põt inde comedere, dolet & tristatur, & in eodẽ augmẽtatur dolor. Idẽ de dãnatis, quãdo uidẽt Paulũ q̃ fuit superb⁹ dicũt, Et quis est ille &c. Itẽ de beato Mattheo auaro, & de beata Magdalena que fuit luxuriosa. Tertia cõditio est, q̃a dicitur terra miserie, quia oẽ bonũ eis deficit, intantũ qđ nec guttã aque possunt habere. Vnde si omnia bona mũdi fierẽt ꝓ eis nõ haberẽt aliquod remediũ, imo augmentaretur eis dolor. Nota exẽplũ de captiuo cui mittitur ꝑciũ redẽptiõis & perditur, q̃ñ dolet. Quarta conditio est ꝙ est terra tenebrarũ, quia peccata dicũtur tenebre. Apostolus, Abijciam⁹ opera tenebrarum. ad Ro. xiij. Dãnati aũt semper sunt in penis & renegãt & maledicunt deũ, filius insurgit cõtra patrẽ dicens, O proditor, q̃a ꝓ te sum damnat⁹ & ecõtra, uir cõtra uxorẽ &c. Quinta cõditio tangitur cũ dicitur, ubi umbra mortis. Et hoc q̃tũ ad tormenta. Nã in hoc mũdo grauia tormenta occidunt hominem, & cõsequenter cessant, sed in inferno licet grauissima sint tormẽta, nõ dãt tamẽ eis mortem, quia immortales sũt. Iõ non dicitur mors, sed umbra mortis. Sexta cõditio est, ꝙ ibi nullus ordo est, sed cõfusio. Argumẽtũ in oppositũ. Nã dicit ap̃ls, Que a deo sunt, ordinata sunt, ad Ro. xiij. Cũ ergo infern⁹ sit opus dei, quomodo dicitur, ubi nullus ordo? Rñdeo ꝙ in inferno qđ est, a deo ordinatũ est, sicut sunt punitiones pc̃tõrũ q̃ fiunt a deo, sed in operibus dãnatorũ ibi nullus ordo est. Imo quanto amores fuerũt maiores hic, tanto mai⁹ inter eos ibi erit odiũ. Filius non est ordinatus erga patrẽ ipsum honorando, sed uituperando &c. Septima cõditio tangitur ibi cũ dicitur, sempiternus horor inhabitat. i. eterna pena de horribili uisione demonũ. Nota hic miraculũ de illo homĩe cui apparuit demõ in horribili figura, qui cecidit quasi mortuus. Cum autem fuit ad se reuersus, interrogatus quid uidisset, Rñdit cũ demonẽ in tali figura, & ꝙ citius uellet transire per furnũ calidũ spacij uni⁹ leuce, q̃ iterũ uidere illã figurã. De ista maledicta ciuitate dicit Ioannes, Ve ue ciuitas illa magna Babylõ, ciuitas illa fortis, quoniam una hora uenit iudiciũ tuum. Et negociatores terre flebũt & lugebũt sup illam. Apoc. xviij. Nota ue, q̃tum ad aĩas que sunt iam ibi, & ue q̃tum ad corpora post iudiciũ. Ciuitas illa Babylonis. i. confusionis. magna, quia magne p̃sone in dignitatibus, diuitijs, & honoribus uadunt illuc, quia ciuitas celestis pauperibus populatur & repletur. Itẽ iterũ magna, quia in die iudicij tot erũt dãnati, ꝙ cõparatiue loquẽdo pauci erũt beati. Iuxta illđ M̃ti sunt uocati, pauci uero electi. Mat. xxij. Ista mala uilla emit septẽ solidis. i. septem pc̃tĩs capitalib⁹, & multi emũt illã, licet de⁹ eis dixerit malas conditiones hui⁹ uille. Iõ auisetis uos, ne .. stud

sed peccatū portetis &c. Primus solid⁹ quo emitur est superbia siue proteruia, quia non uult subijci nec obedire uolūtati dei, ut discipulus magistro, ignorās sapienti. Ex hoc sequitur presumptio, uana gloria, propter hoc dicit deus per os Tobie, Superbiā nunq̄ in tuo sensu aut in tuo ỽbo dñari permittas In ipsa enim initiū sumpsit omnis perditio. Tob. iiij. Secundus est auaritia acquirendo bona terrena iniuste per usuras, & rapinas, furta &c. Ideo xp̄s, Cauete ab omni auaritia. Luc. xij. Tertius est luxuria. In duob⁹ ỽbis dicam uobis quid est. Vir cum uxore sua si seruat modū non est luxuria, nec faciunt luxuriam ꝙ sit pc̄tm̄ mortale. Sed aliter quōcūq; uelis delectationem per illas partes, luxuria est & damnatio. Ideo dicit scriptura, Abstineatis uos a fornicatione ut sciat unusquisq; uestrū uas suū possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij, sicut & gētes que ignorant deū. j. ad Thessal. iiij. Quartus est inuidia. s. dolere & tristari de bono alterius. Mala moneta est. Deponētes igitur oēm maliciam & oēm dolū, & simulationes & inuidias & oēs detractiones, sicut mō geniti infātes. j. Pet. ij. Quītus est gula, frangere ieiunia ecclesie comedendo & bibendo excessiue. Iō dicit xp̄s, Attendite uobis ne forte grauētur corda uestra in crapula & ebrietate. Lu. xxj. Sextus ira, rācor, mala uolūtas, desiderium uindicte. Sol non occidat super iracundia uestra. ad Eph. iiij. Septim⁹ est acidia, q̄ nulli nocet nisi uobis dimittēdo bona q̄ tenemini facere, ut orōnem, missam, cōfessionem in quadragesima, & cōionē in paschate. Ex ista mala moneta acquiritur uilla inferni. iō dicit scriptura, Ne acquiratis perditionem in operibus manuum uestrarum. Qm̄ deus non fecit mortē, nec letatur in perditione uiuorū. Sap. j. Qui stat in his peccatis, & nō uult conuerti nec facere pn̄iam, pōt dicere, uillā scilicet infernalem emi. Quātū ad tertiā uillam q̄ est in medio, purgatorialis & dolorosa est, sed non est tenebrosa, quia eius habitatores hn̄t claritatē grē dei, nec gloriosa, quia nō uident deū, sed est dolorosa, quia ibi est ignis, scilicet flamma pura q̄ ỽtute dei cruciat animas purgandorū. Non sunt ibi demones, sed tant⁹ est ibi dolor ꝙ dicunt doctores sancti, ꝙ nulla pena huius mundi pōt cōparari pene minime purgatorij. Intm̄ ꝙ si deus poneret unam animam de illis de purgatorio in furno calcis uel uitri igniti reputaret hoc ad gratiam, qa non haberet tantā penā. Si dicatur, q̄ est ratio ꝙ tāta sit pena. Rn̄deo, quia ibi est uiolenta & non uoluntaria pn̄ia. Que fit in hoc mūdo est uolūtaria, & de modica penitentia in isto mūdo de⁹ cōtentatur. Sed qui non facit hic uoluntarie, faciet in purgatorio coacte. Nota similitudinē de patre qui corrigit duos filios, & unus humilr̄ & uolūtarie uenit ad prēm, quo facto promittens decetero emendationē, pater statim dimittit uirgā, cōtentus de humilitate filij. Sed alius filius recalcitrat & cōtradicit patri, ideo fortiter uerberatur. Ita q̄ in hoc mundo humiliat̄ ad pn̄iam, deus est contentus. Qui autē nō uult facere hic pn̄iam, fortiter post istam uitam punietur in purgatorio. Penitentiam soluet clamando & plangendo dicens, Heu mihi, quia incolat⁹ me⁹, id est habitatio, prolongatus est, habitaui cum habitātibus Cedar. s. in tristitia uel tribulatione, multum incola. i. inhabitata fuit aīa mea. p̄. cxix. Ista uilla emitur non florenis nec solidis, sed tribus denarijs minutis, quia solū peccatis uenialibus emitur. Decedens enim in peccato mortali, descendit ad infernū & damnat⁹ est. Nota tria gn̄a pc̄tōrum uenialium. De istis tribus differentijs peccatorū uenialium dicit apostol⁹, Si quis edificauerit super fundamentum hoc. s. fidei, quia nec Iudei nec Agareni intrant ibi, ligna, fenū, stipulā, detrimentum patietur, ipse autē saluus erit, sic tamen quasi per ignem. ij. ad Cor. iij. Nota ligna, fenū, stipulā, hec tria significant tria peccata uenialia predicta. Lignum quod difficili⁹ cōburitur q̄ fenum, significat peccata uenialia maiora, quia pro talibus multū stant in purgato

gatorio. Fenũ qđ citius cõburitur signi-
cat peccata uenialia mediocria. Stipula.
i. palea significat peccata uenialia mini-
ma, de quibus statim purgantur & purifi
cãtur transeundo per purgatoriũ. Respi-
ciatis ergo bursam conscientie, & uidea-
tis qualem monetam portetis, ut possi-
tis dicere, Villam emi scilicet paradisi,
non inferni nec purgatorij. Auisetis uos
&c. Deo gratias.

De eadem domnica. Sermo tertius.

FEcit cenã magnã & uo
cauit multos. Luc. xiiij.
In isto sermone iuxta ma-
teriam quam tãgit thema
propositum uolo declara-
re modos quos deus tenet uocãdo pec-
catores ad se & ad bonam uitam, & fina-
liter ad gloriam. Credo quod erit bona
materia deo acceptabilis & gratiosa, &
nobis utilis & proficua, sed prius salute-
tur uirgo Maria. Fecit xp̃s cenã magnã,
& loquitur de gloria celesti, & uocauit
multos. Sumitur hic multos pro uniuer-
salitate, quia omnes uocati sumus ex par
te dei. Ideo si non uadamꝰ illuc, defectꝰ
est ex parte nostra. Inueni in sacra scri-
ptura quatuor modos quos tenet Chri-
stus uocando peccatores ad se, scilicet,

Per signum certum.
Per uerbum uiuum.
Per nuncium uerum.
Per scriptum clarum.

Omnes qui sunt in paradiso uel erunt,
sunt uocati aliquo istorum modorũ. Iõ
dicit thema, Fecit cenam magnã &c. Di-
co primo ꝙ deus uocat multas personas
ad gratiam suam & bonam uitam, & fi-
naliter ad eternam gloriam per signum
certum. A simili, sicut quando pulsantur
campane hora misse est signum ut gẽtes
ueniant ad missã, uel pulsatio tube apud
magnos dominos est signum certũ uo-
cãdi milites & scutiferos ad prandiũ, uel
pulsatio ad ianuam est signum certũ sue
uocationis. Ita quãdo deus pulsat ad por
tam cordis tui uel illius, signum est ꝙ uo
cat te ut uadas ad eum. O dicet aliquis,
Nunq̃ ego audiui ipsum uocantem, ue
pulsantem, imo uidet ꝙ nõ diligit me
Dicatis, nunquid uos sensistis quando
in corde uestro compũctiones dic...
quare non redis ad deum? tot anni ...
ꝙ uiuis in mala uita uel in mala uol...
te, non fuisti confessus, uiuis in luxu...
& auaritia, O miser quid erit de te ...
debitis ꝙ sic. Certe isto modo deus pul-
sat ad cor dando cõmonitiones & cõpũ-
ctiones & remorsum cõsciẽtie. Cũ ...
tis istos ictus, quia isto modo nullus p...
tangere cor nisi deus, est signũ ꝙ uoca-
mini ab eo. Autoritas. Ecce ego sto ad o-
stiũ & pulso, si quis audierit uocem me-
& aperuerit mihi ianuam, introibo a...
lũ, & cenabo cum illo & ipse mecũ. A...
ca. iij. Nota dicit xp̃s, Ecce sto ad ost...
s. cordis, & pulso. s. dãdo compũctione...
Quando dicit peccator, O miser, si m...
do in tali statu morior, quid erit de a...
ma mea &c. tũc xp̃s pulsat. Si quis audie-
rit uocem meam. Eius uox auditur qua-
do in illis compunctionibus homo rec...
pit bonũ ꝓpositũ cõfitẽdi, remittẽdi, re-
stituendi, & uoluntatem firmã decetero
cauendi a peccatis. Ianua sibi aperitur u
cõfessione, tũc eñ mundatur camera c...
scientie. Et introibo ad illũ. s. in commu-
nione, quia in hostia consecrata est xp̃s
ita uere & realiter ut est in celo. Et cena-
bo cũ illo. s. per gratiã, & ipse mecũ. s. in
fine per gloriam. De ista uocatione dice-
bat Esaias, Vocabit dñs deus exercituum
in die illa. s. cõuersionis pc̃tores ad cõpũ-
ctionẽ, ad fletũ & ad plãctũ. Esa. xxij. Fe-
cit cenã magnã &c. Dico secundo ꝙ uo-
cat per uerbũ uiuũ, ac si ego uerbo uiuo
uocarẽ Petrũ &c. Isto mõ deꝰ uocat nos
in predicatione euangelica, q̃a uerbũ p-
dicatoris bonã doctrinã predicantis, uer-
bũ dei magis est q̃ predicatoris. Sicut ...
nus fistule potius est sonãtis q̃ fistule, q
de se nescit facere sonũ. Sic p̃dicator nõ
est nisi fistula q̃ a spiritusancto mouetur.
Non enim uos estis qui loquimini, sed
spũs patris uestri qui loquitur in uobis,
dixit xp̃s predicatoribus Mat. x. Patet cla-
re ꝙ uerbũ p̃dicatorum est uerbũ ...

di, qñ ergo ꝑdicator ꝑdicat, tunc deus nos uocat ỽbo suo uiuo. Seruũ meũ uocaui & nõ rñdit mihi, ore ꝓprio deprecabar illum. Iob. xix. ideo qñ uos auditis unam bonam predicationẽ in qua predicatur, monet nos ut dimissis peccatis redeatis ad bonam uitam statim uos debetis dicere, O deus uocat me, uolo cõuerti & ire ad eũ. Sed multis accidit ut Samueli puero innocenti, humili, & deuoto. Quem Heli, q̄ erat ut papa apud nos, faciebat dormire coram arca dei. Et de nocte deus uocauit eum dicens Samuel, qui surgens cucurrit ad Heli dicẽs, Ecce ego, uocasti eñ me &c. Qui dixit non uocaui te. Reuertere & dormi. j. Reg. iij. Cum autem iterum secũdo, & tertio uocaretur a deo semper ibat ad Heli, Intellexit autẽ Heli ꝙ dñs uocaret puerꝝ &c. Nota historiã q̃tũ facit ad propositum. Ita accidit multis qui uocantur a deo, & ipsi uadunt ad Heli. Heli eñ interpretatur. s. fortis, ascendẽs, deꝰ meus. Quãdo iuuenes uocantur a deo, ipsi uadunt ad Heli dicendo. Modo ego sum iuuenis & fortis, sed quando ero senex, tũc ego faciam pñiam. Vos uaditis ad Heli. s. ad fortem confidẽtes de iuuentute, fortitudine &c. cũ tñ non sitis certi an hodie uel cras moriemini. Quando dicitur religioso iuueni, O quare non seruatis regulã & cerimonias &c. Rñdet, modo sum iuuenis, sed qñ ero senex &c. qñ non poterit seruare. Idẽ de clericis & laicis & mulieribus. Pauci iuuenes sunt qui uadunt ad deũ, qñ uocantur uadũt ad Heli, hoc est ad fortẽ, q̄a cõfidunt de sua iuuẽtute & fortitudine, & frequẽter iuuenes im prouise moriuntur, & sic uadunt ad infernum. Quãdo sunt infirmi dicunt sui, Non dicatis sibi ꝙ cõfiteatur, q̄a posset terreri ꝙ &c. sed quando medicꝰ dicit, factũ est faciatis ipsum confiteri, q̄a mortuus est. Non fiet ita dicit diabolus. Qñ uenit confessor facit ipsum dormire. Et dicunt sui cõfessori, Pater mõ dormit, tñ redeatis in sero, & tũc diabolꝰ facit ipm sudare, & dicitur confessori, O p̄r redeatis cras de mane, quia modo sudat. Et in crastinũ quãdo confessor uenit querens de eius statu dicũt, Pater in media nocte mortuꝰ est. Ideo confiteri statim debetis, & nõ confidatis de fortitudine. Ideo Dauid, Fortitudinem meam ad te custodiã &c. Alij uadunt ad Heli secundũ qđ interpretatur ascendens, appetẽtes ascẽsum, munditatẽ in honoribus, dignitatibus, diuitijs &c. Quando uocantur a deo ipsi uadunt ad Heli. Verbi gratia. Deus uocauit religiosum ĩ statu religionis, sed ipse quid facit, uult ascendere, uadit ad studium ut ascendat ad magisteriũ, epatum &c. Idem de clerico qui ponit se in domo magni domini &c. Idem de illis qui per usuram uolunt ascendere ad magnas diuitias, omnes uadũt ad Heli &c. Alij uadũt ad Heli sc̄d'm tertiã interpretationem, scilicet deus meus, ut sunt illi qui stulte confidũt de misericordia dei, q̄a sine penitentia confidere de dei misericordia stultitia est dicẽdo, Quare xp̄s fecit tãtã pñiam? non pro se, sed pro me, & cum ista confidentia uana uadunt ad infernum. Licitum est confidere de deo q̃tũcũq; homo sit peccator, si homo uult penitere, sed qui non uult penitere, scilicet nec restituere nec iniurias remittere, talis nõ debet cõfidere de dei mĩa, q̄a stultitia esset. Ecce q̄d dicit scrip. Ne dicas, Miseratio dñi magna est, multitudinis peccatorũ meorũ miserabitur. Misericordia eñ & ira ab illo cito proximãt. Eccl̄i. v. De nullo legitur nisi de latrone ꝙ haberet malam uitam & bonũ finẽ. Iõ faciamꝰ ut Samuel fecit quarta uice qñ fuit a deo uocatus dixit, Loquere dñe, q̄a audit seruus tuus faciendo quod precipis. Et talis potest dicere cum sãcto Iob, Vocabis me & ego respondebo tibi, nõ Heli sed tibi, & operi manuum tuarum porriges dextram. Iob. xiiij. Dico tertio ꝙ deus uocat per nuncium uerum, ut iudex q̄ non uocat p̄ signũ, nec ỽbo uiuo, sed p̄ nũciũ. i. ꝑconẽ quẽ mittit, ita iudex nr̄ & rex xp̄s per nũcios curie sue uocat multos, nũcij sunt infirmitates, dolores, aduersitates, febres, senectus, & hm̃oi. Misit ancillas suas ut uocarent ad arcẽ. s. alti-

ſ.altitudinẽ glorie,& ad menia ciuitatis. Prouer.ix. Sed quare dicit ancillas & nõ nũcios,qa nullus iudex uocat ꝑ ancillas ſed per nuncios. Rñdeo ad innuendum ꝙ infirmitates ſunt ancille quibus deus uocat. Qui ergo habet febrẽ uel aliã infirmitatẽ,citatus eſt. Ideo paretis uos, qa nonnulli ſic uocati remanẽt cõtumaces, ideo trahuntur uehementer cõdẽnandi. Nota exemplum de illo diuite cui premiſsi fuerunt tres nuncij per angelum ſuum ante mortem ſuã,qui uolebat habere malam uitam & bonũ finem &c. Iõ auiſetis uos ne ita cõtingat uobis. De ta lib⁹ dicit Salomõ in ꝑſona xp̃i, Quia uocaui, & renuiſtis, ego q̊q; in ĩteritu ur̃o ridebo,& ſubſannabo,cũ uobis id quod timebatis, aduenerit. Prouer.j. Iõ ſemp debet eſſe homo paratus. Nullus qui habet.l.uel.lx. annos uite põt allegare preoccupationem mortis. Dico quarto, ꝙ uocat nos deus per ſcriptũ clarũ. Et non ſunt plures modi uocationis. Iſto modo quando rex uult facere nuptias de ſuo primogenito ſolet uocare per ſcripturã nobiles ſuos, & qlibet ornat & parat ſe. Sic uocat de⁹ ad nuptias filij ſui Ieſu xp̃i. Sponſa eſt humanitas,quam in hoc mundo deſponſauit & in celo fiũt nuptie. Simile eſt regnũ celorũ homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo. Mat.xxij. Et miſit binas literas omnibus nobis uocãdo ad dictas nuptias. Iſte bine litere ſunt uetus & nouũ teſtm̃, qđ ſummarie nihil aliud cõtinet niſi ut nos uadamus ad cõuiuiũ nuptiarũ filij dei. Ideo apl̃s, Quecunq; ſcripta ſunt,ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. ad Ro.xv. Omnes gloſe & poſtille tenduntad hoc,ut paremus nos ad eundũ. Vel ſi dicatur ſic, Scripturis uocatur diuinitus. Ideo beati qui ad cenã nuptiarũ anni uocati ſunt. Apoc.xix. Sed falco ſaturatus nõ curat uenire ad dñm uocantem,licet nutu capitis uideatur aſſentire. Et tandẽ dñs iratus lapide uel ſagitta interficit eum. Ita multi diuites faciũt & ſubito moriuntur. Ideo xp̃s, Dico uobis quod nemo uirorum illorum q uocati ſunt, guſtabit cenam meã. Luc.xiiij.

&c. Sed accidit multis ut pullo,quia gallina que habet multos pullos quando [u]det miluũ,ſtatĩ uocat ad ſe pullos & cooperit ſub alis. Sed aliquando miſer pull⁹ non curat uenire,ſed uagatur per unam ſpicam uel granũ & uenit miluus & tollit eũ ſecũ. Ita accidit multis. Xp̃s uocat ſe gallinã habens pullos. Autoritas. Quoties uolui congregare filios tuos,quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas,& noluiſti. Mat.xxiij. Et loquitur Chriſtus eccleſie dicens,quoties, multoties uolui &c. Et noluiſti.ſ.per malos p̃latos uel malos xp̃ianos,qui prohibent & impediunt bonos,uel malo exemplo uel deriſionibus, & eis occupatis circa ſpicã uanitatis,uenit miluus.i.diabolus, & ducit ſecum aĩam. Verbi gr̃a. Quando religioſus occupatur circa ſpinã honoris uel dignitatis,ut aſcendat, non curat uenire ad Chriſtum uocantem, & interim uenit mors &c. Idẽ de clerico. Idẽ de laico occupato in bonis temporalibus ideo dicit Chriſtus, Dico uobis qđ nemo uirorum illorum &c.

De eadem dñica. Sermo .iiij.

COmpelle intrare ut impleatur dom⁹ mea. Luc. xiiij. Thema dat mihi motiuũ declarandi quot ſunt modi intrandi paradiſum & qui ſunt. Materia erit deo acceptabilis & gratioſa,& nobis utilis & proficua. Salutetur prius uirgo Maria &c. Pro huius uerbi declaratione & materie predicande introductione ſciendum ꝙ deus habet iſtam magnificentiam & excellentiam inter alios, quod omne op⁹ ꝑ eum inceptum ducit ad perfectionem ſecundum finem quem intẽdit, & nihil dimittit imperfectum. Triplici enim ratione op⁹ inceptum dimittitur imperfectum. uel ex defectu potentie,ex defectu ſcientie,& ex defectu cõſtãtie. De primo multi incipiunt edificare magna edificia,qui poſt inceptionem dimittunt opus imperfectum ex defectu potentie pecunie &c. quia quando inceperunt non uidebant periculũ uel dãnũ. Alij dimittũt imperfectum

fectum opus non ex defectu potentie, sed scietie, quia quādo inceperūt, nō ui debāt periculū uel dānū quod sequitur, sed in persecutione operis uidēt mala q̄ pōt sequi, & dimittūt. Alij autē dimittūt op⁹ imperfectū nō ex defectu potentie, nec scientie, sed cōstātie, habēt eīm intellectū flexibilē ad instar galline super cāpanile. Sed isti in deo non habēt locum, nō est in eo defect⁹ potētie, nec sciētie, q̄a omnia nuda & aperta sunt oculis ei⁹. ad Heb. iiij. nec cōstātie, quia immutabilis. Ideo habem⁹ dicere ꝙ quicquid de⁹ incipit etiā pficit. Autoritas. Date magnificētiā deo nostro, dei perfecta sunt opera, & omnes uie ei⁹ iudicia &c. Deuter. xxxij. De⁹ a principio mūdi incepit unā rē mirabilē quādo in celo creauit tot angelos, quot erāt cathedre siue grad⁹ glorie, ut inhabitarentur a creaturis intellectualibus. Sed magna pars angelorū peccauit Lucifero cōsentiendo, qui uoluit deo equiparari, propter quod deus eiecit eos de celo dicens, Non habitabit in medio domus mee qui facit superbiam. Michael aūt ex dei precepto fecit executionē, & cathedre remāserunt uacue. Ne ergo opus dei remaneret imperfectū in celo: quia si in creaturis corruptibilib⁹ nō dimittit aliquid imperfectū, multo minus in incorruptibilibus creaturis, ꝓpter hoc creauit genus humanū ad supplendū & cōplēdū & reparandū defectū angelorū. Istā rationem assignat magister senten. in ij. dist. j. Et quia sunt multi qui nolunt ire, licet nō dicāt ore, ostendūt & dicūt tamē opere male uiuendo. Ideo quid facit xp̄s? dicit Michaeli principi ecclesie, Compelle intrare ut ipleat domus mea. Videtur ergo ꝙ multi uiolēter uadunt ad gloriam. Nota tres modos quibus homines uadunt ad celum.

Aliqui uadunt currendo uigorose.
Aliqui uadunt ambulando spaciose.
Aliqui uadunt tracti rigorose.

De his loquitur thema, Compelle intrare &c. Dico primo ꝙ aliqui uadūt ad paradisum currendo festinanter. Currere eīn est magnos passus festinanter facere. qđ includit duo. s. facere magnos passus, secundo ꝙ fiant uelociter, aſr non esset currens. Currendo igitur uadit ad paradisum, qui facit magna opera. s. magnas orationes, ieiunia, eleemosynas, audit missas, sermones &c. q̄to opera sunt maiora, tanto sunt passus maiores. Oportet nō solum magna opera facere & currere, sed quādo bona opera sunt magna & multa, & quando fiunt cū ardore sp̄us & feruore & diligentia, tunc talis currit festinanter ad paradisum. Apostolus, Festinem⁹ ergo ingredi in illam requiem. ad Heb. iiij. Currēdo ergo & festinanter uadit ad paradisum persona que non solum seruat penitentiam sibi iniunctam a confessore, sed adhuc addit, & non solū in dñica audit missam completam & deuote cum silentio, sed quolibet die. Nō solum confitetur semel in anno, sed quolibet mense. Idem de communione. Nō solum seruat ieiunia ecclesie, sed adhuc plus facit, nō solū restituit, sed immo de suo dat eleemosynas. Talis pōt dicere cum Dauid qui fortiter currebat, Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. ps. cxviij. Quando talis moritur, anima statim euolat ad celum, cum tamen sint tot diete. Propter hoc sacra scriptura monens nos ad currendū festinanter dicit, Deponentes omne pōdus & circumstās nos peccatum, per penitentiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in autorem fidei & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem &c. ad Heb. xij. No. hic secreta moralia, deponentes omne pōdus. Cursor qui uult brauium siue signum obtinere, deponit omne pondus. Ita ille qui currit ad celū, si uult lucrari iocale glorie, oportet ꝙ deponat pondus peccatorū quod multum aggrauat animam. Dauid, Q̄m iniqtates mee supergresse sunt &c. ps. xxxvij. Secundo & circunstans nos pct̄m. s. auaritie, ante & retro a dextris, & a sinistris. Quod peccatū deponēdū est scd'm quatuor modos restitutionis ad ꝓximum. Ante debet fieri restitutio, quādo usura

cuiusuis sit generis uel spẽi est notoria & clara. Retro quando est colorata, sicut illa que sunt retro nõ bene uidẽtur. Sic quando dicit diuiti, Mihi tm̃ pstabitis, & ego quolibet anno reddã uobis tm̃ census. Ecce hic usura colorata. Cẽsualia sũt bona cũ duab⁹ cõditionibus. s. ꝙ sit uera & realis emptio & uẽditio. & ꝙ preciũ sit iustũ, potestis habere sine peccato. A dextris est restitutio, q̃ debet fieri per laboratores, q fraudulẽter cõplẽt dietam & iornale, & petũt tm̃ salariũ, qa sicut dominus damnaretur nisi solueret salariũ, ita damnatur qui recipit salarium & nõ facit iornale completum, uadunt tarde & ueniunt ante tempus completum ut dormiãt &c. A sinistris est restitutio que debet fieri de fama &c. si aliquem diffamastis, qa nũq̃ intrabitis paradisum nisi reuocetis. Ecce quare dicit circunstans nos peccatum tenens fortiter, qa nullus restituit. Tertio per patiẽtiam curram⁹, quia talis est hodie mund⁹, ꝙ homines mũdani deridẽt illos qui currũt ad paradisum festinãter, aspiciẽtes Iesum qui in cruce habuit infinitã patiẽtiã ad iniurias sibi dictas. Ideo apostolus, Sic currite ut cõprehendatis. j. Cor. ix. Dico secundo ꝙ aliqui uadunt ad paradisum eũdo spaciose, sicut sunt persone mũdane q̃ nõ fecerũt amplius nisi q̃tũ obligant ex preceptis dei, qa aĩs nisi seruarẽt dei precepta modo nõ irent ad paradisum secundum regulam xpi, Si uis ad uitam ingredi serua mandata dei. Mar. xix. Tales multum tardant in uia, quia nihil amplius faciũt. Verbi grã. Si dicatur alicui de talibus in aliquo die feriali, s. uadamus ad missam, Rñdet, non faciã, qa nõ obligor nisi in die festo. Idem de ieiunio in sexta feria, non obligor nisi ad ieiunia ecclesie, solũ confitentur semel in anno, & cõicãt, seruãt pñiam datã a cõfessore, & nihl plus. soluũt bñ decimas & primitias & salariũ seruiẽtib⁹, sed nõ curant facere magnas eleemosynas. Tales finaliter ibũt ad paradisum, sed tardabunt in uia. Et pñt dicere xpo ꝟbum qđ dixit Iacob Esau fratri suo, Precedat dñs me⁹ ante seruũ suũ, & ego sequar paulatĩ uestigia ei⁹. Ge. xxxiij. Nimio cõstabit hmõi mor... quando in penis purgatorij habe... expectare introitũ paradisi. Nos mo... nescimus que pena est nõ uidere de... qa nõ cõpetit nobis in hac uita ipsu... dere. Auto. Non uidebit me homo... uet. Exo. xxxiij. Sed animabus sepa... quibus competit uidere deum, est ma... ma pena, qñ non uident eum, maior... set mihi uel tibi si subito perderem... sum. Itẽ quia illa pena ignis purga... est maior pena q̃ aliqua pena huius m... di. No. hic de illo homine q habeba... gnos dolores, desiderabat mori ut li... raretur ab illis doloribus. Cui appa... angelus dans sibi optionem, uel q... tribus dieb⁹ in purgatorio ad purga... uel per tres annos haberet illam inf... tatem &c. Ideo apostolus, Videte ... fratres quõ caute ambuletis, nõ qua... sipientes, sed ut sapientes redimẽte... penitentiam tps, qñ dies mali sunt... purgatorio. ad Eph. v. Dico tertio ꝙ ... uadũt ad paradisum tracti rigoros... non auderem dicere nisi qa xps dicit... chaeli, Compelle intrare &c. Non inte... ligatis ꝙ ista uiolẽtia fiat libero arbit... quia nõ põt cogi, sed ista uiolẽtia fit c... pori per infirmitates, dolores, pauper... tes, & tribulationes, & sic liberum a... trium mutatur, sed non cogitur. No... euangelio dñice occurrentis qualiter... uitati se excusauerunt. Tũc dicit dñs ... uitori, Compelle intrare &c. No. pra... ce qualiter seruus exit ad uias supe... auaritie, luxurie &c. dicens superbo, V... datis ad cenã, dñs parauit & expectat ... &c. Dicebat uere uos ibitis & percuti... bat eũ, quia seruus bene erat associat... Idem de auaro luxurioso. Idẽ de mulie... bus q̃ omnes ibant flentes, sed quan... fuerunt intus, curati fuerant gaudente... & dicebant seruo, O benedicaris. E... quid fecisti mihi, sed curatus sum, ... bene est mihi, principium fuit per uim. ... sed finaliter gaudent. Ita de nobis. Dñs est Christus, seruus est angelus, & sun... multi qui non curant uenire ad cõniui... para-

paradisi, licet sint īuitati, sed xp̄s dicit angelo, Compelle intrare. Deus in hoc mū do uisibilia per creaturā inuisibilē dispo nit. uñ Grego. Et angelus dat infirmitatem, dolorem capitis uel stomachi, perditionem bonorum, filiorum, & hmōi, & tunc homo redit ad deum. Verbi gratia. Quot prelati sunt qui in prosperitate & sanitate non curant de deo, imo dant se delitijs, sed compellūtur ire ad deū per infirmitates. Idem de dn̄is temporalibus & de alijs hominibus tam senibus q̄ iuuenibus, qui nō curant de deo, sed uenit infirmitas, tribulatio &c. & sicut asinus lasciuiens reducitur ad uiā, ita tales ad deum uadunt & ad ecclesiam, orant, confitentur &c. iō Greg. Mala que nos hic p̄munt, ad deum ire compellunt. De istis dicit Esa. Domine in angustia reqsierūt te. Esa. xxvj. Iō cum magna patientia homo debet recipere aduersitates, quia ad corruptionem sunt. Beatus homo q corripitur a dn̄o. Increpationem ergo dn̄i non reprobes, quia ipse uulnerat & medet, pcutit, & manus ei⁹ sanabūt. Iob. v.

De eadem dn̄ica. Sermo. v.

domo cõsciẽtie scd'm uolũtatẽ dñi.s.ĩtellect⁹, & etiã scd'm uolũtatẽ dñi.s.rõnis. Magna delectatio est dño, & dñe dom⁹, qñ filij, serui, ãcille, uł filie nõ faciũt aliqd nisi iuxta uolũtatẽ eorũ. Ita de nobis, q̃rꝫ filij sunt sens⁹, filie potẽtie aĩe, uel cogitationes, seruus corp⁹, ancilla est caro. Magna delectatio est homini qñ omnes isti obediunt dño.i. intellectui, & dñe.i. rõni. Iõ dicit philosoph⁹, Signũ autẽ generati habit⁹ est delectabiłr opari. Verbi gratia. Si pro honore dei placet tibi ieiuniũ, signũ est ꝙ ꝟt⁹ abstinẽtie est ĩtra te. Si orõ, signũ est ꝙ in te est ꝟt⁹ deuotionis. Si separatio mulierũ, signũ est ꝙ ꝟt⁹ castitatis est intra te. Si cilicium, uel alia corporis afflictio, signũ est ꝙ in te est ꝟtus pnĩe, & sic de alijs. Eris quasi hort⁹ irriguus, & sicut fons aquarũ cuius nõ deficient aque, & edificabũtur in te deserta seculorũ. Esa. lviij. Fons gratie q̃ est in q̃libet persona bona, & uirtuosa rigat sensus, & omnes potentias. Oppositum est de peccatoribus, qa si rident a dextra, tñ ad intra aĩa tristatur, conscientia remordet. Sed modo non cognoscunt, sed cognoscẽt, qñ erũt in inferno, & cruciabũł, tũc eñ eleuatis oculis uidebũt gloriã bonorũ, non ad delectationẽ, sed ad augmẽtationẽ pene, ut de famelico uidẽte mẽsam paratã escis plenã, & nõ põt hrẽ, cruciatur magis. Videntes gloriã.i.bonorũ, turbabũtur timore horribili, & morabũtur in subitatione insperate salutis, gementes pre angustia spũs &c. Sap. v. Ecce laborãtes. Iõ sancta scriptura dat remedium, dicens, Nec credas te uie laboriose. Eccł. xxxij. Glo. peccatorũ, qa pctã cũ magno labore fiũt sicut furta, opera autem mĩe fiũt delectabiliter. Idem de luxuria, adulteriũ cum magno labore, timore, & periculo fit. Cast⁹ autem delectabiliter uiuit, & sic de alijs. Ideo dicit, Nec credas te uie laboriose, ne ponas aĩe tue scãdalũ. Eccł. xxxij. Iõ apostolus, In laborib⁹ plĩmis. ij. Corꝫ. xj. Dico ꝙ tertia mala cõditio quã habet uita peccatorũ est, ꝙ est finałr infructuosa. Ideo dicitur, nihil cepimus, quia peccatores in alia uita nihil reportãt pmij aut mercẽdis ex operibus q̃ fecerũt, qa q̃diu psona est in pctõ mortali, etiã si faceret oĩa bona opera mundi, ieiunia, magnas orões, largas eleemosynas &c. nihil sibi proficiunt ꝑ alio mũdo. Licet eñ deus pro quolibet bono opere det solutionẽ, tñ pctõrib⁹ soluit in hoc mundo de his que faciunt, dat eis diuitias, honores, dignitates, officia, & beneficia, pacẽ, sanitatẽ, filios, lõgã uitam, amorẽ dñorum, & quod est maius, bona opera ex genere, qa illis bonis operibus extrahuntur de peccato nõnũq̃ pctõres. Iõ bona opera nõ sunt dimittẽda quãdo sentis te esse in peccato mortali, qa tũc sunt magis necessaria, ut illis mediantibus exeas pctm̃. Sed ꝑ his operib⁹ nihil dabitur tibi in alio mundo. Rõ, uos scitis ꝙ ramus arboris nullam ꝟtutem habet nisi a radice, & non facit fructum nisi quamdiu est in arbore. Si uero scindatur ab arbore, nõ facit fructum, quia remota causa remouetur effectus. Ita in proposito, radix siue truncus arboris, ubi est tota uirtus, est Christ⁹ saluator noster. Nos autẽ sumus rami siue palmites, & q̃diu manemus in radice p uerã credẽtiã, & prõptã obedientiã, & p gratiã, facimus fructũ meritorium, qa tũc qcqd facimus est meritoriũ. Si autẽ ramus aliqs abscindatur securi diaboli, q̃ est tentatio per cõsensum peccati mortalis, a trunco i. xpo factũ est, iã nõ põt facere fructum meriti, sed deus est a deo pius peccatori, ita ꝙ si facit aliqua bona opa, satisfacit sibi hic. Ecce ratio, quare dico ꝙ peccatorũ uita est finaliter infructuosa. Auto clara. Sicut palmes non potest ferre fructũ a semetipso, nisi manserit in uite, sic nec uos nisi in me manseritis. Ego sum uitis, & uos palmites. Qui manet in me, & ego ĩ eo, hic fert fructũ multũ, qa sine me nihil potestis facere. s. meritorie. Io. xv. Qualis dolor est pctõri quãdo moriẽ, & nihil ĩuenit ibi. Sicut mercator diues qui omnia posuit in naui, & perijt, solũ remanet persona sua, quando est ultra mare, & nihil habet, qualis dolor, & desperatio? Ita de peccatore, qui in hoc mundo est

do est diues,& omnes nauigamus ad aliu mūdū qñ aīa est in portu,& in ripa, & nihil inuenit de bonis, qualis despera tio est sibi, quādo dicit sibi a xpo, Et ubi sunt bona que dedi tibi? R ñdet, Totū est perditū,& qa ibi non possunt aliquid lucrari, remittuntur ad hospitale miserorū ad infernū. Sed quando rami sunt arbori xpo cōiuncti p fidē, & obedientiā, ita q mallēt citius mori q̄ cōsentire, tūc cōgregāt magnū thesaurū, qñ est ibi, inuenit magnū thesaurum, de quo uiuet eternaliter. Iō dicit xps, Operamini non cibū q perit, ut sunt opera mundana, sed q remanet in uita eterna, quē filius hominis dabit uobis. Io. vj. Nota piscatores q̄ uis in rete suo ceperint conchas,& multa talia, & immunda, tñ quando non reṗerunt finalem fructum, dicūt dolentes, Nihil cepimus. sic de peccatorib'. Iō dicit scriptura, Vacua est spes illorum. s. pctōrū, & labores eorum sine fructu, & inutilia opera eorum. Sap. iij.

De eadē dñica. De epl̃a. Sermo. v.

Benedictionē hereditate possideatis. Habetur ṽbū istud textualr̃ prima cañ. Pet. c. iij. & recitatiue in epistola currētis dñice. Hoc ṽbū est una breuis, & deuota oratio btī apl̃i, quam facit pro nobis, desiderans nostram saluationē di. Rogo deū, ut benedictionē. s. celestem hereditate possideatis. Hoc ṽbū, benedictionē, indiget declaratione. Pro quo sciendū est, q gl̃ia celestis dicitur benedictio. Rō. Qñ deus facit aliquid, nō credatis uos q illud faciat laborādo manibus, nec ambulando pedibus, nec se mouendo quemadmodū uos, sed sua operatio est sua locutio, suum dicere, est suū facere. Verbi gratia. Qñ fecit lucē nō laborauit, sed solū dixit, fiat lux, & facta fuit, quia suū dicere est suum facere. Idem de celo, de stellis &c. Non facit ut magister operis, qui quando facit arcam, ponit fundamēta &c. Sed dixit, fiat firmamentū, & factū fuit. Ideo Dauid, Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt. Nota similitudinem de magnis, dñis qui mandando operantur. Si uolunt capere criminosum, non oportet regem se mouere, nec ipsum capere, nec suspendere criminosum, sed mandare q capiatur &c. Idem de opere mīe, non oportet regem aperire bursam &c. sed precipere thesaurarario. Quanto ergo magis deus, cui oīa sunt, & subsunt, & obediunt? Ideo dicit scriptura, Oē qđ uoluerit faciet, & sermo illi' potestatis plenus est. Eccl̃s. viij. Oṗs sermo tu' dñe, non oportet ipsum nisi loqui. Ex ista declaratione qñ deus extrahit aīam de hoc mūdo, & collocat eā in paradiso, & īponit sibi diadema, q̊ modo creditis q faciat nō laborando, sed precipiēdo dicit Michaeli, Talis religiosus, clericus, uel laicus seruiuit mihi diligenter & sancte, iō collocetur &c. Et factum est. Etiam in iudicio generali qñ dabit gloriam bonis, ipsa donatio glorie seu operatio dei in dando gloriā dicitur benedictio. i. bona dictio, siue bona locutio, quando dicet, Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnū a constitutione mūdi. Mat. xxv. Ecce qualiter gloria celestis dicit benedictio, de ista dicit the. Patet the. Modo uideamus que sunt persone, q̄ istam benedictionē hereditate consequentur. Amore uestri ergo quesiui, & inueni in ṗo. Dñi est terra, in duobus uersibus, ubi dicit Dauid, Innocens manibus, & mūdo corde, qui non accepit in uano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionē a dño, & mīam a deo salutari suo. Vbi ponuntur quatuor conditiones personarum, que benedictionē hereditate possidebunt.

Primo pueri omnino innocentes.
Secundo peccatores uere penitentes.
Tertio p̄sone bone bene obediētes.
Quarto tribulati, & patientes.

Quilibet istorū habebit bñdictionē glorie celestis, qa de eis dicit the. Benedictionē hereditate possideatis. Dico prīo q habebūt benedictionē glorie. s. pueri innocentes, qui nūq̄ peccauerunt. Innocentes sunt ī corde, qa nūq̄ peccauerūt,

 nec

nec habuerũt malas cogitationes. In ore, qa nũq̃ dixerũt malũ ꝟbũ, nec mẽtiendo, nec iurando. Innocentes in oculis, aurib⁹, in gutture, manib⁹, & pedibus, & in toto corpore, qa nũq̃ peccauerũt. Isti sunt totalr̃ innocentes, qñ moriunt̃ statim habent benedictionẽ celestis gl̃ie. Iõ Dauid, Gratiã, & gloriã dabit dñs. Nõ priuabit bonis eos qui ambulãt in innocentia. Sed diceret aliqs, Frater quõ uocatis uos illos pueros totalr̃ innocẽtes, & nunquid ꝑsona q̃ parentibus suis dat tribulationes, & infert malũ, & tristitias, & pericula, & tedia, quia nõ ꝑmittit eos dormire, sed plorat &c. nonne nocens est & peccat? Rñsio, Dico ꝙ sunt totaliter ĩnocẽtes, nec de ꝑdictis hñt culpam, nec pc̃tm̃, qa dolor partus ꝓuenit mulieribus ex pc̃õ Eue, qa ex fructu arboris peccauit, & fecit contra deum, iõ de⁹ fecit cõtra eam, & oẽs filios suos, ut in fructu uentris punirentur, cũ labore portarent, & cũ dolore parerẽt, & cũ tedio nutrirẽt. Ideo patet error dicẽtiũ, ꝙ creatura nouiter baptizata si morit̃, trãsit purgatorium ex dolore matris. Hoc est erroneũ, qa Iudeus baptizatus si moritur anteq̃ peccet, sine purgatorio euolat. De istis dicit Iob, Saluabitur innocens, saluabitur autẽ mũdicia manuũ suarũ. Iob. xxij. Nota mundicia manuũ suarũ. Diceret hic aliquis, Si pueri innocẽtes saluãtur, ergo etiã illi qui moriuntur ante baptismũ saluantur eadẽ rõne, qa nũq̃ peccauerũt, nec corde cogitando, nec ore, nec manibus &c. Huic questioni tacite iã rñdet Iob, cũ dicit, Saluabitur autẽ mũdicia manuũ suarũ. Ecce baptismus, qui mũdat ab immũdicia sua quã recepit ab illa generatione. Nota, imago que cadit in luto non poneretur in altari nisi pri⁹ lauaretur. Sic est de homine, in quo est imago dei, quãtum ad animam quam fecit deus, ut ponatur in templo paradisi. Sed ueniens in hunc mũdum cadit in luto, in illa uili, & bruta generatione carnali. Quia si aliter ueniret, non haberet originale. Ideo ibi recipit illam maculam. Ideo non potest intrare paradisum, quousq; est mũdata aqua baptismi. Ideo dicit xp̃s, Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritusancto, non potest introire in regnũ dei. Io. iij. No. hic, qñ aĩa nõ baptizati uenit ad paradisum, uel ad portã paradisi, qd dicitur sibi a xp̃o? Ecce quare dicit Iob, Saluabitur innocẽs, saluabitur autem mundicia manuũ suarũ. Sicut habemus duas man⁹, ita habemus duas substãtias, aĩam, & corpus, ideo dicit, Saluabitur mũdicia. i. per mundiciam manuum suarum, tam corporis q̃ anime, qa pc̃tm̃ originale non solũ tangit animã, sed etiã corpus, totũ est infectũ, tã sensus corporis, q̃ potentie animе, sed per baptismũ mũdantur. Ideo xp̃s ꝑs. xxiiij. Innocentes, & recti adheserũt mihi. s. in gl̃ia, qa sustinui te. s. passionem, quã tu pater ordinasti, cuius ꝟtute saluantur. De quolibet istorũ dicit̃, hic accipiet bñdictionem a dño. Nota quãdo isti pueri sunt in extremis, demones ueniũt explorantes si possent aĩam recipere. Sed xp̃s de celo dat eis bñdictionẽ, & demones fugiunt. No. & mĩam a deo salutari suo, quia tũc pueri misericorditer liberantur a tribus miserijs quas hñt. Prima est ignorãtia, a qua liberãt̃ tũc, qa tũ aperit̃ eis liber, & sciũt oĩa, & cognoscũt se, & parẽtes. Scd̃a est modicitas. s. paruitas, sed statim aĩa separata a corpe habet tãtã magnitudinẽ, ut gigas. Tertia est impotẽtia, qa nesciũt ire, nec se mouere, sed statĩ quãdo sunt in celo habent tãtã potẽtiã, ꝙ nec gigas, nec leo habet tãtã potẽtiã. ecce mĩam quam accipient. In istis ergo cõpletur oratio Petri dicentis, Benedictionem hereditate possideatis. Dico secundo, ꝙ obtinebunt benedictionẽ &c. peccatores uere penitentes. Hoc tãgit nos, qa licet fuerimus innocẽtes, & mundati per baptismũ, tamen extunc amisimus millies illam innocẽtiam ex peccatis que fecimus cõtra deũ, cõtra uirginẽ Mariã, & sanctos, contra aĩam, & proximos. Ideo iam non possum⁹ per uiam innocentie paradisum intrare, propter hoc deus ordinauit uiam penitentie. s. dolere, & conteri de peccatis, cum propo-

proposito nō redeūdi, cōfiteri, & satisfacere. Isto modo possumus habere benedictionē grãe. Hoc tãgit Dauid cū dicit, Mūdo corde. s. p pnīam, hic accipiet bñdictionē a dño. Sed est hic argumētū. Diceret aliqs, Fr quō ex mūdicia cordis intelligit pnīa? qa pnīa nō solū mūdat cor, sed etiã oēs uires aīe. s. intellectū ab errore fidei, & falsis opinionib⁹, & malis suspicionib⁹ de pximis, & uolūtatē de malis desiderijs, & odijs, & rãcoribus, & memoriã nō recordãdo de receptis iniurijs. Itē uera pnīa mūdat os a mēdacijs, diffamationib⁹, & blasphemijs. Oculos a malis aspectibus, aures, nares, guttur, man⁹, pedes, & totum corpus a luxurijs. Cū ergo pnīa uera mūdet aīam a potentijs, & corp⁹ cū sentimentis, quare ergo recipitis pnīam solū pro mundicia cordis? Dico q uerū est, q uera pnīa totū purificat, ut dictū est. Sed mūditia cordis dicit penitētia duplici ratione. Prima est, qa cor est ut fons, a quo multi riui pcedunt. s. potētiarū, & sensuū. Et si aqua fontis sit munda, & pura, etiã aqua riuorū erit mūda, & pura. Si immunda, ad idē. Et qa oīa opera bona, uel mala procedūt a corde, de corde exeūt cogitationes male, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemie. Mat. xv. Ecce quãr aqua immūda pcedit a fonte cordis, qa cor dicit, O ille interfecit patrē tuum &c. ideo occidas eū, & sic de alijs. Iō si cor sit mūdū, etiã oīa sentimēta corporis erūt munda. Iō puerb. iiij. Omni custodia serua cor tuū, qa ex ipso uita pcedit. Ita si sit immundū, pcedit mors ab eo. Ecce prima ratio, quare dicit, & mundo corde, qa mūdicia cordis est mūdicia totius corporis. Scd'a rō, quare mundicia cordis dicit pnīa, est, qa licet multa sint opa pnīe, tñ radix, & initiū pnīe est cordis cōtritio, ab ista em̄ pcedit fruct⁹ oīm aliorū operū. Ideo dicebat xps, Beati mūdo corde, qm̄ ipsi deū uidebūt. Mat. v. De quolibet tali dicitur, Hic accipiet benedictionem a dño. Quia quãdo talis moritur, & aīa uenit ad iudiciū, & accusatur a demonibus, dicit xps aīe, Audis q̃tum te accusãt? Dicit anima, Verū est, qa illa feci, non possum negare, sed usus fui medicinis uestris quas uos ordinastis cōtra peccata. Si habui malas cogitationes, habui etiam contritionē. Si peccaui ore, oraui, & cōfessus fui. Si oculis peccaui, fleui, & sic de alijs. Feci iudiciū, & iustitiam, non tradas me calumniantibus me. ps. cxviij. Christus est contentus, & dat sibi benedictionem, & mīam, quando collocatur in gloria. Dico tertio, q obtinebūt benedictionē glorie psone bone & obedientes, q̃ habent dicere, uel facere, respiciunt dei uoluntatē & ordinem. Religiosus obediens non faceret cōtra regulã, nec constitutiones, nec clericus, nec laicus contra dei mandata, ordinat suã uitã scd'm dei uoluntatem, & nō secūdū eorū sensualitatē, scd'm dei ordinationē, & non scd'm ppriã inclinationē. De quolibet tali dicit. Qui non accepit in uano aīam suã, hic accipiet benedictionē a dño. Nota, q accipere aīam suã in uanū potest intelligi dupliciter. s. essentialiter, & effectualiter. In uanū dicitur accipere aīam suam ille, qui non facit illa ad que ordinatur. Quia si rex dat alicui militi equum, & arma, & nūq̃ seruit sibi, in uanum dicitur accepisse. Ita dedit nobis animam rationalem cum memoria, ut memoremur de beneficijs a deo nobis datis, quia non fecit nos asinū, nō equū &c. sed ad imaginem, & similitudinem suã. Itē redemit nos &c. Cum intellectu, ut eū cognoscamus, & ei grãs agamus. Cū uolūtate, ut eū desiderem⁹ &c. Si autē de istis nō seruis sibi, in uanū recepisti animam tuã. Itē dedit tibi corp⁹, quare? ut uiuas ex eo. Sicut em̄ pater dat patrimonium filio tempore nuptiarum, ut ex eo uiuat. Item de terra corporis debemus facere fructus per penitentiã, de quibus uiuamus, si autem nō facis, in uanum recepisti, uel accepisti, & possumus dicere talibus, Vanum est uobis ante lucem surgere. s. ad opera tēporalia, q non curatis de opib⁹ spūalibus. Surgite. s. aliqua hora ad opus spūale, postquam sederitis, quia mãducatis panem doloris. ps. cxxvj.

cxxvj. Not. q manducatis panē doloris.
Pater q mittit filiū ad cāpū,ut laboret, q
nō curat de labore, ſed comedit, & bi-
bit, & dormit, in ſero qñ uenit ad do-
mum, habet malā cenā,& uerberat &c.
Ita deus pater noſter miſit nos in campo
hui⁹ mūdi ad laborādū in operib⁹ me-
ritorijs. Qui aūt nō curat de labore,ſed
comedit, & bibit,& delectatur,in morte
punief.Nam ī ſero mortis uidebitis quō
manducabitis panē doloris , quando de
mones cruciabunt uos &c. Secundo di-
citur aliquis accepiſſe aīam in uanū effe-
ctuaľr. Vita eñ pñs eſt effectus aīe, & ita
ſumitur.Io.xij.cū dicitur, Qui amat ani-
mā ſuā.i.uitā corporalē, tm̄ q̄ ꝓ xp̄o nō
uult eā exponere in arduis, etiā perdet
eam. Et qui odit aīam ſuā in hoc mūdo,
in uitā eternā cuſtodit eā. Qui ergo ui-
uit ocioſus,ī uanū accepit uitā iſtā. Sicut
ille q uadit ad feriā, ubi ſtat.xv.dieb⁹,&
nihil facit,nec lucratur aliqd,dicif in ua-
nū iuiſſe ad feriā . Ita de nobis, q ueni-
m⁹ in feria hui⁹ mūdi ad lucrādū,ideo ſi
nō habem⁹merita,in uanū accipim⁹ iſtā
uitā.Ideo laborare debem⁹ in bonis ope
rib⁹,ꝓpter hoc dicebat apľs, Hortamur
uos ne in uacuū gratiā dei recipiatis. Ait
eñ, Tēpore accepto.ſ.in hoc mūdo, ex-
audiui te,qa in alio non audit.Et in die
ſalutis audiui te.Ecce nūc tp̄s acceptabi-
le,ecce nūc dies ſalutis.ij.ad Cor.vj.O-
bedientes autem non accipiūt in uanū
aīam ſuā,ſiue uitā ſuā.Iō de quolibet o-
bediente dicitur, Nō accepit in uano a-
nimā ſuā. Hic accipiet &c. Dico quarto
q̄ obtinent benedictionē gr̄e tribulati,
& patiētes, qñ in īfirmitatib⁹,plagis,uul
neribus,doloribus,paupertatibus, & per
ſecutionibus nō murmurāt cōtra deum,
imo patiēter ſuſtinēt, ſperātes q̄ in alio
mūdo erūt ſine infirmitate,plaga,dolo-
re &c.De quolibet tali dicit,Nec iurauit
in dolo proximo ſuo. Proximus iſte eſt
xp̄s per excellentiā , qa licet inqtū deus
ſit creator,tū inqtū hō eſt ꝓxim⁹,ut ipſe
met declarauit Lu.x. Quis tibi uidetur
proximus fuiſſe &c. Huic ꝓximo facim⁹
iuramētū in baptiſmo,qñ dicit a ſacerdo
te? Quid petis,& dicit a patrinis,fidē xp̄i.
Et ſacerdos, Et fides xp̄i quid dabit tibi.
R ñdet,uitā durabilē. Ergo abrenūcia Sa
thane.Dicit abrenūcio,hoc eſt quaſi iura
mētū,& ita dicitur a Dauid dicēte in per
ſona xp̄iani,Iuraui,& ſtatui cuſtodire iu-
dicia iuſtitie tue.p̄s.cxvij.Iudicia iuſticie
dei ſunt,ut in hoc mūdo habeam⁹ labo-
res , miſerias,tribulationes &c. ut p pa-
tiētiā mereamur hr̄e gr̄iā. Iō ad Heb.x.
Patiētia uobis neceſſaria eſt,ut uolūtatē
dei facientes reportetis promiſsionem
&c. Qui nō iurauit in dolo ꝓximo ſuo,
hic accipiet benedictionē a dño &c.

De eadē dñica. Sermo.vj.

OMnes unanimes in ora
tione eſtote. Verbum
iſtud habetur prima cañ.
Petri.c.iij. & recitatiue in
epiſtola currentis dñice.
Pro breui huius ꝟbi declaratione,& ma-
terie introductione, ſciēdū q̄ inter oīa
opera que poſſumus in hoc mūdo face-
re,neceſſaria eſt deuota oratio ad deum.
Ratio,quia certū eſt q̄ omnia bona tam
tēporalia,q̄ corporalia,q̄ etiā ſpiritual.
habeamus a deo.De bonis tēporalib⁹ pa
tet. Vnde eſt q̄ terra dat triticum? ex ſe-
mine. terra autem pōt corrūpere ſemē,
ſed nō pōt ipſum fructificare &c. O dice
ret aliquis, hoc eſt a natura & a cōſtella-
tionib⁹. Verū eſt inſtrumētaliter,ſed eſt
a deo principaliter.Ipſe eñ eſt actor prin
cipalis.Idem de uino in uineis, qa nul.
pōt aquā in uinum conuertere niſi de⁹.
Nam conuerſio aque in uinum fuit de
primis xp̄i miraculis. Ioan.ij.Idem de ra
cunijs,rapis &c. Omnia iſta habemus a
deo.O dices tu,ego habeo in his labora
rare,qa al̄s nihil haberem.Solutio.Verū
eſt, quia inſtrumentum es, ſed deus ha-
bet tibi dare,quia multi laborant qui ni-
hil lucrantur, non credas ex tuis labori-
bus p̄dicta acquirere. Idem de bonis cor-
poralibus dicendum eſt,que etiā de deo
habemus,puta ſanitatem,pulchritudinē,
fortitudinem mēbrorum,rectitudinem
& hmōi.Idem de bonis ſpiritualibus di-
cēdum eſt, q̄ a deo habemus cōtritionē,
ſcilicet

scilicet de peccatis, bonũ ꝓpositũ confi-
teri, & faciendi penitentiam, ne in infer
no dãnemur. Idẽ de remissione iniuria-
rũ, & de restitutione ablatorũ. De⁹ habet
dare cor ista faciendi. Ideo dicit scriptu-
ra, Omne datũ optimũ. s. bonorũ tempo
ralium, & corporaliũ, & omne donũ per
fectum. Glo. bonoꝶ spũalium de sursum
est descendens a patre luminũ. i. angelo-
rũ. Iaco. j. Si ergo uis rigare hortũ tuũ de
alto fonte, oportet ponere canale p qđ
aqua ueniat ad hortũ. Ita etiam si uultis
ꝙ aqua gratiarũ dei ueniat ad uestrum
cãpum, hortũ, uineã, domum, corpus, &
aĩam, de fonte ab alto spũs sapientie uer
bum dei in excelsis. Eccli. j. Ponatis ca-
nale, scilicet orationẽ deuotã, mediante
ista ueniunt ad uos bona tẽporalia, cor-
poralia, & spiritualia. Patet ergo ꝙ inter
alia bona opera, que in hoc mundo pos-
sunt a nobis fieri, est oratio deuota no-
bis necessaria. Autoritas Dauid, Benedi-
ctus deus, qui non amouit orationẽ meã
& misericordiã suam a me. ps. lxv. Glo.
Augu. Nũq̃ ergo a te moueatur orõ tua,
& nũq̃ amouebit a te mĩa diuina. Quia er
go oratio est nobis ita necessaria, dicit
thema, Omnes unanimes in oratione
estote. Amore uestri ego q̃siui quas con
ditiones debet habere oratio, & q̃t sunt,
& inueni ꝙ deuota oratio debet habere
sex conditiones. Oratio debet fieri.

Primo pacifice concordando.
Secundo attente cogitando.
Tertio humiliter supplicando.
Quarto confidenter sperando.
Quinto ordinate petendo.
Sexto perseueranter continuando.

Qui istos sex modos seruabit in oratio-
ne sua, abundabit in omnib⁹ bonis. Dico
primo ꝙ oratio debet fieri pacifice con-
cordando, cum uis orare, respicias si in
corde habes uenenum odij, & male uo-
luntatis, si sic, non audieris. Oportet em̃
concordare cum omnib⁹ pacifice, & tũc
oratio ascendit recte ad deum. Nota hic
de collegijs seu conuentibus diuisis, ꝙ
modicum calorem habent, sed quando
sunt uniti & pacifici, oratio eorum mul-
tum placet deo. Ideo congregamur in
solẽnitatibus uel processionibus, ut ab
inuicem inflãmemur, & oratio ascendat
ad deum. Ideo Dauid, Dirigatur oratio
mea sicut incensum in cõspectu tuo, ele
uatio manuum mearũ sacrificiũ uesperti
nũ. ps. cxl. No. sacrificium uesptinũ. De⁹
pcepit in ueteri lege offerri sibi duo sa-
crificia. s. duos agnos, unum de mane, a-
liũ de sero, sed differenter, quia sacrifici
um de mane associabatur cum multis a-
lijs, sacrificiũ uero de sero sine aliorũ so-
cietate offerebatur. Sacrificium matuti
nũ figurabat sacrificium Iudeorũ, quod
erat diuersarum rerum. Sacrificium autẽ
uespertinũ figurabat Christum, qui solus
fuit sacrificatus in cruce eleuatis mani-
b⁹, parcens omnibus. Iõ dicebat Dauid,
Dirigatur oratio mea ad te. Patet ergo
ꝙ oratio debet fieri pacifice cõcordãdo.
Benedict⁹ q potest dicere cum ueritate,
Nullũ odiũ habeo in corde meo contra
aliquẽ, sed oẽs diligo. Ergo, Oĩs unani
mes estote &c. Dico secũdo ꝙ scđ'a con
ditio est, ꝙ debet fieri attente cogitãdo,
ita ꝙ cor cogitet quod profertur ab o-
re, ne solum os loquatur, dicendo uer-
ba orationis, & cor cogitet de negocijs
tẽporalibus, de coquina, uel lupanari. Si
dicas, ego nõ intelligo Latinũ. Iõ cogite
tis in deũ, uel in petitionẽ quã facitis. Iõ
Augustinus, Psalmis & hymnis cum ora-
tis deũ, hoc uersetur in corde qđ profer
tur in ore. Alias oratio uocalis sine attẽ-
tiõe cogitationis est parui ualoris. Ideo
Iacobus, Tristatur aliquis uestrum, oret
equo animo & psallat. Iacobi. v. Nota eq̃
animo. s. ut cor concordet cum lingua,
& habebit consolationem. Ecce qualiter
orationes sunt medicinalia. Sed quãdo
cor non cogitat ea que dicuntur ore, fit
encenium deo de ouis uacuis, & sanctis.
Ideo deus reputat se delusum, & sancti.
Modicum ualet talis oratio. Ideo apo-
stol⁹, Si orem lĩgua mea, supple tm̃, mẽs
mea sine fructu est. subdit quid ergo? O-
rabo spiritu, orabo & mente. Psallã spũ,
psallam & mente. j. ad Coꝶ. xiiij. Licet
omnes debeant attente cogitare ea que
dicunt

dicũt, maxime tñ religiosi, qui quolibet
die habent persoluere horas canonicas.
Attendant hi ne uane soluant.Iõ debent
cauere ne dicantur in plateis, hortis, &
fenestris.Ideo dicit xp̃s sacerdotibus ue
teris legis, qui soluebant deo uacue. Po
pulus hic labijs me honorat, cor autem
eorũ lõge est a me. Sine causa.i.sine uti
litate, sine fructu meriti colunt me.Mat.
xv. Tertio oratio debet fieri humiliter
supplicãdo. Quia oratio nõ est nisi q̄dã
supplicatio, q p̃ntatur deo. Qñ infirmus
orat, petẽs sanitatẽ, supplicatur deo, pau
per orat petens prouisionẽ.Idẽ quando
tribulatus petit requiem, pc̄tõr pc̄tõꝝ re
missionẽ.Modo nullus est q̄tũcunq; ru-
dis, q qñ p̃ntat pape, uel regi supplicatio
nem, quin humilietur, capite discooper-
to, & genib⁹ flexis sibi p̃ntet, nec opor-
tet ꝙ doceatur hoc facere, qa rõ natura-
lis dictat faciẽdũ, quanto magis ergo pa
pe Iesu, & regi xp̃o humiliter debemus
supplicationẽ p̃ntare.Hec aliq min⁹ de-
cẽter agũt, q qñ induũt se, dicũt orõnes,
cingentes se, & nodos aptãtes, & mulie
res qñ se pingũt. Cogitate ergo qñ ora-
tis cum quo loquamini, qñ dicitis, Pr̃ nr̃,
uel Aue Maria, & humiliate uos, qa q̄to
hũli⁹ orabitis, tãto plus oratio ascẽdet.
Sicut ille qui saltãdo uult ascendere, q̄to
plus se deprimit, tanto plus ascẽdit, & sal
tat.Ita est de oratione. Autoritas. Oratio
humiliantis se nubes penetrabit, & do-
nec appropinquat nõ cõsolabitur, & nõ
discedet donec altissimus aspiciat.Eccl̃i.
xxxv.Humiliũ, & mãsuetorum semp tibi
placuit dep̃catio.Iudith.ix.Iõ Dauid, Re
spexit inq̄t in orationẽ humiliũ, & non
spreuit p̃ces eorũ.ps.cj.qñ autem fit sine
humilitate, de⁹ claudit sibi oculos. Quar
to, si oratio debet esse acceptabilis, debet
fieri cõfidẽter sperãdo.Vult de⁹ ꝙ in oĩ-
bus necessitatib⁹ nr̃is recurram⁹ ad deũ,
& cõfidam⁹ de eo, al̃s indignatur, queãd
modũ indignaretur pater cõtra filios de
eo non confidentes, uel ꝓcurator, uel iu
dex, quando homo non cõfidit de eis.Ita
de deo patre, nostro procuratore, & iudi
ce, qui uult ꝙ confidamus de eo di. Que
cũnq; orãtes petitis, credite, qa accipie-
tis, & euenient uobis. Marci.xj.Nota q̄-
cũq; .s.licita orantes, qa aliter nõ accipie
tis, sicut puer febricitãs si petit uinũ, non
datur sibi, sed prius pater dat sibi melio-
ra.s.zuccarũ rosatũ &c. Et sicut fili⁹ nul
lã sollicitudinẽ habet de aliqua re. Quia
si dicatis uos puero, Quid comedes ho-
die? dicet, nescio, pater me⁹, & mr̃ mea
curãt.Idem de uestibus, sotularib⁹, & ali
js necessatib⁹.Sufficit filio, ꝙ sit humilis
& obediens patri.Ita uult deus de nobis,
ꝙ in omnibus necessitatibus confidam⁹
de eo, & faciam⁹ qđ tenemur facere, qa
non deficiet nobis. Verbi grã.Si dicatur
laboratori, Vos seminastis &c. Habetis
bladũ.Estis certus ꝙ habebitis? Vos debe
tis dicere, Ego feci qđ in me est, de re-
siduis cõfido ĩ deo.Itẽ de uino in uinea,
& de oleo. Nihil solliciti sitis, sed in oĩ
orõne, & obseruatione, cũ gratiarũ actio
ne petitiones ur̃e innotescãt apud deũ.
ad Phil̃.iiij.Nota, Nihil solliciti sitis, non
dicit ꝙ dimittamus labores, sed sollicitu
dines.Oẽm sollicitudinẽ uestram ꝓijci-
entes in eũ, qm̃ ipsi est cura de nobis.j.
Pet.v.Sed nos magis cõfidimus de uno
Iudeo, q̄ de deo. Probatur, quia si Iu..⁹
tenetur uobis ad.l.florenos annuales de
redditibus, de qb⁹ habetis bonũ instrm̃,
uos confiditis &c. Sed non confiditis
deo, qui promisit etiam cum instrumẽto
publico uobis dare necessaria omnia, si
facitis quod debetis facere ut bonus fi-
lius.Notarius fuit beat⁹ Mattheus.No-
te solliciti esse dicentes, quid manduca-
bimus aut quid bibemus, aut quo operie
mur? Hec omnia eñ gẽtes, s.infideles
inquirunt.Scit eñ pater uester ꝙ his oĩ-
bus indigetis.Mat.vj. Quinto, oratio de
bet fieri ordinate petẽdo. In nostris pe-
titionibus debemus seruare tres ordi-
nes.Primo ꝙ petamus primo illa q̄ sunt
nobis magis necessaria, utiliora, & prin-
cipaliora. Ideo primo debemus petere
gloriam. Secundo bonam uitã, q̄ est uia
ad gloriã. Tertio bona tẽporalia.Iõ xp̃s
dicit, Querite primũ regnũ dei, & iusti-
tiã eius, & hec omnia adijcientur uobis.
Mat.vj.

Mat.vj. Scd'o q̃ illa sint de se bona, que non possunt habere malũ exitũ, petam⁹ audacter. Illa autẽ que sunt dubia, & pos sunt habere malũ exitũ aut finẽ, petantur cũ cõditione. Verbi gratia. Humilitas in dubitanter est bonũ. Ideo audacter sup bus potest petere humilitatem, auarus li beralitatem, luxuriosus castitatem, pec cator pctõrũ remissionem &c. Alia sunt dubia, de quibus nescit homo an habe bũt bonũ exitũ uel malũ. Ideo conditio naliter sunt petenda, ut infirmus sanita tẽ q̃ potest esse aĩe, uel bona, uel mala. Idem de diuitijs, officijs, & dignitatibus, & qa mlti petũt sine ordine, & sine cõdi tione, ideo non accipiunt. Petitis, & nõ accipietis, eo q̃ male petatis. Iacob. iiij. Tertio debet esse ordo in persona petẽ te, ut purificet se, quia si quis pmisit da re alteri optimum uinum album, requiri tur q̃ cum uase mundo recipiat, al's non daret. Ideo Esa. j. Lauamini, scilicet p con tritionem, confessionem, & satisfactio nem, mundi estote. Que autẽ a deo sunt, ordinata sunt. ad Ro. xiij. Sexto, orõ de bet fieri pseueranter continuãdo. Multi incipiunt, & qa statim nõ obtinẽt quod petũt, orationẽ dimittũt, nihil ualet. Gre go. Virtus boni operis perseuerãtia est. Patet in naturalibus, qa arbor paulatim augmentatur, nec uidetur eius augmen tũ qñ actu fit, etiã si semp aspiciat. Idẽ in artificialib⁹, qa dom⁹ paulatim fit. Primo ponitur fũdamẽtũ. Deĩde fiunt parietes &c. Idẽ etiã in spiritualibus, paulatim hõ augmentatur coram deo in grã, ṽtutib⁹, & meritis. Iõ necessaria est pseuerantia, q̃ q̃diu uiuimus, est nobis necessaria a qua gratie dei de fõte excelso. Nota hic miraculũ de illo nobili milite Norman no, qui q̃diu fuit in peregrinatione, quo libet die, mane, & sero orauit, q̃usq; ue nit ad castrum suum. In die eñ qua de buit castrum intrare dimisit orationẽ, & illa die castrum suum fuit cõbustũ. Ideo xps: Oportet semp orare, & non defice re. Luc. xviij. Semper. i. in omni die, ma ne, & sero. Ergo sine intermissione ora te, mane, & sero. j. ad Thessal. v.

Dominica. vj. post festum trinitatis. Sermo. j.

Veniẽs offeres mun⁹ tuũ. Mat. v. Sermo erit de scõ euangelio istius dñice, & habebimus multas bonas moralitates &c. Salutetur uirgo Maria. Et resume thema. In sancto euãgelio hodierno, quod totum est doctrina, & uerbum Christi, docet nos tria que debem⁹ habere, ualde necessaria ad nostram saluationem.

Primum est intentio celestialis.

Secundum est dilectio uniuersalis.

Tertium est deuotio spiritualis.

Et nũq̃ sine his trib⁹ potuit aliqs intrare paradisum. Et de tertio, & ultimo lo qui tur thema, Veniẽs. s. ad deũ, offeres mu nus tuum. Dico primo q̃ xp̃s docet nos hr̃e intentionem celestẽ. s. q̃ in omnib⁹ operibus nostris, siue loquẽdo, siue ope rando, intẽtio sit celestis. s. ad deũ, q̃ nõ fiat rõne hypocrisis, uane glorie, seu bo noꝵ tẽporaliũ acqsitionis. Rõ, nã in oĩ bus operib⁹ principalitas stat moral'r in intẽtione agẽtis, tã in bonis operibus q̃ in malis. Intiñ q̃ intẽtio hominis agen tis dat actui spẽm, naturã, & nomẽ. Verbi gratia. In bonis operibus, ut si iudex uo lens facere iustitã in aliq̃ q̃stione, & ppt hoc dat eleemosynã paupi, & notario, & sagioni, ut sint sibi fauorabiles ĩ dicta iusticia faciẽda. Talis actus eleemosyne magis dicendus est actus iustitie, q̃ miẽ. Idẽ de malis operib⁹ seu pctis. Verbi grã, de aliquo q uult cõmittere luxuriã cum aliqua, sed illa non uult cõsentire nisi p pecunijs, rõne cuius ille cõmittit furtũ, ut posit dare mulieri, illud furtũ poti⁹ debet dici luxuria q̃ furtũ. Item p opposi tum, si aliquis peccat cũ aliqua muliere, ut postea in nocte posset eã depdari. Ta lis luxuria dicetur potius furtum, q̃ luxu ria. De hoc uide sctm̃ Tho. in q̃tlibe. iij. ar. xix. Patet regula, q̃ in omnibus operi bus principalitas stat moral'r in intẽtio ne agentis. Hoc sciens Christus, uoluit ordinare nostrã intẽtionẽ. Hoc ostẽdit in prima parte euãgelij, dicẽs, Nisi abũ dauerit

dauerit iustitia uestra plusq̃ scribarum,& Phariseorũ,nõ intrabitis in regnum celorũ.Scribe,& Pharisei omnia opera sua faciunt ut uideãtur ab hominib⁹. Mat.xxiij. Dicatur quid est Phariseus, & scriba. Scriba dicebatur.s.a nótitia scripturarũ. Isti Pharisei, & scribe faciebãt multa bona opera,& magnas eleemosynas, ieiunia,& orationes,sed non habebant intẽtionẽ celestẽ,forma deficiebat eis.Dicaſ quomodo quando uolebant facere eleemosynas, pco cum tuba ibat ante eos dicẽs,Si quis uult eleemosynã, ueniat ad domũ talis &c.& totaliter fundabant se in ista uana gloria. Autoritas. Cum facis eleemosynã noli ãte te tuba canere,orare,sicut hypocrite faciũt ĩ synagogis, & in uicis,ut honorificentur ab hominib⁹. Ecce intentio. Amen dico uobis receperũt mercedẽ suã. Mat.vj. Iõ dicit Christus , Nisi iustitia uestra abundet plus in intentione,ꝙ sit celestis, nõ ĩtrabitis in regnũ celorũ. Si dicatur ab aliquo simplici, quomodo in eleemosyna faciẽda habetur intentio celestis?Rñdeo ꝙ quatuor modis potest haberi .s. cogitando creationẽ,gubernationẽ,redẽptionẽ,& glorificationẽ. Prim⁹ mod⁹ fit qñ uides pauperẽ,cogita ꝙ de⁹ ita bñ creauit illũ sicut te. Illum pauperem, ut per patientiam acquirat paradisum, & te diuitem, ut per misericordiam salueris. Secundo cogitãdo gubernationẽ, quõ de⁹ gubernat totum mũdum,qui est pater oim. Iõ amore tãti patris dabo isti eleemosynã. Tertio cogitãdo redẽptionem, quomodo xp̃s aperuit bursam siue cophinũ sui corporis,dans nobis in eleemosynã totum suum sanguinem , per caput, manus, pedes , & latus &c. Ideo amore sui da eleemosynam . Quarto cogitando glorificationem, quando pauper pulsat ad ianuam tuam petens eleemosynã, tu debes cogitare,sic anima mea ueniet ad portam paradisi pulsans. Mat.xxv. Dñe dñe aperi nobis, & petens eleemosynã, ut tunc deus mihi faciat eleemosynam, nunc faciam eleemosynam huic pauperi. Aliq̃ istorũ modorũ in eleemosynis faciendis intentio debet ad deũ ordinari, & tunc erit celestis. Vñ dicit xp̃s,Nisi abundauerit iustitia &c. Item illi scribe & Pharisei abũdabant in orationib⁹,orãtes cũ magna reuerentia,& genibus flexis. Opus erat bonũ,sed intẽtio erat mala, quia ut uiderentur ab hominib⁹. Dicatur mod⁹, quẽ seruabant in suis orationibus. Ibãt eñ ad loca ubi gentes cõgregabantur, & ibi orabant suspirando, percutiendo pect⁹, ut uiderentur, & dicerent gentes, O q̃ deuoti sunt isti. Autoritas. Cũ oratis, nõ eritis sicut hypocrite, qui amãt in synagogis, & in angulis platearũ stantes, orare ut uideãſ ab hõinib⁹. Amẽ dico uobis, receperunt mercedem suam. Mat.vj. Ideo in nostris orationib⁹ ordinemus intentionẽ ad deum. Si dicatur, quomõ ordinatur. Rñdeo, dãdo modũ clericis, & religiosis, quẽ in septẽ horis canonicis, quas tenenſ dicere, obseruare debent. Alias deus recipiet sibi ipsi in commissum. Nota, debẽt ordinare suã intentionẽ ad deum, cogitando in qualibet hora canonica quare fuit instituta. In matutinis, quia tali hora fuit capt⁹, & sic de alijs horis, sic ordinaſ intentio ad deũ. Secundo in laicis ordinatur intentio isto mõ, anteq̃ orõnẽ suã incipiãt, debẽt se signare. Oñde eis, & post cogitãdo ꝙ uidẽt xp̃m in cathedra, & incipiant Pr̃ nr̃. Idẽ de Aue Maria. Vnde dicit xp̃s, Nisi abundauerit iustitia ur̃a.s. orando, plus q̃ scribarũ & Phariseorũ, non intrabitis in regnũ celorũ. Item scribe, & Pharisei abundabant in ieiunijs, sed non recta intẽtione. Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocrite tristes, exterminãt enim facies suas, ut appareant hominibus ieiunantes. Amen dico uobis receperũt mercedẽ suam. Si queratur, quomodo in ieiunijs est intentio ordinãda, & alijs abstinentijs. Nam omnis afflictio corporalis includitur ieiunio, qa affligendo te ... ieiunat a delectationibus. Intentio ordinatur sic, cogitando propter pctã ... & magna q̃ fecit cõtra deum, dãdo corpori & carni delectationes, castigando ... nijs, & alijs afflictiõib⁹, & carnẽ meã, ne ...

in-

in inferno castiget,&c. vt possim dicere in die iudicij, Feci iudiciũ & iusticiã, nõ tradas me calũniãtibus me. ps. cxviij. Videt ergo quõ intẽtio celestis. &c. Iõ dicit, Nisi abũdauerit iustitia &c. De hoc dabo uobis similitudinẽ pulchrã natura lẽ. Dicũt naturales phil. ꝙ aqla habet uisũ acutissimũ, & fortẽ, ita ꝙ ĩ meridie sine tedio respicit rotã solis, & masculus zelotip⁹ de femella, uolẽs ꝓbare pullos an sit filij sui, extrahit pullos đ nido, & si nõ respiciũt solẽ, ĩterficit eos, & ꝓijcit. Si autẽ respiciũt solẽ, reponit ipos ĩtra nidũ, & pascit tãq̃ ꝓprios filios. Istã cõditionẽ habet xp̃s. Ipse eñ ĩ oĩb⁹ opib⁹ q̃ fecit ĩ hoc mũdo, respexit solẽ. s. oĩa faciẽs ad gl̃iã pr̃is. Ego gl̃iã meã nõ quero, sed glorifico patrẽ meũ, q ĩ celis est. Ioã. viij. In hoc cognoscit pullos suos. s. xp̃ianos, quãdo exeũt de nido hui⁹ mũdi. s. p mortẽ, qb⁹ dicit xp̃s, Videam⁹ qd fecisti ut debeas habere paradisũ. qd r̃ndet? Dedi elemosynas, oraui, ieiunaui, & sic đ alijs. Ad quẽ xp̃s, Modo uideam⁹ si respexisti retro. s. illa faciẽs aliq̃ sinistra, aut mundana ĩtẽtione, & si ita est, ꝓijcit eũ ĩ inferno. Si ṽo respicit recte. s. ꝙ oĩa fecit bona, & sancta intẽtione, reponit ipsum in nido padisi. Iõ dicit xp̃s ipe quasi tangendo ꝙ est p̃dictũ. Si oculus tu⁹ fuerit simplex, totũ corp⁹ tuũ lucidũ erit. Si autem ocul⁹ tu⁹ fuerit neq̃, totũ corp⁹ tuũ tenebrosũ erit. Si ergo lumẽ qd' ĩ te est tenebre sunt, ipe tenebre q̃te erunt? Saluator nr̃ Iesus xp̃s dicit notãter simplex, & nõ triplex. Nota ocl's. dicit gl. i. ĩtẽtio, totũ corp⁹ tuũ lucidũ erit. glo. i. tota cõgeries operũ tuorũ lucida erit. Mat. vj. Dico scd'o ꝙ oñdit nobis dilectionẽ uniṽsalẽ. i. ꝙ hõ amet deũ sup oĩa, & ꝓximũ ꝙ nõ solũ ore, sed corde, & ope. Hoc oñdit cũ dicit, Audistis, qa dictũ est ãtiqs, nõ occides. Qui autẽ occiderit, re⁹ erit iudicio. Ego aũt dico uobis, qa oĩs q irascitur fratri suo reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo racha, reus erit consilio. Qui aũt dixerit, fatue, re⁹ erit gehẽna ignis. Nota racha nihil significat, sed est ĩteriectio Hebraica, & sonat derisionem, sicut nos dicimus deridẽdo aliquẽ, uah. In isto textu Christus ostẽdit nobis dilectionem uniuersalem in opere, non damnificando proximũ in persona nec in bonis. De hoc dicit scriptura. Filioli mei non diligamus uerbo, neq; lingua, supp. tantum, sed opere, & ueritate. j. Ioan. iij. Secundo debemus eum diligere in corde. Ideo dicit, ne irascamur cum proximo, quia quandiu homo portat iram, odium, & rancorem in corde contra proximum, est in peccato. Autoritas. Omnis qui odit fratrẽ suum, est homicida. s. sui ipsius. j. Ioan. iij. & nisi remittat de corde, damnabitur. Autoritas. Pater meus celestis tradet uos tortoribus, nisi remiseritis unusquisq; fratri suo de cordibus ur̃is. Mat. xviij. Tertio est etiam diligẽdus ore, non iudicando, nec diffamando proximum, nec ipsum uituperando, dicẽdo, stulte, uel despiciendo dicendo, racha. Dicatur cõtra illos q ĩ cõsilijs despiciũt uoces aliorũ, dicendo, uah, &c. Item dicat cõtra mulieres, dicentes confessori, parcã, sed nõ loquar cũ ea. Nã dixit mihi ꝙ essem rixosa mulier, oportet loq & remittere. Exẽplũ habem⁹ ĩ ṽgine Maria, q̃ maximã ĩiustitiã recepit ab inimicis xp̃i de morte filij sui, tñ loq̃bãt eis dicẽdo, amici. Quare ergo uos nõ remittitis? uidetur ꝙ nisi remiseritis, ꝙ nõ uultis lucrari coronã padisi, & q̃to ĩiuria est maior q̃ remittitur, tãto meritum est maius. Ideo remittatis. Virtus arboris, est in fundamẽto. s. radicibus. Et si arbor sit uiua in frondibus, apparet & in fructibus. Sic uos si habetis fundamẽtum, seu radicem dilectionis, ostendite in frondibus, id est bonis loquutionibus, & in fructib⁹, id est operibus utilibus. Dico tertio quod ostendit nobis deuotionem spiritualem, scilicet ut in nostro spiritu simus deuoti erga deum. Hoc ostenditur cum dicitur, Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliqd aduersũ te, relinq̃ ibi mun⁹ añ altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeres mun⁹ tuum. Est hic questio, cur in predictis uerbis dixit xp̃s

xit Christus clare, ꝙ si aliquis offendit
deũ & proximũ, ꝙ prius recõcilietur pro
ximo q̃ deo. Hoc est ualde mirabile. Nã
si aliquis offendit regem & rusticum, &
a sapiẽte quereret, cui prius deberet re
cõciliari, diceretur sibi ꝙ regi. Christus
dicit oppositũ, Vade prius recõciliari fra
tri tuo. Respõdeo ad questionem, ꝙ hoc
est rationabile. Nã in qualibet materia
dispositio precedit formã principalẽ, ut
patet in ligno cõburẽdo oportet ꝙ pri⁹
siccetur & calefiat anteq̃ ignis introdu-
cat formã. Idem de anima que est forma
substãtialis hoĩs, si habet informare cor-
pus uel debeat, oportet ꝙ primo mẽbra
uniãtur, nõ propter maiorẽ dignitatem
mẽbrorum corporis, sed propter neces-
sitatẽ dispositionis preuie. Ita in anima
forma principalis ipsi⁹ est deuotio spũa
lis, dispositio precedẽs istã formã est re
cõciliatio seu cõcordia mẽbrorũ. i. pro-
ximorũ. Ideo oportet si forma deuotio-
nis debeat anima introduci ꝙ precedat
dispositio recõciliationis. Hoc sciẽs xp̃s
dixit, Vade prius &c. Nõ prius hoc fit, ut
deus uelit dare maiorẽ honorẽ homini
quã sibi. Sed denotãdo ꝙ nemo põt pa
cificari seu cũ deo recõciliari, nisi prius
fuerit reconciliatus proximo. Et si opor
tunitatẽ nõ habet, ꝙ sit intẽtio bona, &
propositum firmũ faciẽdi cũ opportuni
tas fuerit, alias nõ poteris intrare paradi
sum donec remiseris. Dicatur exẽplum
de illo fratre Valeñ. q mortu⁹ habuit re
dire. Hic redijt petẽs ueniã & recõciliã-
do se cũ uiuo, ut posset intrare paradi-
sum. Patet ergo quare dicit, Vade prius
&c. Et concordat autoritas xp̃i dicentis,
Reddite q̃ sunt Cesaris Cesari, & q̃ sunt
dei deo. Mat. xxij. ubi primo ponit Cesa
rem quã deũ, non ex maiori dignitate,
sed quia proximo prius fiẽda est recõci-
liatio. Sicut dico hoc de una persona, ita
dico de una uilla seu cõitate, & prius de
bet disponi per bonã ordinationem cõ-
tra peccata notoria. Dicantur illa q̃ cur-
runt, & postea deus inhabitabit per gra-
tiam.

De eadẽ dominica sexta. Sermo. ij.

FRater tu⁹ habet aliquid
aduersum te. Habetur
uerbum istud textualiter
Mat. v. & recitatiue in euã
gelio currẽtis dominice.
In presenti sermone cogitaui uobis da-
re cognitionẽ de aliquibus magnis pec
catis, que fiũt cõtra deũ, ut corrigantur.
Sed primo salutetur uirgo Maria. Pro
breui declaratione huius uerbi, & intro
ductione materie sciẽdum ꝙ dominus
Iesus Christus saluator & redẽptor no-
ster secundũ multas & diuersas excellen
tias quas habet diuersis noĩbus nomina-
tur in sacra scriptura. Si enim uolumus
ipsum considerare secundum suã eternã
diuinitatem, in qua cum patre & spiritu
sancto omnes creaturas creauit ex nihi-
lo, sic dicitur de⁹ creator, & ita nomina
tur a populo Christiano. Creator omni
rerum de⁹, q me de limo terre formasti.
Si autẽ consideretur secundũ suam infi
nitam maiestatẽ & dominationem, cui
omnes creature mundi subijciũtur, quia
sicut omnes de regno subiiciuntur regi,
ita omnes creature mundi subijciuntur
Christo, & secundũ hoc nominatur rex
& imperator. Domine rex omnipotẽs in
ditione tua cuncta sunt posita, & non est
qui possit resistere uolũtati tue. Hester.
xiij. Si uero secundum suã prouidentiã,
qua prouidet bestijs terre, piscibus ma-
ris, auibus celi, & angelis, sic nominatur
pater, quia sicut paterfamilias prouidet
&c. ita xp̃s, & sic nominatur ab Esaia. Tu
enim pater noster, & Abraam nesciuit
nos, & Israel ignorauit nos. Esa. lxiij. Si
autem cõsideretur secũdum aliã excellẽ
tiam & proprietatem. s. suã infinitã cha-
ritatem & amorem, quia uoluit suspendi
in cruce, ne sibi credentes & obedientes
suspenderentur in furca inferni, secun-
dum hoc dicitur redemptor. Tu domi-
ne pater noster, & redemptor noster, a
seculo nomen tuum. Esa. lxiij. Si aũt cõsi
deretur secũdũ suã copiosam largitatẽ,
quia nõ solum sibi credẽtes & obedien
tes iustificat, eis peccata remittẽdo, imo
etiam & sanctificat hic p gratiã, & in fu-
turo

...o gloriam largiēdo secūdū hoc dicit Esaias saluator. Vere tu es deus absconditus, deus Israel saluator. Esa. xlv. Nota absconditus, quia ut anima in corpore abscōdit, ita deitas in humanitate Christi erat abscondita. Si uero secundū suā profūditissimā humilitatem cōsideretur, quia uoluit induere saccū nostre carnis ad adiuuādum nos, & seruiēdū nobis, secundū hoc nominatur frater noster. Frater enim & caro nostra est. Gen. xxxvij. Et sic uocatur in themate a beato Mattheo, dirigēs uerbū populo Christiano, & cōmuni, uel alicui persone in particulari dicente, Frater tuꝰ. s. Iesus xp̄s habet aliquid aduersum te. s. indignationē ex peccatis q̄ contra eū fecisti. Patet thema iuxta intellectū quē uolo ꝑtractare modo, licet multa & grauia sint peccata in populo Christiano, ex quibus xp̄s frater noster indignatur, tamē in presenti solū loquar de tribus peccatis, scilicet

Primum est spiritualis indeuotio.
Secūdum intellectualis presumptio.
Tertium uniuersalis corruptio.

Ecce tria peccata, propter que dicit thema, Frater tuus habet aliquid aduersum te. Dico primo ꝙ primū peccatū de quo nunc intendo loqui, est spiritualis indeuotio. Antiquitus aūt populus Christianus habebat magnā deuotionē ad deū. Secundo ad ecclesiam. Tertio ad proximū ex feruore charitatis. Antiquitus eīm erant ita deuoti erga deū, ꝙ q̄n surgebāt de mane postq̄ erāt induti, anteq̄ ponerent se in negociis, orabāt cū magna deuotione & reuerentia. Vir in uno angulo, & uxor in alio, & filij in alijs. Idē in sero. Et mō qualiter orāt uestiēdo se, cingēdo, & enodādo, nesciūt enim flectere genua, sed si habēt loqui regi uel prelato, cum magna reuerentia loquuntur, & tamē deo nihil reuerentie impēdūt. Itē quolibet die in aurora audiebant unā missam deuote, & cum silentio, & deus erat cū eis in omnibus negotijs. Modo nec in dominica uolunt audire missam, nec timēt precepta penalia ecclesie, uel ueniūt tarde, nō ieiuni, & quādo sūnt in missa, non faciūt nisi loqui de rebus inutilibus &c. uel respiciūt mulieres. Itē cōfitebātur & cōicabāt oī die dominica, bini & bini processionaliter ueniebāt ad cōicādum, & postea dabāt sibi pacē. Mō autē nec semel in anno. Non cōfitentur in quadragesima nonnulli, nec cōicant in paschate cū tamē sint precepta penalia. Iam uerum est illud Dauid, Omnem escā abominata est anima eorum, & appropinquauerūt usq; ad portas mortis. ps. cvj. Antiquitus Christiani erāt deuoti, non solum ad regē Christū, sed ad reginā ecclesiā, de qua Christꝰ gn̄at filios, quia si aliquid esset necessariū ecclesie, erat pia cōtētio inter clericos & laicos, quia quilibet uolebat illud facere. Mō aūt totū oppositū est. Iā non est deuotio in mūdo. Antiquitus si ecclesia precepit aliquid ore prelatorū, quo ipsa loquitur excōicādo omnes timebāt &c. mō autē tātum nō timēt sentētias excōicationis, imo dicūt, ego non comedo minus, uel, ita bene sapit mihi prādiū quādo sum excōicatus sicut ante. Itē antiquitus q̄n intrabāt ecclesiā cū timore intrabant, mō aūt tripudiāt in ecclesia, & ibi tractantur matrimonia & alia negocia. Dicebat Dauid, quādo intrabat domū dei, Ego autē in multitudine mīe tue introibo in domū tuā, adorabo ad tēplū sc̄m tuū in timore tuo. ps. v. Tertio erga ꝓximū. Antiquitus si in aliqua uilla uel ciuitate aliqua actione sinistra miles, ciuis, uel mercator dānificabatur, amici oēs de illo statu subueniebant ei, & subleuabāt eū, qlibet dabat tantum uel tantū. Ecce deuotio. Modo aūt si unꝰ alteri posset eruere oclm, faceret, nō est deuotio. Itē si aliqs hō erat captus uel captiuus, dicebat aliquis uxori, Vbi est uir uester? diu est ꝙ nō uidi eum. Et uxor, Dn̄e captus est, uel captiuus ex debitis, liberabat eū soluens pro eo secrete. Modo Christiani renegāt nomen dei in Barbaria &c. Item quādo uidebant aliquam iuuenem uel puellam pauperculam, statim uocabant parētes dicentes, quare nō datis sibi uirum? Respondebāt, Domine multi uellēt eā,

q̃a bona iuuenis est, sed nõ habet dotẽ. Secrete dabãt sibi &c. Modo aũt si diues uidet uiduã uel puellã paupẽ, statĩ nitit eã seducere cum una mala ruffiana &c. Idẽ de mercatorib⁹ emẽdo & uẽdẽdo, cauebãt a mẽdacijs, & deceptionib⁹, mõ si illud qd' ualet tres florenos pñt habere ꝓ.xij. denarijs, nullã sibi formãt conscietiã. Itẽ uicinus remittebat emptorẽ uicino dicẽs, Ego rẽ illã uẽdidi hodie, & ille habet ita bonas res ut ego, ad illũ accede. Sed mõ nõ est nisi ĩuidia & malicia ĩter eos de eodẽ officio. Itẽ ãtiq̃t⁹ nõ tenebat curia iudicialis nisi semel in mẽse, & porte curie erãt plene telis aranearũ. Sed mõ est tanta malicia ꝙ non sufficiunt curie, nec audientia regis, nec aduocati, nec ꝓcuratores &c. Animalia bruta sciunt uiuere in nemoribus in pace sine contradictionibus, et hoĩes non. Finaliter iam completum est uerbum xp̃i dicentis, Qm̃ abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum, tũc ueniet cõsummatio, Mat. xxiiij. Ecce primũ peccatum, de quo frater noster Christus indignatur & conqueritur dicens, Habeo aduersum te pauca, scilicet numero, sed magna sunt grauitate, quia charitatem tuam primam .i. antiquam, scilicet feruorem, & deuotionẽ spiritus, quas habebas in principio Christianitatis reliquisti. Quid ergo sit faciẽdum? Memor esto unde excideris .s. de quo gradu deuotionis, & age pñiam, & prima opa fac. Apo. ij. Nota prima opa fac .s. erga deũ, eccel̃iam, & proximũ, alias minatur de⁹ dicẽs, Sin autẽ uenio tibi, & mouebo cãdelabrum tuũ .i. statũ, in quo stas de loco suo nisi pñiã egeris. Ibidẽ scd'ũ pctm̃ qd' est in mũdo, cõtra qd' xp̃s frater nr̃ ĩdignatur, est intellectualis p̃sumptio. Homines sunt presumẽtes de ꝓprio intellectu circa fidẽ, dicẽdo quõ un⁹ de⁹ est, tres persone, de incarnatione ṽbi, de sacramẽto altaris. Itẽ contra diuinas ordinationes. Deus em̃ ordinauit ꝙ spũaliter spũalia tractẽt dicẽs, Gratis accepistis gratis date. Mat. x. Sed p̃sumptio intellectus totum corrumpit, quia iã sacramẽta uenduntur, totum reducit ad symoniã. Si uultis cõmunicare dicit, tm̃ debetis offerre, nõ dicit, tm̃ dabitis, quia nimis esset discooptũ. Itẽ si uultis cõfiteri. Nota hic de illo paupere hoĩe, q non inuenit cõfessorem quousque portauit florenum in manu. Item si dant extremam unctionẽ, petunt linteamina, & unde hoc? Idem de sepulturis dicitur, quam crucẽ uultis, maiorẽ? tantum debetis dare &c. Ecce p̃sumptio intellect⁹, quõ corrũpit illa q̃ de⁹ gratis p̃cepit dare &c. Idẽ de missis sancti Amatoris, q̃ d' se sũt bõe, q̃a non sunt alie misse nisi que ꝑ ecclesiam sunt ordinate, tñ presumptio intellectus destruit & corrũpit totũ, & dãnat sacerdotẽ, & eum q eas facit celebrare, ꝓpter sex defectus & errores q̃ fiunt ibi ex p̃sumptione intellectus. Primo quia dicũt ꝙ ille misse debent celebrari sine interuallo in illis .xxx. diebus, ex quo sequitur ꝙ sacerdos etiam male paratus celebrat. Vbi inuenies tu sacerdotẽ semp paratũ &c. & sic sibi occasionẽ p̃stare uidetur, ut indispositus existens celebret. Secũd⁹ defect⁹ ẽ, ꝙ oportet dimittere missam ꝑ eccl̃iam iam ordinatam quolibet die. Ita poterit euenire ꝙ in die natiuitatis uel resurrectionis sacerdos habebit celebrare requiẽ. Terti⁹, quia sacerdos eo ꝙ .xxx. diebus continuis habet celebrare, petit plus &c. Quart⁹ error siue defect⁹, quia dicũt ꝙ sacerdos in illis .xxx. dieb⁹ nõ debet exire eccl̃iã, ex q̊ sequitur mlt̃a mala, & quia nõ est spũalis, tenebit ibi ludũ &c. Quintus, quia cũ dicit missa de trinitate, dicit sacerdos, faciatis ꝙ sicut ego dico ore, uos representetis in facto, & offeratis tres candelas cum tribus denarijs ĩ qualibet. Idem de septẽ gaudijs uirginis Marie. Idẽ de septem donis spiritussancti. Idẽ de .xij. apostolis. Sextus error siue defectus est, quia dicũt quod ille misse extrahũt unã animam de purgatorio .s. illã q̃ hõ uult. hoc est falsũ, licet em̃ .xxx. misse sc̃ti Amatoris extraxerĩt aĩam matris sc̃ti Amatoris de purgatorio, nõ sequit ꝓpter hoc ꝙ extrahẽt aĩam matris tue, uel p̃ris tui qui sunt

si forte fuit usurariꝰ uel homicida, qa sacerdos non est ita sanctus sicut sanctus Amator, nec qlitas peccati est eadē cū pctis matris scti Amatoris. Nota hic de illo rustico, q credens quod medicina que curauit eum de malo tibie, curaret etiam de omnibus malis, & fecit se medicum &c. Medicina sua erat cepa rubea &c. Nō debet fieri pactū ī missis, sed eligatis unum bonum sacerdotē, cui si parum datis, non debet dicere, parū datis mihi, si multum, non debet dicere, nimis datis, quia ualet plus. Sed si parum datis, parum habebitis, si multū, plus. Si queratis a me de bona rōne, quātum debetis dare sacerdoti. Dico q ex quo sacerdos dat uobis totum officium unius diei, q detis sibi prouisionem diei cōpetentē. Ista est mala p̄sumptio intellectꝰ, uadit & cessabit, ne dicat cū Iuda, Quid uultis mihi dare, & ego uobis eum tradam? Secunda p̄sumptio intellectus est circa iudicium hoīm, quando p propriū intellectum iudicāt illud qđ nesciūt, uel id quod pōt in bonū interpretari, & ipsi interpretantur in malū. De quo multū idignatur xp̄s frater noster. Nota de illo scō heremita, qui iudicauit comedentē de mane in die ieiunij, quē angelus uoluit percutere cū ense. Itē de illo sancto homine, qui iudicauit alium sanctum hominē, qui intrauit lupanar &c. Ideo auisetis uos, ne iudicetis facta uel dicta aliorum, q possunt bono animo fieri. Ideo apostolꝰ, Nolite ante tempus iudicare, quoadusque ueniat dominus qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. j. Cor. iiij. Tertia p̄sumptio intellectꝰ est mulierū. Nunquid esset magna presumptio mea, si ego qui nescio depingere, uellem corrigere & emendare imaginem ab optimo pictore depictam? Talis est presumptio illarum mulierum, que depingunt se. Deꝰ optimꝰ magister & pictor depinxit eas ad imaginē & ad siltudinē suā, & ipse dicunt, Istud unguētū ualet ad supcilia cōponēda. Dicit alia, Ego sū pallida, ego faciā me rubeā. Idē de capillis, de manicis, de caudis, retro aūt īcedūt sicut uulpes. Iō Apo. xviij. Ve ue ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis, qm̄ una hora ueniet iudiciū eius, inquit Ioānes. Ecce quare dicit thema, Frater tuus habet aliqd aduersum te. Habeo aduersꝰ te pauca, qa habes illic tenētes doctrinā Balaā, qa docuit Balach mittere scandalū corā filijs Israel. Pnīā age, si q̄minus, ueniā tibi cito, & pugnabo cū illis ī gladio oris mei. Apoc. ij. Mittit scādalū uēdēdo sacra, missas sancti Amatoris, & faciēdo iudicia temeraria, gladiꝰ oris dei erit snīa iudicialis, Discedite a me maledicti &c. Matt. xxv. Tertiū pctm̄ est uřis corruptio. Nota tres corruptiones, q corrūpūt totū mūdū. Prima em̄ est blasphemiarum cōtra deum. Blasphemia est magnū pctm̄. No. historiā iiij Reg. xix. đ Sēnacherib rege, q uenit contra Hierusalē, de isto peccato conquerit deus dicens, Dominatores populi mei &c. Esa. lij. Secūda corruptio est de lusoribꝰ taxillorum, qa ultra blasphemiā que ibi fit, est ibi rapina, qa nihil potest ibi lucrari, corrumpitur ille qui incipit primo. Secundo illi qui consentiunt. Tertio illi qui respiciūt. Quarto qui ponunt taxillos. Quinto qui concedunt pecunias. Sexto qui concedunt domum. Septimo domini & rectores hoc sustinentes. Tertia corruptio est de luxuria, que intantum inualuit, quod planctus Dauid impletur, Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt ī iniquitatibꝰ suis, nō est qui faciat bonum, non est usque ad unum, scilicet de adultis. psalmo. lij. Dicatur contra meretrices de hospitijs, & de secretis, que sunt in laqueum & non in remediū. De isto peccato cōqueritur deus dicēs, Habeo aduersum te &c. Nota cum dicitur, pauca, cū tot sint corruptiones, quia permittis mulierem Iesabel, que se dicit prophetam docere, & seducere seruos meos fornicari, ut habetur Apoc. ij. Nota Iesabel, id ēst fimꝰ. Ecce fetorē de luxuria. Deo gratias.

¶De eadem dominica. vj. Sermo tertius de epistola.

VLtra nõ seruiamus peccato. ad Rö. vj. Materia nostri sermonis erit quõ poterimus exire seruitutẽ peccati. Sed primo salutetur uirgo Maria, & resumat thema. De ista materia pro nũc uolo declarare uobis tres conclusiones.

Prima cõcl'o est ista, ꝙ status pc̄ti mortalis est captiuitas & seruitus ueraciter.

Secũda conclusio est ꝙ ista captiuitas seu seruitus est multũ periculosa generaliter.

Tertia cõclusio est ꝙ de ista captiuitate seu seruitute debemus nos redimere celeriter.

Ideo dicit thema, Vltra non seruiamus pc̄tõ. Dico primo ꝙ stat⁹ &c. ita ꝙ q̃diu homo stat in peccato mortali nõ credatis ꝙ sit liber, sed captiuus & seruus ueraciter. Ante pc̄tm̃ est liber, quia nec per oẽs demones inferni posset cogi ad peccãdũ, sed postq̃ cecidit in pc̄tm̃ mortale factus est captiuus & ligatus, iam non habet pristinã libertatẽ. Ideo ap̃ls talibus captiuis dicit, Resipiscãt.i. se soluãt, ut liberẽtur a diaboli laqueis, a quo captiui tenentur ad ipsius uoluntatẽ. ij. ad Tim̃. ij. Patet ergo ꝙ stat⁹ pc̄ti mortalis est captiuitas ꝟaciter. Sed est hic argumentũ in oppositum. Diceret aliquis, Nunquid hõ existẽs in pc̄tõ mortali habet liberũ arbitriũ? certũ est ꝙ sic, q̃a essentiale est anime, ergo quõ est captiuus? Respõsio est ista, & est sancti Thom. qui dicit, ꝙ si uolumus loqui de libero arbitrio quãtũ ad electionẽ uolũtatis, uel clarius q̃tũ ad desideria uolũtatis, pc̄tõr habet liberũ arbitriũ, sed si uolumus loqui quãtũ ad executiones, ligatus est & captiu⁹. Verbi gratia. Peccator põt ex libero arbitrio eligere siue desiderare ꝙ sit ita deuotus ut talis, uel ꝙ oret, uel ꝙ cõfiteatur, & sic de alijs. Sed quãtũ ad executionẽ predictorũ ligatus est & infirm⁹. Nec posset talia delectabiliter exercere. De omnibus istis autoritas. Cor hominis disponit uiã suam. Ecce desideria bona, sed domini est dirigere gressus eius q̃tum ad executionem. Prouer. xvj. Item alia autoritas Hiere. x. Scio dñe, quia nõ est hoĩs uia eius.i. executio, nec uiri est ut ambulet & dirigat gressus suos. Sed sicut hõ captus in carcere & ligatus põt desiderare dicẽs, O si essem liber, audirẽ missam, sermones, orationes &c. Desiderare põt, cathene ipm̃ retinẽt ne talia desideria ueniant ad executionẽ. Ita est de illis qui sunt in peccato mortali, desiderãt, sed exequi nõ pñt &c. Si querat quõ hõ cadit in istam seruitutẽ seu captiuitatẽ. Solutio. hoc ostẽdit btũs Petr⁹ dicẽs, A quo enĩ quis superat⁹ est, huius & seruus est. ij. Pet. ij. Sicut qñ duo milites in campo clauso intrãt duellũ, oportet ꝙ aliquis princeps uel dñs teneat cãpũ securũ, ne ab aliqua parte fiat uiolentia, & amici duellantiũ expectãt, & qñ unus est uictus dicens, Ego me reddo, amici illi⁹ tristes fugiũt, & amici uictoris letant in canticis & tubis, & uictus efficitur captiuus uictoris. Ideo dicit apostolus, A quo enim quis superatus est &c.i. in duello, huius & seruus est. Idẽ de nobis debetis cogitare, ꝙ iste mũdus sit unus cãpus paratus ad duellandũ, de quo nõ possum⁹ nisi per mortẽ exire. Ideo Iob. vij. Militia est uita hominis super terrã. & sicut dies mercenarij dies eius. Mercenarius si bene operatur meretur mercedem, alias non. Idem de nobis, si bene & ardenter militamus meremur coronã. Nõ enĩ coronabitur nisi qui legitime certauerit. ij. ad Tim̃. ij. Aliter puniemur in inferno. Rex qui tenet cãpũ securũ est deus habitans in curia eternitatis. Nullus diabol⁹ põt facere uim cuicũq; nostrũ. Dũ fit istud duellũ parentes nostri.s. patriarche, prophete, ap̃li, martyres &c. & amici nr̃i.s. angeli & archãgeli stãt aspicientes, qlibet eorũ respicit per suã fenestrã.i. sciam. Tres persone diuine, q per eandẽ fenestrã.i. unã sciam uidẽt. Ex alia parte stãt demones expectãtes duellũ, & diabol⁹ debellando primo percutit gladio qñ tẽtat de auaritia dicẽs, si faceres hoc &c. posses lucrari tm̃ &c. sed homo resistit sibi dicẽdo, Modicũ lucratur q per-

animā &c. Secundo percutit cū ense
uitatis dicēs, Nūquid portasti tu tan-
ā uiro tuo dotis, sicut illa illi, & illa fuit
am bis induta a uiro suo &c. resistit di-
cendo, Ego sum bene induta, ego nolo
esse nec debeo esse uana & curiosa. Nā
beatissima uirgo Maria simpliciter ibat
induta &c. Itē qñ tentat de uexillis, corti
nis, & scutiferis &c. resistitur dicēdo, To
tū hoc est uanitas. Itē percutit diga subi-
to. s. qñ tentat de luxuria, dicēdo, si pos-
ses loqui cū tali muliere &c. resistitur, di
cendo, O miser pro tā breui solatio tātā
penā oporteret me semper pati ī īferno
&c. Isto mō resistitur diabolo, per humi
litatem contra superbiam, per liberalita
tem contra auaritiam, per castitatem cō
tra luxuriam. Tunc diabolus est uictus.
Et per parentes & amicos nostros fit ma
gna letitia in celo. Auto. Gaudiū est an-
gelis dei super uno pctōre pn̄iam agēte.
Luc. xv. Tunc demones uicti tristes rece
dūt. Hoc petebat Dauid dicēs, Fac mecū
signum, scilicet uictorie, in bonū, ut ui
deant qui me oderunt & confundant,
quoniam tu adiuuisti me, & consolatus
es me. Tunc diabolus uictus est captiu9
illi9, qui tantum timet eum q decetero
non uenit ad eum tentando. Sed si hō
forte uincitur a diabolo, quando tentat
sibi consentiēdo, homo est uictus, & sta
tim parentes & amici nostri faciunt ma-
gnum planctum tristitie. Autoritas. Ecce
uidentes clamabunt foris. Angeli pacis
amare flebūt. Esa. xxxiij. Angeli pacis, nō
loquitur de malis angelis, quia illi dicū
tur angeli guerre. Nota amare flebunt.
Et nunquid in paradiso pōt esse fletus
uel tristitia? Dicūt hic glose & doctores,
q in celo nō est tristitia, dolor, uel flet9,
sed quod illa detestatio dicitur flet9. O
si a nobis posset uideri quando anima ui
cti tenetur ligata a demonibus, sed caro
impedit ne hoc uideatur, tunc demones
faciunt magnum festum. Autoritas. Si
pstas anime tue cōcupiscētias eius faci
ette in gaudiū inimicis tuis. Eccli. xviij.
Patet prima cōclusio, q stat9 peccati est
captiuitas, seu seruit9 ueracit. Autoritas,

Peccauim9 in conspectu tuo, & idcirco
tradidisti nos in manū inimicorū nostro
rū. Iustus es domine, & nūc nō ei sufficit
quod durissima nos opprimunt seruitu
te. Hester. xiiij. Ecce hic conclusio for-
maliter in ista autoritate. Dico secundo
qd ista captiuitas est multū piculosa ge
neraliter tā diuitib9 q̄ pauperib9, tā hoī
b9 q̄ mulierib9, iuuēib9 & senib9, clericis
& religiosis. Hoc potest declarari p quā
dam similitudinem datam a scō Barlaā di-
cente, q erat quidam hō ambulans p al-
tissimā montaneam, p uiam strictissimā,
& impegit & cecidit, & tn̄ deus fecit sibi
grām q arripuit unum ramum, & ibi te
nuit se. Et respiciēs in altū nō poterat a
scēdere p se sine adiutorio. Respiciens
deorsum erat profūditas usque ad abys-
sum. Dū sic staret, uenit una ratta alba ro
dens arborem siue radicē rami, nec po-
terat illā repellere, deinde post illā uenit
alia ratta nigra. Iō dicebat, O miser &c.
Cogitate in quanta miseria & periculo
erat ille paup hō. In tali periculo est qui
libet existēs ī pctō mortali, persona eīn
existens in gratia dei ambulat per mōta-
neā altissimā, & per uiā strictā pn̄ie, q a
arcta est uia q ducit ad uitā. Mat. vij. Qui
tenet bonā uitā restrīgit se a nimio ci-
bo, potu &c. uñ scribit, Delectaberis sup
dño, & sustollā te sup altitudines terre.
Esa. viij. Et talis delectatio signum est
quod est in gratia dei, quando delectabi
liter facit opera dei seu opera penitētia
lia, orationes & contēplationes. Et pñt
dicere tales cū aplo, nostra cōuersatio ī
celis est. ad Philip. iij. Si dicatur, qūo pōt
fieri. Cantat eccl̄ia, Qm̄ in hac peregrina
tione solo corpore constitut9, cogitatio
ne & auiditate ī illa eterna patria cōuer
sat9 est. Ecce qūo ambulat alte & p stri-
ctā uiā. s. pn̄ie. Sed impingit homo ali-
quotiēs, qñ. s. psona deuota recreari uult
cū aliq̄ creatura, ī q pōit suū amorē quē
ad deū debet hr̄e. Quod deuoti, religio
si, & clerici, & heremite ambulāt in altū
&c. sed īpingūt ī aliq̄ familiaritate. Inci
piūt a Credo ī deū, & post modicū ueni-
ūt ad carnis tētationē &c. Itē dicat de m

tis mulierib⁹, monialib⁹, uiduis, & maritatis, q̄ bona intentiōe, & sc̄tā, recipiūt aliquā bonā familiaritatē alicui⁹ deuoti, religiosi, seu clerici, q aliq̄ties malo fine terminaſ. Iō cū nulla creatura recipe debetis nimiā familiaritatē, nec loq ī cōfessiōe p̄cise, nec uisitare debetis frequēter, alias poterim⁹ dicere, o fortis. s. deuotus, īpegit ī fortē, & ābo pariter cōciderunt. Hie. xlvj. Iō dicit ap̄s. j. Cor. x. Qui se existimat stare, uideat ne cadat. Tentatio nō uos app̄hēdat nisi humana &c. Iō Hier. dicit, mulierē quam bn̄ cōuersātem noueris, mēte dilige, nō corporali frequētatione. Postq̄ u᷑o p̄sona cecidit, app̄hēdit ramū flexibilē. s. uite corp̄alis, q̄a p̄dita per pc̄tm̄ uita sp̄ūali, n̄ restat nisi corp̄alis. Iō cātat ecc̄l̄ia, media uita ī morte. &c. Nota media uita, uita cōpleta est sp̄ūalis & corp̄alis, sed uita sp̄ūali p̄dita solū remāet corpalis uita debilis, & flexibilis. Que ē uita ur̄a? uapor ad modicū p̄ēs. Iac. iiij. Et duo mures, alb⁹. s. dies, & niger. s. nox, cōtinue rodūt uitā ur̄am, licet debilis sit. Deorsū respicitur infernus. Videſ ergo nobis paruum periculum, in quo peccator cōsistit. Sed si illud cogitaremus, nollemus comedere, nec bibere, sed clamaremus, adiuua adiuua, quousq; essem⁹ extra peccatū. Patet ergo cōclusio, q̄ talis captiuitas pc̄tī est multum periculosa generaliter. Istam conclusionem intelligēs Dauid, post peccatum dixit, Circundederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me. No. circundederunt, non dicit cooperuerunt. Ratio, quia nullo modo nec ab ante per bona opera facta, nec retro p bona opera fienda, nec a dextris per amicos, nec a sinistris p inimicos, a dictis piculis liberari potest. Sed bene per sursū a deo, quod fit quando homo confitetur peccata sua deo qui ei mittit chordā de sursum, trahens eum per absolutionem. Patet conclusio secunda. Dico tertio, q̄ talis peccati captiuitas, seu seruitus, debet a nobis uitari aperte, & de ista captiuitate debemus nos redimere celeriter. Amore uestri quesiui modum exeundi saltem captiuitatem peccati in biblia. Et inueni p figuram filiorum Israel exeuntiū de Egypto, qui fecerāt quinq; qui fuerūt figura, quomodo nos debem⁹ exire de captiuitate peccati, quinq; faciendo. Ideo dicit apostolus ad Roma. xv. Quecunq; scripta sunt, ad nostram doctrinā scripta sunt. Primo in exitu filiorū Israel de Egypto, dicit dominus Moysi, Ista nocte populus exibit, sed recipiatis agnū, & coquatur in ueru, & comedatur cum succo de lactucis agrestibus &c. Secundo precepit quemlibet exire de domo sua, dicens, Foris, foris. Tertio uenerūt ad mare rubrum, ut transirēt, & dixerūt, O domine, & quomodo transibimus sine nauibus? dixit, Ego diuidam mare, & transibitis. Quarto uenerunt ad desertum asperum, & siccum. Quinto, p̄uidit eis de manna &c. Si uolumus exire seruitutem peccati, isto modo oportet nos facere. Primum quod faciendum est, coquatur agnus. Ecce contritio, per quam agn⁹. i. spiritus coquitur in igne doloris, & contritionis, & comeditur cum succo amaro lacrymarum. De hoc autoritas. Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum. Secundo ab Egypto extra domū. Ecce recessus a mala societate. Multi in sermonibus recipiūt bonum propositū, sed quando habent in domo malam societatem, perdita deuotione, peccant propter occasionem. Ideó foris recedere debetis a mala societate. Ideo dicit xp̄s. Si manus tua, uel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & p̄ijce abs te. Mat. xv. Ideo foris exire debetis. Et tūc poteritis dicere, In exitu Israel de Egypto, domus Iacob de populo barbaro, facta est Iudea sanctificatio eius. Tertio trāsierunt mare rubrum. Ecce confessio, que potest dici mare amarum, quia quasi homo diffamat se &c. Dicitur rubrū, q̄a uirtutē habet a sanguine passionis xp̄i. Istud mare aperitur pc̄tōri cū uirga. i. cruce, q̄ fit a cōfessore in absolutiōe. Quarto oportet uenire ad desertū. s. p̄nīe, castigādo filiū. i. corpus, seu filiā. i. carnē, ne a demonio⁹ in inferno castigetur. Dicitur siccū per ieiunia &c. & solitariū per orationē. Iō Dauid

ad in perſona penitentis dicit,In terra deſerta, inuia,& inaquoſa. Quinto, dat mána.ſ.cõio corporis xp̄i,poſtq̃ hõ fecit quatuor p̄dicta.Iõ dixit Moyſes,Iſte eſt panis, quem dedit uobis dominus ad ue ſcendum.Exod.xvj.Dicitur panis mána, quia prefigurabat ſacramẽtum altaris.Iõ dicit Chriſtus,Non Moyſes dedit uobis panẽ de celo uerũ,ſed p̄r me⁹ dat uobis panem de celo uerum .Panis enim uer⁹ eſt qui de celo deſcendit,et dat mundo uitam.Ioã.vj .Ecce qũo poteris exire ſer uitutem peccati.Iõ dicit apo. Roma.vj. Cum ſerui eſſetis peccati, liberi. i.ſepa rati a iuſtitia,fuiſtis iuſtitie. uſq;, finem uero uitã eternã.Patet tertia cõcluſio.

Dñica.vj.poſt feſtum trinitatis, de epiſtola,de uirtutis exercitio.

Sermo quartus.

Nos in nouitate uite ambulemus. ad Roma.vj. cap. Materia quã nunc uolo predicare erit qũo & in quibus uirtutibus debem⁹ nos exercitare. Si deo placet erit materia pro reformatione uite,& conſolatione aiarum. Saluteẽ pri⁹ ỽgo Maria &c.Pro declaratione huius uerbi & materie introductione ſciendũ ꝙ anima noſtra inter alias excellẽtias quas habet plus quã corp⁹,eſt,ꝙ anima põt renouari,& corpus non põt renouari.Rõ eſt iſta.Nã antiquitas corporis uenit ex neceſsitate & curſu naturali,quia temp⁹ & etas portãt ſuã ſenectutẽ. Iõ nulla potẽtia creature corp⁹ poſſet renouari,niſi a ſola dei potẽtia qa nõ legit̃ unq̃ fuiſſe factũ.Senect⁹ aũt & antiquitas anime nõ euenit ex neceſsitate ſeu curſu naturali,quare aĩa hominis centum annorũ eſt ita iuuenis, hoc eſt ita recens,ut anima pueri unius diei.Nã ſolũ corporalia & carnalia corruptibilia ſeneſcũt & antiquãtur,ut domus,arbor,hõ,equus,& ſiſia. Quod antiquatur & ſeneſcit prope interitũ eſt . ad Heb.viij.Sed res ſpirituales nõ antiquãtur nec corrumpũtur.Nam Michael eſt ita iuuenis,hoc eſt ita fortis modo ſicut in die creationis ſue . Idẽ de alijs angelis . Idem de rebus corporalibus incorruptibilibus,ut de ſole , luna,& ſtellis,q̃ non ſeneſcũt nec antiquãtur.Patet ergo ꝙ ſenectus proueniẽs ex neceſsitate & curſu naturali ſolum eſt in rebus corporalibus corruptibilibus, que nõ poſſunt renouari niſi a deo immediate, quia talis antiquitas uenit per neceſsitatem naturalem.Sed anima antiquatur non per neceſsitatem , ſed per uolũtatẽ criminalẽ.ſ.ex mala uolũtate, & mala inclinatione ad p̄ctã.Et ſicut ſenectus & antiquitas corporis aufert eius uirtutẽ,& facit ip̄m canũ,& rugat & reſtringit pellẽ ,& facit ipſum ire curuũ , ingroſſat uiſum, aufert ſaporẽ,& appetitũ comedẽdi. Ita ſenectus aĩe facit aĩam canã per preſumptionẽ intellectus, rugat per p̄ctm̃,& ſic de alijs. Aut̃ .pſ.lxvij. Filij .ſ. per baptiſmũ de ſpõſa ſua geniti, alieni,ſup. effecti,inueterati ſunt.ſ.per uolũtatẽ criminalẽ,ſed anima põt renouari & nõ corpus,ut dictũ eſt ex uolũtate hoĩs mediãte dei gratia. Aut̃. de corpore & de aĩa. Licet is qui foris eſt , nr̃ hõ corrũpatur, tamen is qui intus eſt renouatur de die in diẽ.ij.Cor.iiij.Si ergo aliquis noſtrũ eſt antiqu⁹ in p̄ctĩs nõ debet deſperare, quia uirtutibus poſſumus in aĩa renouari.Iõ dicit the.Nos in nouitate uite ambulem⁹. Patet the.Modo uideamus per quas uirtutes & quibus modis poſſum⁹ renouari in anima & in uita.

Prima eſt uera humilitas.

Secunda pia largitas.

Tertia pura caſtitas.

Ergo in nouitate uite &c. Dico primo ꝙ hõ poteſt renouari per uerã humilitatẽ. Sciẽdũ eſt ꝙ omne p̄ctm̃ mortale de liberate factum includit ſuperbiam.Rõ, quia per ſuperbiã hõ nõ uult humiliter ſubijci diuinis mãdatis,nec eccleſie ordinatiõibus. Quare tu recipis uindictã? nunquid ex ſuperbia?quia non uis humiliari precepto dei dicentis,Mihi uindictã,& ego retribuã, dicit domin⁹. ad Ro. xij. Idẽ de furto , cũ deus precipiat, Nõ furaberis.Exo.xx.Idẽ de uſura,cum dicit deus,Nõ feneraberis fratri tuo ad

uu ſ uſuram

usurā. Deu.xxiij. Itē idē patet de hoc ꝙ est nolle ieiunare ieiunia ecclesie. Patet ergo ꝙ omne pctm̄ mortale deliberatū uenit per superbiam. Quare hodie sunt tot mali religiosi in mūdo, quia nolunt humiliari ad seruādū regulā, cōstitutiones, & cerimonias. Nolūt subijci regule. Idem de malis clericis. Idē de malis laicis. Patet ergo ꝙ oīs inordinatio uite & pctm̄ uenit per superbiā. Auto. Initium oīs pcti est superbia, qui tenuerit illā implebitur maledictis, & subuertet eū in finē. Eccl. x. Si ergo oīs inordinatio male uite & abūdantia pctōrū uenit ex superbia. Si ergo uis renouari in aīa per oppositū humilia te, subijciendo te mādatis dei, dicendo, Decetero uolo uiuere iuxta mādata dei & ordinationē eccl̄ie, dicendo, Ego sum religiosus, decetero iuxta regulā uolo uiuere. Idē de clericis & secularibus. Et qn̄ persona proponit sic uiuere. Ex tali cordis humilitate cōpletur benedictionibus. Aut. Dauid in ps̄o. cij. benedicite primo, Qui replet in bonis desideriū tuū, renouabitur ut aqle iuuētus tua. Sup hoc uersu tangūt glose conditionē aquile, dicentes ꝙ aquile ex senectute induratur rostrū, & incuruatur in tantū, ꝙ nō pōt sumere cibū, & tunc ipsa fit macilenta & crescunt sibi plume. Sed naturali instinctu ipsa perqrit unū lapidē, & ibi ferit de rostro, & finaliter comedit & renouatur. Ita ut dicit Dauid, Renouabitur ut aquile iuuentus tua. Aquila antiqua est anima peccatrix, rostrū est intellectus acutus reuersus ad semetipsum per cōsiderationem proprie excellētie, qn̄ cogitat se esse de genere regio, uel ditiorē alijs, seu fortiorē, uel aptiorē. Idē de mulieribus qn̄ cogitāt se pulchriores, uel melius indutas, & sic de alijs, tam in bonis nature q̄ gr̄e, talis consideratio generat superbiam in hoīe. Sicut cōsideratio excellētie alteriꝰ generat humilitatē in corde cogitantis. Verbi gratia. Quādo hō cogitat excellētias alterius, quia est deuotus, uel magnꝰ clericꝰ, uel in magna dignitate &c. talis cōsideratio est causa humilitatis cōsiderāti, qui tūc dicit, O miser, nō sum talis &c. Cōtra istā cōsideratione͂ proprie excellētie dicebat apostolꝰ, Sed in humilitate mentis superiores sibijnuicē arbitrātes, non que sua sunt, supple excellentie, singuli cōsiderātes, sed ea que aliorū. ad Phil. ij. Si consideras bona tua, & mala proximi, superbia inflaris. Ecce superbia pharisei. De quo Lu. xviij. Gratias ago tibi domine, quia nō sum sicut ceteri hoīm. Qn̄ ꝟo anima ut aqla habet rostrum durū & retortū, non pōt recipere escas spūales, & sic maceratur, quia nō inuenit sibi delectationē nec saporē in aliquo cibo spūali. Aug. impius. i. superbus nō sentit dulcedinē dei, qa de febre iniquitatis palatū amisit. De istis superbis dicit Dauid, Esurientes & sitiētes, anima eorū in ipsis defecit. ps. cvj. Sed abūdat in plumis, ut aquila in uanitatibus ornamentorū, caudarū, & mulieres in capite abundāt. Iō Eccl̄s. j. Vanitas uanitatū, & omnia uanitas. dicit Eccl̄s. Rō quare ista fiūt, est qa aīa nescit esse sine aliqua delectatione spirituali, qua perdita recurrit & perquirit delectationes & cōsolationes tēporales, mūdanas, & uanas. Remediū ergo habemus, ꝙ ut aquila ad renouādū debemus percutere rostrū in lapide illo, de quo apl̄s, Petra aūt erat xp̄s j. Cor. x. Percutitur cū cogitando, uitā quā xp̄s uoluit tenere in hoc mūdo. Verbi gratia. Si uenit tentatio ut faciatis uanitatē in uestimētis. Cogitate qūo xp̄s fuit indutus, qui triginta annis portauit eādē tunicā, quā uirgo Maria sibi fecit cum esset puer. Percutiatis hic rostrū excēdo, O miser, rex meus. xxx. annis portauit eādē tunicā seu uestē, & ego facio quotidie istū excessum. Itē qn̄ mulier tētatur de bonis ornamentis, cogitate de uirgine Maria regina celi, que nūquam ornauit se nec depinxit. Dicatur quo lauabat faciē suā cū lacrymis. &c. Qn̄ beata Anna mater sua faciebat, sibi pulchra uestimēta, nolebat portare nisi intra domū &c. Iō qn̄ hō tentatur de mulis sonitiferis, de equis, de uexillis aureis, & similibꝰ. Cogitate qūo ibat Iesus sine equo

tendo pedibus humiliter &c. Per tales enim cogitatiões frangit̃ rostrũ superbie,& sic anima incipit habere appetitũ, iam sapiunt sibi uerba dei.s. locutiones, prędicatiões,misse &c.Ecce quare dicit Dauid,Renouabitur ut aquile iuuentus tua.Ergo nos in nouitate uite ambulemus.Dico secũdo ꝙ possumus renouari per piã largitatẽ.s.in dandis eleemosynis de bonis a deo datis. Audite declarationem bonã.Sicut pc̃m superbie est initiũ oĩs mali & pc̃i.Iuxta illud, Initiũ omnis peccati est superbia.Ita etiã cupiditas seu auaricia est initiũ oĩs peccati.j. ad Thi.vj.Radix omniũ malorũ est cupiditas.Dubiũ est hic quõ possunt duo prima principia pc̃õrũ assignari.Respõsio ꝙ bene diuersimode. Nam in quolibet pc̃õ mortali sunt duo secũdum Aug.s. auersio a bono ĩcõmutabili, & cõuersio ad bonũ cõmutabile.Auaricia uero seu cupiditas est initiũ omnis peccati &c. respectu cõuersionis ad bonũ cõmutabile. Verbi gratia.Vnde sunt in mũdo tot mala in dñis,iudicibus, aduocatis, seu procuratorib⁹? qa nõ hñt oculũ ad iustitiã, sed expectãt quis magis eis dabit ex cupiditate & auaricia.Vnde in ecclesia tot symonie;quia omnia uendũtur ex auaricia seu cupiditate. Vnde in mundo tot usure,& tot furta, & deceptiões,& fraudes,emẽdo,& uẽdẽdo?Vnde tot guerre & mortes?ex cupiditate,quia tu uis hoc, & illud uolo ego.Idẽ dicit Geñ. ꝙ si ista duo pronomina, meum & tuũ, possent auferri, totũ esset pax.Vnde tot negligẽtie circa defunctos,ꝙ nõ cõplent testamenta?Nõne ex cupiditate? Quare retinẽtur mercedes laborũ pauperũ?nonne ex cupiditate?Vnde est ꝙ amicus interficit amicũ ĩ uia?nõne ex auaricia?Patet ergo ꝙ radix omniũ malorũ est cupiditas,& hoc quãtũ ad cõuersionẽ ad cõmutabile bonum.Qui ergo renouari cupit, expellat a se istã cupiditatẽ seu auariciã, & habeat copiosam largitatẽ & miam,& tunc tenebit cõsiliũ scripture dicẽtis, Nolite cõformari huic seculo,sed reformamini in nouitate sensus uestri,ut probetis que sit uolũtas dei bona,beneplacẽs, & perfecta,ad Ro.xij. No. cũ dicit, bõa, beneplacens,& perfecta.In his tribus uocabulis ponit tria opera misericordie. Primũ cũ dicit,uoluntas dei bona,q̃tum ad opera mĩe corporalia,beneplacens q̃tum ad opera mĩe spiritualia,& perfecta quantũ ad remissionẽ iniuriarũ. De ista materia datur exemplũ in natura de serpente,de quo dicũt philosophi naturales,ꝙ uadit retortus torquendo se, sed qñ est antiquus, induratur intm̃ ꝙ uix põt incedere. Tũc ipse ex naturali instinctu uel industria ieiunat, & post aliqua ieiunia uadit ad arctũ foramẽ, & ibi deponit pellẽ ueterẽ,& sic renouat̃. Persona auara est serpẽs incedens tortuose ꝓpter fallacias,& falsitates,& falsa iuramẽta,que facit ex cupiditate. Dicatur quando pauper uenit ad mutuãdum decẽ florenos.Placet mihi dicit usurarius.Sed dicetis notario, & ita iurabitis ꝙ mutuaui uobis.xij.florenos &c.Et si recipit pignus,seruit sibi de pignoribus,uel de cãpis recipit fructus,uadit retortus, & in confessione excusat se dicendo ꝙ recepit quod debet &c.Ecce auaricia. Iõ de auaro dicit Iob, Cor eius indurabitur tãquã lapis,& stringetur quasi malleatoris incus.Iob.xlj. No.Indurabitur quasi lapis,quando pauper petit eleemosynam ab eo,non solum nõ dat sibi,sed lapidat eum dicendo,uade,fodias,& similia uerba.Secũdo stringitur quasi malleatoris inc⁹, quẽ licet semper faber percutiat, tñ non emolitur,sic nec auarus,licet percutiat̃ & admoueat̃ xpi passione, dicente paupere qui nõ põt sibi soluere usurã,O dñe,amore passionis xpi agite mecũ misericorditer.Illo non obstãte infelix usurarius persequitur eũ crudeliter. Ecce quomodo est durus & antiquus.Iõ si uis saluari fac ut serpens. Primo ieiuna.s. abstinẽdo ab illicitis contractibus, post hoc,qa hoc nõ sufficit, sed oportet trãsire p arctũ foramẽ, uade p arctũ foramẽ restitutiõis usq; ad ultimũ obolũ, sic em̃ deponit̃ pellis dura auaricie.Si dicat̃, si ego restituã, uxor mea & filij mei

quid

quid facerent &c. si uxor sit bõa, & uult saluari, debet dicere uiro, Dñe restituatis, qa ego laborabo. Dicatur de illa uxore de qua dicit Vincẽtius de Lõgobardia, cui uir uoluit facere unã tunicã quĩgentorum florenorum in quodã festo. Que rñdit, Domine ego sum bñ induta, sed amore dei restituatis &c. Ad q̃ uir, Si omnia haberem restituere, oporteret me mẽdicare, quia omnia q̃ habeo sunt de usuris. Et ipsa dixit, Dñe ego faciam uobis partem de dote mea, q̃ non est de usuris. Dabo uobis .v. milia florenorꝝ, &. v. milia ꝓ me, restãtia ad uictũ nrm ordino, his uiuere poterimꝰ. Ista erat bona uxor. Sed mõ oportet ꝙ uiri faciãt usuras ut satisfaciant uanitatibus uxorum. Iõ exemplo serpentis, qui cũ labore depõit pellẽ, renouamini. Hoc d'r scptura, Expoliãtes uos ueterẽ hoĩem, cũ actibꝰ suis, & ĩduẽtes nouũ, eũ q renouaĩ ĩ agnitionẽ dei, secũdũ imaginẽ eiꝰ q creauit eũ. ad Coł. iij. Dico tertio ꝙ d bemus renouari ꝑ puram castitatẽ propter rõnes predictas, similiter carnalitas est aliq̃ mõ initiũ omniũ malorꝝ, quantũ ad delectationem carnis inclinando ad concupiscentias. Sicut superbia quantum ad auersionẽ, & auaritia quantum ad conuersionem. Ita luxuria quãtum ad delectationem est initiũ peccatorũ. Iõ apostolus, Cõdelector enim legi dei secũdũ interiorẽ hoĩem. Video aũt aliam legem in membris meis, repugnantẽ legi mentis mee, & captiuantẽ me in lege pcĩ, q̃ est in membris meis. ad Ro. vij. Et loquiĩ apłs in persõa cuiuslibet nostrũ. Ergo de carne ꝓcedunt pcã quãtũ ad delectationem. Si ergo uolumus renouari, recipiamus castitatem purã. Hoc nobis ostẽdit terra, que in hyeme est tota lutosa, aq̃sa, & sine fructu, sed in uere renouaĩ, siccaĩ, & tandẽ facit fructũ. Ita debet facere qlibet nostrũ. Si aliqs prĩo erat lutosus per luxuriã, exiccetur ꝑ castitatẽ. Silr si aliqs peccauerit aquosus per gulã, siccetur ꝑ abstinentiã, & infructuosus faciat fructũ meritorꝝ & bonorũ operũ. Prohdolor, multorꝝ uita mõ est infructuosa & aq̃sa. Et sicut tpe diluuij, qñ Noe emisit colũbã, quia nõ inuenit ubi requiesceret pes eius, reuersa est ad arcam. Ita est modo de spũsctõ, quia tota terra est lutosa p luxuriã, nõ reqescit in talibꝰ lutosis. Ideo nos exiccare debemꝰ per castitatem. Iõ orauit Dauid dicens, Emitte spm̃ tuum, & creabuntur, scilicet ỽtutes infuse. Nõ dicit formabuntur. Nam alique sunt uirtutes q̃ exeunt de potentia materie, ꝑ multiplicationẽ actuũ, & dicũtur ỽtutes usuales. Alie sunt q̃ solũ dãtur ex infusione, & iste creãĩ ĩ anima, ut uirtutes theologicales, septẽ dona spũsctĩ, & ẽt ỽtutes morales ĩfuse, & dicuntur ĩfuse qa creãtur. Et istas petebat Dauid, Emitte spm̃ tuum & creabuntur, & renouabis faciẽ terre .s. carnis. Ecce quare dicit thema, Nos in nouitate uite ãbulemꝰ. Deo gratias.

Dñica. vj. post Trinitatem. Sermo. v.
De modo ambulandi ad paradisum.

NOs in nouitate uite ambulemus. Habetur uerbũ istud textualiter ad Ro. vj. & in epła currẽtis dñice officiaĩ. De presenti intẽdo declarare in hoc sermõe oẽs modos quos deus ordinauit ad eundũ ad paradisum, qa the. dat mihi motiuũ. Credo ꝙ materia bona & utilis pro peccatorum corectione, & animarum nostrarꝝ consolatione, sed saluteĩ uirgo Maria. In hoc uerbo loquitur apłs ꝑsonis que diu uixerũt in peccato mortali & mala uita, ut renouentur ut arbores, que in hyeme uidentur mortue, sine folijs, floribus, & fructibꝰ, sed in uere renouanĩ, emittunt flores & folia, & finaliter faciunt fructũ. Ita debet esse de nobis. Persona que uixit ĩ peccatis est in hyeme frigiditatis sine amore dei & proximi, sine fructu operis meritorij & uirtutum. Iõ renouetur emittendo flores redolentes lachrymarum, compunctionum, gemituũ, & suspiriorum in peccatis. Nullꝰ ramus florum tãtum redolet apud deum. Tales prĩt dicere uerbum sapientis, Flores apparuerũt in terra nostra, &c. Cañ. ij. Deinde arbor debet facere folia uiridia. Ecce

ba con

hũ cõfessiõis accusantia, qñ dicit, Pater ego feci sic & sic, & hoc & hoc, & confitetur omnia peccata. Ista sunt folia recẽtia, que refrigerant aĩam. Apoca. vl. Folia ligni .s. hominis, ad sanitatem gentium. Deinde debet facere fructus .s. opera pñialia, orationes, eleemosynas, ieiunia, uigilias, audire missas, sermones, & hmõi. De istis fructibus dicit Christus, Facite fructus dignos pnĩe. Luc. iij. Aĩs modicum ualeret arbor que faceret flores & folia, & non fructus. Ecce qualiter debemus renouari ad instar arboris in estate florib⁹ & fructibus .s. deuotiõis & amoris dei, tũc de talib⁹ uerificat uerbũ illud Mar. Video homines uelut arbores ambulãtes. Mar. viij. Ambulare dicũtur arbores qñ faciunt flores. Ecce prima dieta. Scd'a quando faciũt folia. Tertia quando faciunt fruct⁹. Iõ dicit apl's in themate, Nos, sup. peccatores, qa nullus potest peccatis excusari, in nouitate uite ambulemus. Patet the. Quesiui amore uestri in sacra scriptura modos eundi ad padisum, postquam hõ est renatus in nouitate uite. Et inueni quinq; modos ambulandi per bonam uiam ad celum. Ambulant enim

Quidam equitando honorabiliter.
Quidam uadunt pedites ambulando humiliter.
Quidam nauigando delectabiliter.
Quidam natando periculose.
Quidam uolando uirtuose.

Non inueni plures modos eundi ad paradisum. Pro quolibet istorũ dicit them. Nos in noui. &c. Dico primo quod quidam ad gloriam uadunt equitando honorabiliter, ut persone ỽgines homines & mulieres, qui nunquam ceciderunt ĩ luto luxurie per aliquam immundiciam uoluntariam, qui si somniando contra uoluntatem &c. nõ ex hoc perditur uirginitas. Item si mulier uiolatur, ipsa contradicente quantum potest, non ex hoc perditur uirginitas, nec amittit coronam uirginitatis, nisi uoluntarie cõsentiat. Iõ custodiatur uoluntas, nec consentiat. Tales eñ persone ỽgines uadũt ad celũ eqtãdo honorabilit. Corp⁹ est equ⁹, spiritus est miles, equi eorũ, scilicet hominum, caro & nõ spiritus. Esa. xxxj. Recte sicut equus regitur a milite freno & calcaribus, ita persone ỽgines gubernãt equũ corporis freno temperantie. Qui autem uult cõseruare uirginitatem uel castitatẽ, debet gubernare corpus freno temperantie, quia quãtumcũque equus sit malus & rebellis, si sibi aufert auena, fit simplex & bonus. Idẽ de corpore nostro, si abstinemus nimio cibo & potu & delitijs, efficitur simplex. Aliter enim persona gulosa erit semp luxuriosa. Iõ sunt in mũdo tot mali clerici & religiosi, qa equitãt malum equum, & sine freno temperantie. Iõ cadunt in lutum luxurie & corruptiõis. Iõ dicebat beat⁹ Iac. de se, & de illis qui freno temperantie regunt equum corporis, & ait, Equis frena in ora mittimus ad cõsentiendũ nobis, & omne corp⁹ illorum circũferim⁹. Ia. iij. Itẽ etiã sũt necessaria calcaria ĩ dextro & sinistro, que sunt amor paradisi, & timor inferni. Istis duobus calcarib⁹ gubernat corpus, scilicet amore saluationis, & timore dãnatiõis. Si aũt equ⁹ corporis sit piger in bõis faciẽdis, pcutiat calcari dextero per talẽ consideratiõnẽ. Labora mõ, qa ex isto modico labore acqres requiẽ perpetuã. uel cũ sinistro dicẽdo, Labora modo ribalde, qa nisi mõ laboretis, ĩ ĩferno continue laborabitis sine reqe. Nisi modo ieiunetis, ĩ ĩferno ieiunabitis sine fructu. Idem de cilicio, disciplinis, & alijs afflictiõib⁹ corporis. De istis calcarib⁹ autoritas, Qui timetis dñm. Ecce đ pede sinistro. Diligite illũ. Ecce de dextro. Et illuminabunt corda uestra .s. ad bene operandũ. Eccli. ij. Tales uadunt ad paradisum equitando honorabiliter, uitãdo omnes occasiones & opportunitates illi⁹ peccati. Tales uadunt equitando cum Christo, & uirgine Maria, & beatis apostolis, Paulo, & Ioanne &c. De istis dicit Christus Ioanni euangeliste, Habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt uestimẽta sua, & ãbulabunt mecũ in albis, qm̃ digni

digni ſunt. Apo.iij. Nota habes pauca nomina.i.perſonas dignas nomine, in Sardis, que ſecũdũ interpretationẽ Hebraicã interpretatˀ, principatus pulchritudo. Tres ſunt gradus caſtitatis, ſcilicet,

Caſtitas coniugalis.
Caſtitas uidualis.
Caſtitas uirginalis.

Tertius gradus tenet principatũ. Caſtitas cõiugalis eſt qñ uir & uxor ſeruãt fidelitatẽ ſibi, & modũ &c. Secũdus gradˀ eſt melior uidualis, illorũ qui ex matrimonio uel alias perdiderunt uirginitatẽ, ſed de cetero cuſtodieſt ſe. Cauẽt ſe ab opportunitatibˀ, nõ uagãtur in aperto, quia dicitur ꝙ femina & gallina cito pdũtur uagando. Vt Dyna filia Iacob, q̃ cum egreſſa fuiſſet ut uideret mulieres illius regionis, quã cũ uidiſſet Sichen filius Emorenei princeps terre illius, adamauit eã, & rapuit, & dormiuit cũ illa, ui opprimẽs uirginẽ. Et cõglutinata eſt anima &c. ut habetur Geñ. xxxiiij. Tertius gradus eſt optimus.ſ. caſtitas uirginalis. Vnde uenerabilis Beda, Bona eſt caſtitas cõiugalis. Melior eſt cõtinentia uidualis, ſed optima uirginalis. Ecce quare dicit, Habes pauca nomina ĩ Sardis.i. in principatus pulchritudine, quia ſolũ pueros & puellas innocẽtes, quibus etas aufert poſſe &c. quia ſtatim qñ ſunt qndecim uel citra annorũ, perquirũt lupanaria &c. Solum ergo pueri paruuli uadũt equitando honorabiliter ad paradiſum, & poſſunt dicere, Nos in nouitate uite ambulemus. Dominus Ieſus nõ habuit exercitum equitũ. Secũdus modus eſt aliquorũ, qui uadunt pedites humiliter, ſicut ſunt illi qui neſciũt gubernare equũ corporis freno tẽperãtie, & calcaribus amoris & timoris, & perdiderunt uirginitatẽ, illos oportet ire pedites. Iſti ſunt cõtinẽtes emẽdati. Si dicatur, Nunquid pñt redire ad equos? Dico ꝙ non, Milites uel ſcutiferi ſi cadunt de equo pñt iterũ aſcendere, & rex uel dominus põt eis dare aliũ equũ. Sed qui perdidit uirginitatem, nõ põt iterũ recuperare, imo dico fortius, ꝙ deus nõ poſſet. Ego non auderẽ hoc dicere, niſi haberẽ doctorẽ autenticũ hoc dicẽtẽ.ſ. Hiero: Audẽter loquar, quia cũ omnia poſsit deˀ, nõ poteſt tñ de corrupta facere incorruptã. Quia dicunt doctores ꝙ includeret contradictionẽ. Quid eſt eſſe uirginem? nõ ſcilicet guſtaſſe &c. Si ergo guſtaſti, nõ potes nõ guſtaſſe. Sed ſi facis penitentiã, ſaluaberis, ſed nõ coronaberis, nec habebis coronã ṽginitatis. De hoc uide ſctm̃ Tho.j.par.q.xxv.art.iij. Oẽs uadimus pedites, quia mala premunt hic. lõ cũ labore ſuſpirãdo, & gemẽdo, ſudãdo aſcendimus pedites ad montẽ. Sudores anime ſunt lachryme cõtritiõis dicẽdo, O miſer ſi ſaluabor. Secus de illis qui uadũt equitãdo, quia lete & cantãdo ambulãt. Sed habemus tres conſolationes, quas deus dat peditãtibus, ſicut fit in his qui uadunt pedites peregrinando.ſ. de umbra. Secunda de tabernis. Tertia de bona ſocietate, loquendo bonos ſermones, & ſic trãſeunt uiã, ita de nobis. Debemus habere conſolationẽ ad umbram arboris crucis Chriſti, & uite eius laborioſe, & ibi qeſcatis memorãdo qd' legitur de Chriſto ꝙ aliquoties fatigatus ex itinere ſuper fontẽ ſedẽs quieuit, ut habetur Ioã.iiij. Ipſe qui portat & ſuſtentat totũ mũdũ uoluit ſuſtinere & oſtẽdere illos labores, ut nobis daret exẽplũ. Item cogitando labores paſsiõis in cruce, cum dixit, ſitio, & nõ dederũt ſibi aquam, nec bonũ uinũ, ſed acetũ. De iſta cõſolatione dicit ſcriptura, Sub umbra illius quã deſiderabãt ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Cant.ij. Secũdũ remediũ confortatiuum ſiue cõſolatio eſt, ꝙ ſunt taberne de uno miliari in aliud. Ita etiam Chriſtus parauit nobis tabernam.ſ. eccleſiã, ut comedamus & bibamus cõmunicãdo. In illa hoſtia cõſecrata, eſt cibus & potus corporis & ſanguinis domini. Et in huius figurã dixit angelus Helye ambulanti, pedibus ſurge, comede, grandis enim tibi reſtat uia. Qui cũ ſurrexiſſet, comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius uſq; ad montẽ dei Oreb. iij. Reg. xix. Figura fuit. Angelus ſacer-

bus est qui debet tenere uitã angelicã, ostam, & honestã, qui dat nobis cibum & potum in cõmunione, & sic anima cõfortatur, ut posit ire usq; ad montẽ dei. Tertiũ confortatiuum est de bona societate, unus portat aliũ loquẽdo. Ita in uia paradisi habere debemus societatem cũ bonis, audire bona uerba, sermones, missas, & sic lete trãsibimus uiam. Factũ est mihi uerbum tuum in gaudium, & in leticiam cordis mei. Hiere. xv. Vnde dicit aplš, Obsecro uos ego uinctus in domino, ut digne ambuletis uocatione qua uocati estis cũ omni humilitate & mansuetudine, cũ patientia supportantes in uicem in charitate. ad Ephe. iiij. Tertio uadũt quidã nauigãdo delectabiliter. In naui enim bona cantãdo solatiose hõ uadit. Isto modo persone religiose in magna & firma naui religionis approbate hoc mare magnũ huius seculi faciř trãseunt usq; ad portam paradisi, si seruant religionem, alias ad inferuũ descendũt, Religio enim est magna nauis trium coopertur arũ, quia religio essentialiter in tribus uotis consistit. Prima coopertura est paupertas apřicalis, cui obligamur per uotũ solẽne. Solũ debemus tenere necessaria stricte & cum lnĩa. Secũda est castitas angelicalis. Sicut enim in secunda coopertura nauis stãt merces & preciosa, ita etiã castitatis uotũ est thesaurus preciosus. Tertia est obedientia generalis. Per tertiã cooperturã discurrũt marinarij iuxta imperiũ patroni, & statim obediunt dicentes, fctũ est domine. Ita etiam religiosi mouentur secũdum obedientiã ad mandatum prelati. Ideo de religione dicitur, Fctã est quasi nauis institoris, de longo portãs panẽ suum. puer. vl. Ideo persone religiose delectabiliter possunt transire. Secus de uobis, quia cũ magnis laboribus transitis, religiosum autẽ cãtãdo missas, non oportet eum curare quid comedet seu bibet, & sic nauis facit suã uiã. Sunt ibi merces cerimonialia, ã est totum scriptum quid habet facere religiosus, sed qñ aliqs apostatat dimittẽdo habitũ, nihil aliud est q̃ de nauiproijcere se in mare. Et põt dicere si euadat, Profundnm abyssi penetraui, & in fluctibus maris ambulaui. Eccli. xxiiij. Quarto uadũt qdã natãdo piculose, sicut sunt hoĩes mũdani, actuosi, & negocijs mũdanis implicati, q in negociis inuoluti ut natãtes capite supra eleuato, cũ magna ui trãseunt undas tẽporalitatũ periculose. Iõ Dauid orabat di. Saluũ me fac deus qm̃ intrauerũt aque usq; ad animã meã &c. ps. lxviij. ubi ponit tria pericula. Primũ ibi, Qm̃ ĩtrauerũt aque usq; ad animã meã, quia quãdo aque auaricie intrant usq; ad aĩam, submersi estis, puta qñ ex auaricia facitis usurã, rapinã, furtũ, uel retinetis rẽ alienã inuẽtã solidatã &c. factũ est, uos estis perditi. Secũdũ est ibi, Infixus sum in limbo profundi. s. pcti luxurie. O quot submerguntur hic, tot sunt occasiões &c. Tertiũ est ibi, Veni ĩ altitudinẽ maris. s. dignitatis, officij, prelationis, uel dñij, & nõ curãt iusticiã nec de correctione pctõꝝ publicoꝝ. Iõ sequitur, tẽpestas dimersit me. Remediũ qď habet natãs est ꝙ teneat caput eleuatũ extra aquas. Ita de nobis est. Iõ attẽdatis ꝙ in aqs negociorũ uestroꝝ caput. s. intẽtio sit eleuata in altũ ad deum, ꝙ in nullo negocio faciatis aliqd cõtra deũ. Iõ Christ⁹, Leuate capita uestra. Lu. xxj. De isto mõ ambulãdi dicit apřs, Videte itaq; fratres quõ caute ambuletis, non quasi insipiẽtes, sed ut sapiẽtes redimentes tp̃s, qm̃ dies mali sunt. ad Ephe. v. Stulte natat q mittit caput sub aqs, sapienter qui eleuat caput. Quinto uadũt qdã uolãdo uirtuose. Isti sunt cõtemplatiui eleuati, qui duabus alis. s. orationis & cõtẽplationis, uel lectionis, & auditionis, sublimiter uolãt in celũ, non tãgentes terrã. De istis dicit Esa. ppheta. Qui sperãt in dño mutabũt fortitudinẽ, assumẽt pẽnas sicut aquile, current & non laborabũt, ambulabũ & nõ deficiẽt. Esa. xl. Nota, mutabũt fortitudinẽ, qa licet sint debiles corpe, sunt tñ fortes in anima, assument pẽnas. s. orationis & lectionis. Sed dices forte, Nõ oẽs sciunt legere. Nota hic modum quõ oẽs scietis legere. No. ꝙ cra-

ꝙ erat q̃dam mulier, q̃ nesciebat legere, solũ sciebat Pater noster, & Aue Maria, & Credo in deũ. Et qñ ibat ad ecclesiam, semp portabat secum unũ librũ, & legẽdo in illo plorabat acriter. Qui autẽ cognoscebant eã, sciẽtes ꝙ nesciebat legere mirabantur. Quidam deuotus quesiuit ab ea, quid legeret in dicto libro, & ꝙ ostenderet sibi librum petiuit. Respõdit illa, Vos nesciretis legere in libro meo, sicut nec ego in uestris. Tandem diu rogata, ostendit sibi librum, in quo erant solum quatuor charte. Prima erat tota alba. O dixit ille, non sunt hic litere, ego nescirem hic legere. Dicaĩ quomodo mulier dixit, ꝙ in illa charta ipsa legebat puritatẽ xp̃i, & ṽginis Marie, & ꝑpter hoc ploro, ꝙ ego sum ita ĩpura, & turpis ex pc̃tĩs meis. Secũda charta erat tota rubea, in qua dixit se legere xp̃i passionẽ dolorosã ĩ die ueneris fc̃tã pactã, in qua totũ corp⁹ erat sanguineũ ex flagellatiõib⁹, & caput ex corona, & sic de alijs. Tertia charta erat nigra, ĩ qua legebat tenebras inferni, & eius penas & dolores. Quarta charta erat deaurata, ĩ qua legebat gloriam paradisi resplendentẽ. Ecce qualiter spiritussanctus docuit illã mulierem legere. Ita potestis uos oẽs legere pari modo. Item contemplando illa que auditis in sermonibus. Tales uadunt uolando. De quibus dicit Esa. Qui sunt isti, qui ut nubes uolant, & quasi columbe ad fenestras suas? Esaie. lx. Contemplatiui autem ut nubes eleuantur a terra, & emittunt pluuiam lachrymarum ad fructificandum. quasi columbe simplices, non nocent alicui cum ungulis per rapinam, furtum, uel alias. Nec cum rostro diffamando, nec mentiendo. Ecce quare dicit thema, Nos in nouitate uite ambulemus.

Dominica septima post festũ Trinitatis de euãgelio. Sermo prim⁹.

Misereor super turbam, quia ecce iã triduo sustinet me. Mar. viij. Noster sermo scd'm qd' reqrit dñica, erit de sc̃tõ euangelio &c. Salutetur uirgo Maria &c. & resumatur thema. Euangelium hodiernũ declarat nobis de xp̃o Iesu tres excellentias & uirtutes. Et sunt iste.

Prima est clementia paternalis.

Secunda potentia diuinalis.

Tertia est prouidentia uirtualis.

chra possent naturaliter generare filiũ nigrũ &c. Rñdit, qđ sic &c. & ait, in quo loco concepit, dicatis mihi, & si ibi erat aliqua pictura, & fuit inuentum ꝙ in camera in qua ipsa concepit erat imago ethiopis depicta, in quam ipsa respiciebat qñ cõcepit. Patet igit̃ regula ꝙ omne receptibile &c. Sed ut cõmunius filij uel filie patri assimilantur in facie, & inclinationibus seu operibus principalibus, & filij aliquoties cognoscũtur p patrẽ, ut patet de Thobia. vij. cap. & ubi dicit̃ ꝙ Thobias iunior fuit in domo Raguelis cõsanguinei sui, & quia assimilabatur patri suo petijt ab eis an cognoscebãt Thobiam. Respondebãt ꝙ sic, quia pater erat huius. Et respondit Raguel, Benedictio sit tibi fili mi, quia boni & optimi uiri es filius. Thob. vij. Item filius assimilatur patri in operibus seu inclinationibus, quia filius naturaliter operat̃ & habet inclinationes patris. Ideo dicit xp̃s Iudeis gloriantibus de Abrae filiatione. Si filij Abrae estis, opera Abrae facite. Io. viij. Modo uideamus per ista duo signa qũo possumus scire & cognoscere filiationẽ dei per gratiam in nobis. Hoc possumus uidere per faciẽ, secundum quam nobis ostẽdit, & per operationẽ principalem. Facies quã nobis ostendit semper deus seu monstrat, est amor & dilectio, non ostendit nobis dorsum.s. rigorẽ iustitie, sed faciem amoris & dilectionis. Quare deus creauit mundũ? non pro se, quia nõ indigebat, sed pro nobis, ut hic mereamur, & in celo quiescamus, hoc sola dilectione fecit. Item quare uoluit incarnari, nunquid cogebat̃ ab aliquo? nõ, sed sola dilectione. Adam uoluit deo assimilari per cibum, sed non potuit. Sed deus uoluit incarnari, ut esset nobis similis. Itẽ quare uoluit nasci de uirgine & uirgo esse? profecto propter amorem & dilectionem, ut daret nobis exemplũ castitatis. Itẽ quare in cruce portauit onus omniũ peccatorũ nostrorum? sola dilectiõe & amore, ne aliqs sibi credẽs & obediẽs suspẽdat̃ in furca inferni. Itẽ quare uoluit descendere ad inferos? ut inde sctõs patres extraheret. Itẽ quare uoluit resurgere? dans nobis spẽ resurrectiõis in iudicio. Item quare uoluit ascẽdere? ut prepararet nobis locũ. Item quare ordinauit sacr̃m altaris? ut cõtinue esset nobiscum. Et alia sacr̃a in remissionẽ pctõrũ. Totũ hoc fecit amore & dilectione, nobis faciem suam ostẽdendo. Qñ ergo aliqua creatura habet amorẽ, & dilectionẽ, & charitatẽ ad proximũ, est similis xp̃o in facie. Autoritas. In hoc cognoscẽt oẽs quia discipuli, imo & filij mei estis, si dilectionẽ habueritis adinuicẽ. Io. xiiij. Iõ dicit alia autoritas, & est ap̃li, Ergo estote imitatores dei sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione. ad Ephe. v. Nonne est homo de magno genere? Magnũ est esse filiũ regis, sed maximũ est esse filiũ dei. Videte fratres qualẽ charitatem dedit nobis deus pater, ut filij dei nominemur & simus. j. Io. iij. Sed hic multi deficiũt, qa ex quo cõceperũt odiũ, rancorem, & malam uolũtatẽ contra aliũ, nolunt parcere. Iõ auisetis uos, & emendetis, qa alias nõ estis filij dei. Secundo in opere filius patri assimilatur. Opus dei prĩcipale est, de quo Dauid dicit nobis. Suauis dñs uniuersis, & miseratiões ei⁹ super omnia opera eius. Ergo principale opus dei est opus mĩe. Quando ergo aliquis est misericors, & pronus ad opera mĩe, feruẽter exercẽda circa paupes, uiduas, & pupillos, captiuos, hospitalia &c. cognoscitur ꝙ est filius dei. Estote ergo misericordes sicut & pater uester misericors est. Lu. vj. Scđm opus quod ostẽdit aliquẽ esse filiũ dei, est correctio doctrinalis, qñ de⁹ cũ uirga paterne correctionis percutit aliquẽ. Virga est dolor, uel paupertas, infirmitas, uel perditio amicorũ, siue bonorũ. Quando deus ista uirga percutit aliquẽ, signũ est euidẽs ꝙ talis est filius dei, si patienter recipit. Ad hoc dicat̃ exẽplũ de pueris in platea ludẽtibus & faciẽtibus truffas, & uenit unus hõ, & dimissis alijs pueris, corrigit uel pcutit unũ uel duos de illis, statim uos dicetis, O ille debet esse fili⁹ illius. Ecce qũo castigat eũ. Idẽ de nobis

quoties

quotquot sumus, sumus pueri, & facim⁹ truffas, quia nullus est ita sapiens qui in aliquo nō erret, uel in uerbo &c. Iō apl's, Nolite pueri effici sensibus, sed malicia paruuli estote, sensibus aūt perfecti esto te.j.Corin.xiiij. Sed quid facit deus? dat mihi uel tibi tribulationes, cū uirga castigādo uel corripiendo, & non alios, signū est ꝙ sumus filij dei & non alij. Imo pñt dicere alij, Vere illi filij dei sunt q̃s corrigit. Tamen creditur ab insipientibus, ꝙ illa correctio sit ira dei, cū sit dilectio, sed qñ deus dimittit personā, ꝙ nō habet aduersitates &c. malū signū est. Dicatur hic miraculū qđ legit in uita beati Ambrosij, eo eunte per uiā in Italia, cū esset archieps Mediolanēsis, & hospitatus fuisset in domo cuiusdam diuitis, & post prandiū dum scutiferi comederēt, beatus Ambrosius loquebat cū dño illo, ut daret sibi aliquā bonā doctrinā, & dixit sibi, Qūo uiuitis &c. Et ille subridens respōdit, Dñe noueritis ꝙ ego sum beatior homo mūdi, nunq̃ fui infirmus &c. Dicatur qūo beatus Ambrosius recessit, & statim dñs cū oībus descendit in profundum &c. Iō dicebat apl's, Quis est filius quem non corripit pr̃, ꝙ si extra disciplinā estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri & nō filij estis. ad Heb.xij. Persona sancta nunq̃ est sine aliqua passiōe in suo corpore. Quod a multis reputat ꝙ sit malum & ira dei. Nō sic reputabatur ab illo scō, qui quolibet anno grauiter infirmabat, quā infirmitatē ipse cū magna patiētia recipiebat, dicendo, Dñe mō bene cognosco ꝙ sum fili⁹ uester, quia corrigitis me &c. Et cum semel transiret annus, ꝙ nō fuit infirmus, plorabat &c. quousq; infirmabat. Et nos murmuramus de infirmitatibus. Ideo dicit scriptura, Disciplinā domini fili mi ne abijcias, nec deficias cū ab eo corriperis. Quē eñ diligit deus corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. prouer.iij. No. ne abijcias. s. repugnādo, cōtradicendo, & murmurādo, qa pena ꝓpter pctm̄ dat. Iō dicit Aug. De pena tua pctm̄ tuū accusa, qa si pateris in capite, signū est ꝙ per caput peccasti. Idē si in oculis, auribus, manibus, seu pedib⁹. Iō dicit thema, Testimoniū reddit &c. Tertiū opus qđ ostēdit esse filiū dei est prouisio spālis, sicut qñ hō intrat domū alicuius honorabilis psone, & uidet ibi multos pueros, & uidet aliquos comedētes de pane domini, & de ei⁹ uino bibētes, & alios nō, statim dicitis, illi debent esse filij dñi. Itē qñ uidetis eos indutos de eodem pāno, & alios nō. Item qñ uidetis eos eūtes ad scholas cū pedagogo, & alios nō, statim dicitis, illi sunt filij dñi, licet ipsum non cognoscatis, quia prouisio & indumenta declarant ꝙ sunt eius filij. Ad quā prouisionem pater obligat duplici rōne, naturali scilicet, & theologicali. Rō naturalis est ista, ꝙ sicut filij habēt esse a parētibus per generationem, ita uult etiā de⁹ ꝙ a parentib⁹ habeāt prouisionem. Rō theologicalis est, si quis suorū, & maxime domesticorū, curā non habet, fidem negauit, & est īfideli deterior. j. Timo.v. Glo. fidē negauit, qa facit cōtra legē nature, quā infidelis seruat. Ad idē xp̄s dat nobis ꝓuisionē de cibo, uestitu, & pedagogo. De uestitu, nō dico de serico, nec de auro, qa etiā de his filij diaboli ut infideles & pctōres induunt, qa talia sunt signa ꝙ sunt filij diaboli; sed de illis uestibus, de quibus apl's dicit, Induite uos sicut electi dei, sancti, & dilecti, uiscera mīe, benignitatē, humilitatē, modestiā, patientiā &c. ad Col.iij. Philosophus in Ethicis uocat uirtutes habitus, qa uirtutes sunt indumenta aīe. De istis uestibus dicit beatus Ioānes, Beatus qui uigilat. s. diligēter, & custodit uestimenta sua, ne nudus ambulet, & uideāt turpitudinem eius. Apoc. xvj. Quia nihil turpius corā deo & scīs q̃ aīa nuda, sicut esset mō uobis abominabile, si ueniret aliqua meretrix nuda, pl⁹ sancti abominant aīam nudā. Iō dicit, Beat⁹ q uigilat. Secūdo cib⁹ spūalis est, nō capones nec perdices &c. qa etiā filij diaboli comedūt de istis, sed cibus ille est quē ipsemet xp̄s recepit & apl'i, q est sacra cōio corpis & sanguinis xp̄i, quā filij xp̄i recipiūt ī mēsa xp̄i .i. altari.

tari. De isto non comedũt nisi filij. Nam dixit xp̃s, Non est bonũ sumere panẽ filiorũ, & dare canibus. Matt. xv. Dicit sanctus Tho. in quadã contẽplatione, Panis angelorũ uere panis filiorũ, nõ mittendus canib⁹. Tertio ꝓuidet nobis de doctrina in schola. Pedagogus est predicator, qui predicat doctrinã xp̃i, nõ Vergilij, uel Terentij &c. sed doctrinã, de qua dicit scriptura, q̃ per magistrorũ cõsiliũ data sunt a pastore uno, his amplius fili mi ne requras. Eccl's. ult. No. ꝑ magistrorũ consiliũ. s. prophetarũ, quantũ ad uetus testm̃, & aplorũ quantũ ad nouũ, & a pastore uno. s. xp̃o. Iõ ĩ nocte passionis dixerũt apl'i xp̃o, Dñe ecce duo gladij hic. Lu. xxij. Allegorice dicit Beda, ꝙ duo gladij sunt uet⁹ & nouũ testamẽtũ. Rñdit xp̃s, sufficit. s. ad studendũ, ꝑdicandũ, disputandũ, & scindendũ pc̃tã. Qñ ergo aliquis indut⁹ est bonis moribus, & comedit in mẽsa dñi cõicando, & audit libẽter uerba dei, sermones, missas &c. signũ est ꝙ est fili⁹ dei. Iõ dicit thema, Testimonium reddit spũi &c. Deo grãs.

Dominica nona. Sermo. j.

FAcite uobis amicos de Mãmona iniquitatis. Lu. xvj. Euangelium hodiernũ declarat nobis tria multum necessaria nobis.

Primum est iustitia diuinalis.

Secundum prudentia humanalis.

Tertium clementia fraternalis.

De tertio dicit thema, Facite uobis amicos &c. Dico primo &c. ꝙ in hoc consistit, nã quilibet habet reddere rõnẽ de se & de oĩbus q̃ habuit a deo. Et hoc ostendit in hoc ꝙ dicit pria pars euangelij, Homo quidã erat diues qui habebat uillicũ, & hic diffamatus &c. usq; Nõ poteris uillicare. Verba & doctrina sunt xp̃i, in quibus ostenditur iustitia diuinalis, quoniã deus ab oĩbus nobis queret computũ. Et sunt hic quatuor declaranda. Primo quis est iste dominus. Secundo quis est iste dispensator. Tertio quomodo dispensat bona. Quarto qñ uocatur ad rationẽ reddendã. De primo dñs iste est Christus, ut dicunt omnes glosse, quia de se loquebatur. Sed quare dicit diues? Nũquid dicit scriptura ꝙ semper fuit pauper? Exulta satis filia Syon, iubila filia Hierusalem. Ecce rex tuus uenit tibi iustus & saluator, ipse pauper. Zach. ix. Quare uocatur diues? Responsio, ꝙ totum uerũ est, quia Christus diuersis respectibus diues fuit & pauper. Si enim uolumus respicere eius modũ uiuendi, semper fuit pauper, quia nõ habuit domum, cellam, seu cameram, sed si in sero inuitabat per aliquem ad aliquã domũ, recipiebat hospitiũ amore dei, uel ibat ad montes ad dormiendũ. Nunquam portauit pecunias. Si postquã predicauerat inuitabat ad prandiũ per aliquẽ, recipiebat amore dei. Triginta annis portauit eandẽ tunicã. Ecce quomodo fuit pauper quantũ ad eius modũ uiuendi, dans nobis exemplum ꝙ non faciamus q̃ uolumus. s. usuras, furta, deceptiones, symonias, pro diuitijs habẽdis. Sed si uolumus loqui non de eius modo uiuendi, sed de eius dominio, dominus est omnium rerum. Dauid, Domini est terra, & plenitudo orbis terrarum, & uniuersi qui habitant in eo &c. Secundo dispensator, cui xp̃s cõmisit bona, potest dupliciter intelligi, quia uel intelligitur de bonis terrenalibus, uel de bonis spiritualibus, uel de bonis personalibus. De primis bonis dispensatores sunt diuites. s. imperatores, reges, comites &c. non credant se dominos bonorum tẽporalium uel terrenalium, sed dispensatores. Quia de oĩbus q̃ receperũt habẽt reddere cõputũ xp̃o, qualit uel quõ habuerunt & quõ expenderunt. Sic nos existimet hõ ut ministros xp̃i & dispensatores. j. Cor. iiij. O si dñi & diuites cogitarent istã ueritatẽ qũo non sunt dñi, sed dispensatores, dñi nõ reciperẽt a uassallis per uim &c. Et diuites cauerent ab usuris, quia est cõtra uoluntatem dei tenere dñi. Non diceret usurarius, quare de bonis meis &c. Hic decipit, quia non sunt sua. Itẽ dñi uitarent tot uanitates & excessus, cũ deberent dicere, Ista bona nõ sunt

...int mea, solū sum dispensator. Dispensatores aūt pnt recipere necessitatē. Iō ...ia. Dispēsatores bonorū spūaliū sunt ...ti. s. papa, cardinales &c. usq; ad uicarios, quia nullus est dñs beneficiorū ut ipsa possit uēdere, sed dispēsator, nec sacramentorū ad uēdendū, sed dispēsator administrādū. De bonis corporalib⁹ quilibet nostrū est dispēsator. Nō ualet excusatio, si aliqs diceret, Ego nō sum dñs tpalis, nec platus, ergo nō sum dispensator. Dico ꝙ imo. Nam cuilibet nostrum cōmisit deus dispēsationē triū magnarū ciuitatū, quarū quelibet est maior Troia, & quatuor uillarū, & quinq; castrorū. Ciuitatū pria est memoria, maior toto mūdo, habet in se tot habitatores, quot habet recordatiōes, de oībus habes deo reddere cōputū. Alia est intelligētia, q̄ maior est celo & terra, quia immēsa est, & habet tot habitatores quot intelligentias. Tertia est uoluntas, q̄ est capax infiniti boni. s. dei, quot habes desideria tot habes habitatores, & quot affectiōes, & de oībus habes reddere cōputum deo. Quatuor uille sunt potētie sensitiue interiores. s. sensus cōmunis, uirtus estimatiua, fantasia, & reminiscētia. Quinq; castra sunt quinq; sensus corporales. Oīa ista te oportet ministrare. Iō apl's, Ministri xpi sunt. ij. Cor. xj. Sed pauperes licet nō sunt dñi nec plati, tñ de oīb⁹ istis oportet eos reddere cōputū. Tertio uidendū est qūo bona disipant a uillico. Bona terrena disipant in uanitatibus, pōpis, & superfluitatib⁹ &c. qa tot sunt uanitates ꝙ plus expendit in eis quā in necessitatib⁹, qa si dñi & diuites uellēt esse contenti de necessitate, multa bona possent facere, Quot sunt superfluitates indumentorū, ornamentorū &c. Et pauperes & captiui moriunt fame &c. Bona spūalia disipant a prelatis, dando magna beneficia & pinguia parentibus & amicis suis immeritis, uel seruientib⁹ indignis, disipant per symoniā &c. precibus armatis &c. Bona uero personalia, ut memoria, q̄ debet expēdi memorando xpi opera creationis, redemptionis &c. disipant memorādo iniurias ad uindicandū, & pctā ad delectandū. Intelligentia in uanis cogitationib⁹, uoluntas in uanis desiderijs. Idē est de quinq; sensib⁹ ī cōtrarijs usibus applicādo. Sic disipant bona corporalia. Iō xp̄s sciēs ista querit, Quis putas est fidelis dispensator & prudens, quē cōstituit dñs super familiā suā, ut det illi in tpe tritici mensurā? Luc. xij. Hoc dicit xp̄s beato Petro dispensatori in nouo testamēto dicens, Petre, quis putas est fidelis. s. post te? Iō apl's. j. Cor. iiij. Hic iā querit inter dispēsatores, ut fidelis quis inueniatur. q. d. nullius inuenitur fidelis. Quarto uocat ut reddat rōnem. s. in morte. Nuncij citantes sunt infirmitates, dolor capitis, febris, senectus &c. qñ ista ueniunt, poteris dicere, ego sum citatus &c. Autor. Sapīa misit ancillas suas, ut uocarent ad arcē, & ad menia ciuitatis. prouer. ix. qa mulieres sunt debiles &c. & quia infirmitates debilitāt dicunt ancille. Ideo qñ citamini, siue sitis dispensatores bonorum tēporaliū, siue spūaliū, siue corporaliū, paretis uos. Ne accidat uobis ut illi hōi diuiti & male uite, in oībus uitioso & pctōri, q erat solū hoc bonū hñs, ꝙ orabat quotidie ꝙ de⁹ daret sibi mortem suā pcognoscere, ut posset uitā emēdare. Cui semel orāti apparuit angel⁹ bon⁹, dicēs ipm a deo esse exauditū, ꝙ añ mortē mitteret sibi tres nūcios &c. Alibi poteris hoc exēplū uidere. Iō estote pati, siue iuuenes siue antiq, qñ de⁹ uocat uos. Ita faciebat Iob. xiiij. Vocabis me. s. p istos nūcios, & ego rñdebo tibi. Rñdet deo, qñ hō emēdat uitā suā. Opi manuū tuarū porriges dexterā. qñ sibi dicet, Euge serue bōe & fidelis &c. Mat. xxv. sed fit p remissionē pctōrū. Iō dicit, Sed pce pctīs meis. Dico scdo, ꝙ ostendit prudētia humanalis. Nā qñ iste dispēsator, de quo legit euāgeliū, sciuit ꝙ habebat reddere rōnem, & amoueri a uillicatione, habuit prudentiā in se, cū dicit, Ait autē uillicus intra se, Quid faciam, quia dñs me⁹ aufert a me uillicationē? Fodere nō ualeo, mendicare erubesco.

usque,

usq;,quia prudēter fecisset. Ita debem⁹ nos facere bone gentes. Iste excusabat se a duobus.s.de fossione per impotentiā,qa fodere nō ualeo. Secũdo de mendicatione ex uerecũdia, quia mēdicare erubesco. Sed remediũ qđ habuit ut uiueret, dedit oleũ & triticũ dñi sui. Fodere est rũpere terrā ut fructificet. Ecce penitētia, in qua rũpit terra corporis. Formauit de⁹ hoīem de limo terre. Geñ.ij. Ista terra cauatur disciplinis, cilicijs, & istis talibus. Sed multi dicũt modo confessoribus, fodere non ualeo. Dicatur hic cōtra mulierũ uanitates, & fatuitates, & cōtra hoīes qui in seruitio dominorũ tpaliũ portāt iniuriā &c. & ꝓ xp̄o & aīa nihil possunt facere. In obsidione inimicorũ ieiunāt, sed ꝓ aīa nō pñt ieiunare, iō fodere nō ualeo. Mala excusatio est. Recipere debetis audaciā, quia uecordes nihil boni faciũt. Deberet uobis dare audaciā illud qđ sancti fecerũt. Quid fecit Catharina delicata, & filia regis? Insuper & salariũ qđ expectam⁹, est regnũ dei. Et si miles ꝓ rege ponit se in tantis periculis pro modico stipendio, quanto magis uos? Iō xp̄s, Agite pñīam, appropinquabit enim regnum celorũ.s. tanquā p̄miũ. Matt.iiij. Secũdo excusabat se de mēdicatione, ꝓpter uerecundiā. Mēdicare eīm sil'e est huic qđ est orare, quia sicut mendicantes uadunt ostiatim petēdo per ciuitatē paradisi, psona eīm deuota cũ desiderio cordis debet pulsare. Primo ad palatium regis dicēs, Dñe, mīam peto & eleemosynam, ut remittatis mihi pc̄tā, ut detis mihi gratiā uestrā. Itē ad palatium regine accedere debet. Cōsequēter inquirere debet loca & uicos sc̄tōrũ, patriarcharũ, & ꝓphetarũ, apostolorũ &c. Patet ergo ꝙ mēdicare idem est qđ orare. Auto. Qui erat gloriosus rex Dauid dicebat se mēdicũ. Ego aũt mendicus sum & pauper &c. in p̄o.xxxix. Expectans. Et erat ditissimus, qa in morte dimisit Salomoni filio suo centũ milia talēta auri, & mille millia argenti, tñ dicit se pauperē ꝓpter orationem. Sed quot sunt modo qui dicunt, mēdicare erubesco. Multi nō audēt orare, nec eleemosynā frequētare, ꝓpt uerecundiā, ne ab alijs derideant, sed uerecundia facit erubescere &c. Si ergo fodere nō uales, & mendicare erubescis, habes aliud remediũ, ut ille uillicus, ꝙ de bonis dñi des oleũ, & triticũ in eleemosynā. Nam oleũ significat eleemosynas sp̄ũales. Triticũ significat eleemosynā de bonis terrenis. Qui de sciētia quā habet dat doctrinā ignorāti, consiliũ dubitanti, correctionē erranti, consolationem desolato, remissionē inimico, supportationē tedioso, ut uir uxori, & ecōuerso, amic⁹ amico &c. talis dat de oleo dñi sui. Ideo si nō potestis fodere, nec mēdicare, ad minus detis oleũ domini uestri. Secundo triticum significat opera misericordie corporalia, qui dat panē esurienti, potum sitienti, hospitium peregrinanti, indumentũ nudo, qui infirmos & incarceratos uisitat, mortuos sepelit, talis dat triticũ dñi sui. Nota hic. Villicus ille de oleo dimisit quinquaginta mensuras, de tritico uiginti. Quare maius donum fecit de oleo quā de tritico? Ad innuendũ ꝙ maior est eleemosyna de bonis sp̄ũalib⁹ quā terrenis. Maiorem eleemosynā facit ille qui dat doctrinam ignoranti, quā ille qui dat panem esuriēti, & sic de alijs. Et sequit, Et laudauit dñs uillicum iniquitatis. Dico tertio ꝙ ostenditur clementia fraternalis circa ꝓximos, cũ dicit the. Facite uobis amicos de Mammona iniquitatis, sicut ille dispensator. Istud indiget declaratione, quia aliqui ex isto uerbo male intellecto recipiunt occasionē peccādi, dicentes ꝙ de diuitijs acquisitis iniuste nō oportet facere restitutionē. Sed lucrari amicos per eleemosynā.s. religiosos, & pauperes &c. No. tres intellectus huius uerbi thematis, secundũ ꝙ diuitie tripl'r pñt dici Mammona iniquitatis.

Effectiue.

Causatiue.

Desertiue.

Primo dicit Māmona iniqtatis effectiue, qñ.s. ueniũt de iniqtate, ꝑ usurā, uel furtum

furtum &c. De tali Mámona iniquitatis lucrádi sunt amici illi. s. a quibus recepisti usurá uel furtũ, qui sunt inimici tui, & eis restitue, & erũt amici tui. Idem de illo qui recipit aliquid iniuste a uasallis, licet ipsi dicát q͛ sint gratiose petitiões, & includũt ppl̃m in carceribus, dicendo, nunq̃; exibitis &c. Idẽ facit qui recipit mutuo, & postea negat debitũ, & miseri, lucrent̃ amicos reddẽdo qđ suũ est. Idẽ faciat qui retinuit totũ seu partẽ de mercede seruor̃ &c. Iõ dicit, Facite uobis amicos de Mã. &c. usq;, recipiẽt uos in eterna tabernacula. s. angelorũ. Scđo dicit̃ Mámona iniquitatis causatiue, licet sit de bono iusto, de redditibus, uel laboribus, tñ est cã iniquitatis & pcĩ. Verbi gr̃a. Si pauperi fit iniuria, habebit patientiá, qui si uĩdicaret se, & caperet̃, nõ haberet unde posset liberari. Si diuiti, dicet fortassis, ego ĩ ista uindicta possum expẽdere decẽ milia florenor̃ &c. Si hõ paup uideat mulierẽ pulchrá & tẽtetur, tñ quia nõ habet pecunias desistit &c. Sed diues dicit, Quid mihi nocebit si cẽtum exponá florenos, ut meá habeá uoluntatẽ &c. Ecce quõ est cã pcĩ Mámona. Vnde tot superfluitates & uanitates ex abũdantia, pfecto. De tali Mámona lucrandi sunt amici. s. paupes, uidue, pupilli &c. qa nõ solũ fleubothomádi sũt qui habẽt sanguinẽ corruptũ, sed etiam illi qui nimis abundant in sanguine. Ita nõ solũ debẽt lucrari amicos illi qui hñt pecunias de usura &c. sed etiá illi qui abundãt, licet sint de bono iusto. Iõ dicit, Facite uobis amicos de Mámona &c. Terti⁹ intellect⁹ dicit̃ Mámona iniquitatis desertiue. Isto modo oĩs pecunia dicit̃ iniquitatis, qa deserit dñm suum in transitu piculoso. Si scutifer qui associat dñm suũ in delitijs, cõuiuijs &c. si in piculoso trãsitu deserit dñm suũ, nũqd diceretis uos, q͛ est scutifer iniqtatis? Idẽ de diuitijs que associãt uos ĩ delitijs &c. sed in transitu piculoso mortis deserunt dominum suũ, de his lucrãdi sunt amici, i. mortui, heredes, & manumissores mortui deberẽt dicere, O pessime diuitie, dimisistis dñm urm? Certe uos ibitis cum eo, dãtes eas in missis, eleemosynis &c. sic sequunt̃ dominũ suũ, & mortui efficiunt̃ tũc amici urĩ. Quia sicut nõ libẽter retineretis scutiferũ iniquitatis, q domini nũ suũ deseruit in trãsitu piculoso, quia idẽ faceret uobis, ita de pecunijs est faciendũ. Ecce quare dicit the. Facite uobis amicos de Mámona iniquitatis.

De eadẽ dominica. De aĩabus. Sermo. ij.

Redde rõnem uillicatiõis tue. Lu. xvj. Sermo erit de iudicio pticulari corá xpo de qualibet aĩa siue bona siue mala, ab hac uita recedẽte. Sed primo salutet̃ uirgo Maria &c. Istud ṽbũ est xpi dicẽtis cuilibet aĩe ueniẽti ad iudiciũ, Redde rõnẽ uillicationis tue &c. Ac si dicat, Tu petis padisũ, qa statĩ aĩa petit padisũ uel merito gr̃e, uel desiderio cordis, si sit mala. Ad quá xps, Redde rõnem uillicationis tue. Pro declaratione hui⁹ uerbi materia nostri sermonis erit in tribus questionibus.

Prima de illa rõne reddẽda ĩ iudicio pticulari, de qb⁹ reb⁹ reddẽda sit ista rõ.

Secunda in illo iudicio qs loquat̃ p peccatore, qui rationem est redditurus.

Tertia in illo iudicio que forma teneatur in tali cõputo faciẽdo, tunc apparebit quare dicit xps, Redde rationẽ &c. Prĩo ergo uideam⁹ illá rõnẽ seu computũ, de qb⁹ reb⁹ sit faciẽdũ, ad auisandum nos, qa sicut dispẽsator q habet reddere computum dño suo, auisat se &c. ita nos &c. Respondeo & dico q͛ in illo iudicio habebimus dare rationem. Primo de oĩbus cogitationibus. Vide quot cogitationes bonas uel malas habes, rõnẽ seu distinctionẽ de omnibus oportet te reddere in iudicio. Secundo de oĩbus desiderijs qui unq̃; habuisti in tua uolũtate. Item de omnib⁹ uerbis que ore unq̃; dixisti, uide quot sunt &c. Itẽ de quolibet uerbo qđ audiuisti, de quolibet bolo panis quẽ comedisti, de quolibet aspectu quẽ fecisti, de quolibet passu quẽ fecisti, de oĩb⁹ opib⁹ tuis manuũ que fecisti siue bonis siue malis, & de oĩbus oportet te red-

te reddere ratione͞. Si dicat, Q͞uo scitis hoc? Ex dei reuelatione in biblia. Autor. Cuncta que fiunt adducet deus in iudicium pro omni errato, siue bonum siue malum sit. Eccl͞i. xij. Ista autoritas fuit ꝓphetia Salomonis, & satis dat r͞nsionem questioni prime, sed magis stricte in nouo testame͞to. No͞ credatis ꝙ solu͞ de grauibus pc͞tis & enormibus, sed etiã de minimis, de quibus homo nô facit co͞scientiã, nec co͞fitet͞, immo nec tenet͞ co͞fiteri, debet homo reddere ratione͞, no͞ solum de homicidijs, furtis, usuris, blasphemiis, que sunt enormia peccata, sed etiã de uerbis otiosis. Dico uobis q͞m de omni ꝟbo ocioso qđ locuti fuerint hoi͞es, reddent rationem de eo in die iudicij. &c. uerbu͞ est xp͞i Mat. xij. Verbum dicitur ociosum, q͞n nulli proficit, aut nulli nocet, qa si facit bonu͞ alicui, iam no͞ est ociosum, si malu͞ facit, iam est ꝑniciosum. Ergo no͞ solu͞ de me͞dacijs, diffamationibꝰ, seu blasphemijs, que sunt uerba mala, sed etiã de ociositate, & de his q͞ dicunt͞ causa risus, oportet reddere co͞putu͞. Ite͞ de operibus etiã bonis oportet reddere ro͞nem, quia in iudicio examinant͞, qa aliqui etiã faciendo bona opera damnant͞, quia no͞ faciunt recta intentione, dilectione, deuotione, diligentia. Auto. Cum accepero tempus, ego iustitias. i. opera bona & iusta iudicabo. Nota, Cum accepero tempus. Modo deus mutuat nobis te͞pus, illi. x. annos. illi xxx. & alteri. l. ut posimus meritorie operari, & utimur tempore ad libitu͞ in bonis & malis. Sed dominus in morte accipit tempus, ac si diceret deus, Male expendistis tempus. Ideo &c. Cum accepero te͞pus, ego iustitias iudicabo. i. condemnabo, sicut dicitur Io. v. Et qui mala egerunt ibunt in resurrectionem iudicij. i. conde͞natio͞is. Verbi gratia. Religiosus qui seruat tria uota, & cerimonias sui ordinis, bona opera facit, & iusta. Ista opera iudicabuntur in iudicio, quia si non fiant recta intentione, humilitate, & diligentia, condemnabitur in iudicio. Idem de clerico faciente opera iusta, sed nisi intentio sit recta, & bonus modus, co͞de͞nabitur. Ide͞ de laico, q͞n uadit ad missam, sermone͞, & alia bona opa facit, si ĩte͞tio no͞ sit recta, puta, uadit ad ecclesiã ad uidendu͞ mulieres, conde͞nabitur ꝓpter malu͞ modum que͞ tenuit. Ide͞ dicitur de illis qui ueniunt ad missã tarde. Ide͞ de illis qui loquu͞tur in missa, examinabuntur. Patet ergo quare dicit, Ego cu͞ accepero te͞pus &c. qa deus non solu͞ uult ꝙ homo faciat opera bona, sed etiam uult ꝙ bono mo͞ & debito fiat, sicut uos no͞ essetis contentꝰ de scutifero, q licet faceret que sibi p̄ceperitis, sed malo mo͞, qa quando petitis pane͞, dat ꝓijcie͞do uobis &c. Io͞ dicit scriptura, Maledictꝰ qui fecit opꝰ d͞ni negligenter. Biblia n͞ra habet fraudule͞ter. Hier͞. xlviij. Maledictꝰ. s. iam in hoc mu͞do per culpã, & in alio per penã, erit maledictꝰ. Not. fraudule͞ter, qa sicut ille qui de dece͞ solidis d͞ni recipit unu͞ solidum, defraudat d͞nm.. Ita in operibꝰ bonis, in quibꝰ debet esse inte͞tio recta, modꝰ, discretio, diligentia &c. Si aliquid hoꝫ deficiat, defraudat͞ deꝰ. De omnibꝰ istis oportet reddere ratione͞, & nihil habemꝰ in scriptis. Cogitate hic si rex peteret co͞putu͞ a dispe͞satore sub pena mortis, ꝙ redderet sibi bonu͞ co͞putum de dispe͞satione, quam. xx. uel xxx. annis dispensauit, & nihil haberet in scriptis, talis dispe͞sator desperaret. Ita de nobis. Sed ecce remediu͞ & consolatione͞ quã dabo uobis. Deꝰ fecit magistros ro͞nales siue co͞putãtes ne habeat audire co͞putu͞ nostrum. Isti sunt clerici, co͞fessores, & quotquot sunt confessores, tot sunt magistri, ro͞nales & co͞putu͞ recipientes. Si ergo uultis euadere iudicium xp͞i, reddatis rationem & computum magistris istis ro͞nalibus summarie, quia no͞ debetis dicere in co͞fessione indiuidua, scilicet peccaui cum tali, uel in tali loco: nisi circunstãtia mutaret pc͞m͞. Ite͞ etiã no͞ sufficit confiteri genera. s. peccaui in peccato superbie, auaritie &c. sed in specie debetis dicere pc͞m͞, qa supbia est genꝰ, & habet multas species. Ide͞ de pc͞to auaritie, luxurie &c. oportet co͞fiteri pc͞tã specifice, in genere non

non sufficit. Sed uideatis ne accidat uobis sicut illi Italico, qui a xv. annis citra non fuit cõfessus, & in pascha, ut cõicaret, uoluit cõfiteri, & rogabat unum fratrem qui ibat ad predicandũ, ꝙ audiret eũ, quia nõ haberet nisi tria paruissima pctã.s. auariciã, luxuriã &c. & non credo in deũ. Nota, dicaт ꝙ cõfessiones gñales in scriptis licet sint bone ad memorandũ pctã, nõ tñ ad cõfitendũ, quia nõ tingũt punctũ peccati nisi generaliter, peccaui in luxuria p uisum, tactũ &c. sed prudens cõfessor debet dicere, qui tact⁹ sunt, uideamus &c. Si ergo ad iudicium dñi uultis secure uenire, cõfiteamini, reddatis cõputũ magr̃is rõnalib⁹, qa cõfiteri nõ est nisi redditio rõnis. Et qñ cõfessor uidet in pctõre contritionẽ & bonũ ꝓpositum, debet ipsum absoluere, alias nõ. Et licet per absolutionẽ nõ deт character, daт tamen quidã ornat⁹, ut dicũt doctores, intantũ ꝙ qñ xp̃s dicit aĩe in iudicio, Redde rõnẽ &c. Rñdet aĩa, Domine iã reddidi magr̃o uestro rationali, qui recepit cõputũ. Ecce instrumentũ in fronte, ubi apparet ornatus qui daт in sacramento cõfessionis, & xp̃s est cõtentus, ac si rex peteret rationẽ a suo dispẽsatore, & respõderet dispẽsator, Iã reddidi rationẽ magr̃o uestro rõnali, ecce hic habeo quittantiã, tũc rex esset cõtentus. Ita xp̃s de aĩa. Sed ut melius intelligatis istã materiã, sciendũ est ꝙ antequã de⁹ faceret magr̃os rõnales ante incarnationem, ipsemet audiebat rõnẽ cuiuslibet, & erat ita rigidus ꝙ neminẽ absoluebat nec recipiebat ad gloriã, sed postquã factus est hõ, dedit hoĩbus ptãtem diuinã, fecit hoĩes magr̃os rõnales, quos fecit post resurrectionẽ, licet ꝓmisisset facere, dicens, Amẽ dico uobis, quecũq; ligaueritis super terrã, erũt ligata & in celis, & quecunq; solueritis super terrã, erũt soluta & in celis. Matt. xviij. Licet añ.b. Petro soli uicario suo cõmisisset hãc potestatẽ. ut patet Mat. xvj. Quodcunq; ligaueris super terrã, erit ligatũ & in celis, & quodcũq; solueris super terrã, erit solutũ & in celis. Tñ ad uitãdũ errorẽ, ne diceret ꝙ solus papa habet ptãtẽ ligãdi &c. post resurrectionẽ dedit eandem ptãtẽ oĩbus sacerdotib⁹. Cõfessor enim in cõfessione ligat & soluit. Soluũt eñ qñ absoluũt pctõrẽ ligatũ uinculis pctõrum. Ligãt qñ pctõri iniungũt pniãm. Et auisent se confessores, & uideant, ne dẽt pnĩam peccatori cõtra eius uoluntatem, & non placentẽ. Restituere aliena bona oportet peccatorẽ, quia non est in potestate cõfessoris dispẽsare cũ possidẽte aliena bona, ꝙ illa retineat. Ita peccatorẽ oportet parcere inimicis, si iustificari uelit. Sed alie penitẽtie sunt arbitrarie, & sunt quasi cathene auri, que ligãt peccatorẽ in celo & in terra, tñ post resurrectionẽ dedit eis executionẽ, dicẽs, Quorũ remiseritis pctã remittunт eis, & quorũ retinueritis retẽta sunt. Io. xx. Ante Christi incarnationẽ transierũt ultra quinq; milia annorũ, & nullus intrauit paradisum, quia deus qui solus audiebat rationẽ, neminẽ permittebat intrare. Neç etiã modo põt aliquis intrare, nisi reddat rationẽ magistris rationalibus. Patet nunc responsio ad primam questionẽ. Secundo uidendũ est in illo iudicio quis loquatur pro peccatore, qa si aliquis rusticus & ignarus nesciens loqui, licet habeat bonũ ius, ipsum perderet ex defectu loquele, nisi posset loqui per aduocatum procuratorem multiloquum. Dico ꝙ in illo iudicio quantumcunq; rudis habet loqui per se, & nõ per ꝓcuratores. Qũo scitur hoc frater? Responsio, Ex dei reuelatione in sacra scriptura. Oẽs stabimus ante tribunal. i. cathedrã iudicialẽ xp̃i. Et sequitur, Vnusquisq; nostrũ per se rationẽ reddet deo. ad Rom. xiiij. Statim qñ aĩa exit de corpore, xp̃s ostendit se anime, & diabolus accusans stat ad unã partẽ & angelus ad aliam, & reus in medio. s. anima que habet rñdere & loqui. O quã durũ esset rustico, si sibi diceret, Vadatis ad audientiam regis, & ibi excusetis uos, maxime si pars aduersa sit eloquens, talis intra se diceret, O miser, quid dicam quando uidebo regiam maiestatẽ? stabo totus stupefactus.

pefactus. Ita erit in illo iudicio. Dabitur hic exemplum de illo iuuene dissoluto & male uite, cui uidebatur in somnis ꝙ erat ad iudiciũ ductus &c. Quando Christus sibi dixit, redde rationem, subito excitatus & territus fuit, & effectus totus canus &c. mutauit uitam, & decetero uixit sctẽ. Qñ dicebat̃ sibi, quare facitis tãtam penitentiã? Rñdit, Si uidissetis que ego uidi, similẽ uel fortassis maiorẽ faceretis &c. Cogitate ergo de isto iudicio, ad qđ quilibet habet uenire, & rationẽ reddere. Nõ credatis ꝙ fiat uerbo uocali iste cõputus, quia nunquã esset factũ, sed cõscientia que est liber, ubi oĩa bona & mala scribunt̃, in quo null⁹ põt legere nisi solus de⁹, & tu in tua, & ego in mea, tunc aperitur, nõ solũ deo q iam sciebat oĩa, sed etiã angelis & sanctis oĩbus, dato etiã ꝙ homo nesciat loqui, cõscientia ostẽdit totũ bonũ uel malũ in iudicio particulari uel generali. De hoc uide sanctũ Tho. iiij. scriptu. distin. xliij. quõ oĩa opera uidebunt̃ ab oĩbus in extremo iudicio. Autoritas. Ostendũt op⁹ legis, &c. secundũ ꝙ, ꝓ, uel cõtra legẽ fecerunt, scriptũ in cordib⁹ suis, testimoniũ reddente illis cõscientia ipsorũ. ad Ro. ij. Aliqui loquuntur [illegible] nõ solũ ꝓ se, sed etiã ꝓ alijs, sicut sunt dñi tpales. Qui primo reddũt rõnem siue cõputũ personalem, secundo officialẽ. De persona quãtum ad uitã & bona que fecit. Posito ꝙ de sua uita reddat bonũ cõputũ, dicet sibi xp̃s, Reddidisti cõputũ de ꝑsona tua, mõ redde rationem de officio tuo & regimine, tu eñ fecisti talẽ iusticiã &c. Itẽ nomẽ meũ blasphemabat̃, & nõ corrigebas. Itẽ sustinebas pctã notoria, cui⁹ occasione uide quot sunt dãnati. Itẽ ut cũ pecunijs cõmunitatis faceres negocia tua, ꝓcurabas tibi ꝓpria bona. Itẽ posuisti in regimine ciuitatis talẽ amicũ tuũ insufficientẽ &c. Fortius est illud cõputũ quã personale, quia licet bonã uitam tenuerit in se, sed in officio nõ bñ se habuit, cõdẽnabit̃. Iõ dicit scriptura, Iudicium durissimum his qui p̃sunt fiet. Exiguo enim cõceditur misericordia. Potentes autem potẽter tormẽta patiẽtur. Sap. vj. Violenter & tracti deberent ueni re ad officiũ &c. clamãdo, appello appello &c. Sed mõ quilibet uult se ingerere. Idẽ de p̃latis eccl̃iasticis, quia licet intrauerit prelatus per portã, & tenuerit uitã sanctissimã in ꝑsona sua, si tñ fuerit negligẽs de cõmissis sibi animab⁹, ex hoc cõdẽnabit̃ in extremo iudicio dei. Nam dicetur sibi a xp̃o, In persona tua tenuisti bonã uitã, sed in officio fuisti negligẽs, sustinuisti talẽ clericũ cõcubinariũ. Itẽ non correxisti usurarios. Si rñdeat, Dñe timebã insultũ. Rñdebit xp̃s, Iõ q̃a magis timuisti eos quã me, ibis cum eis ad infernũ. Modo uidetis quantũ periculũ est recipere prelationes. Dicat̃ hic exẽplũ de illo qui diu laborauit ut fieret episcopus, & parentes sui quasi omnem substantiã expẽderunt ꝓ eo, & finaliter in die cõsecrationis fiebãt ei multe questiones. Post hoc querebat̃ ab eo, Vis episcopari? Rñdit, Et quid oportet dicere, si tm̃ laboraui ꝓ hoc? Sed qñ fuit sibi dictũ, Vis reddere rationẽ xp̃o in die iudicij pro aĩabus tibi cõmittendis? Rñdebat, Nolo. Et cum diceret nolo, fuit sibi dictum, Dicatis, uolo. Rñdit, oĩno nolo. Et cessit prelature, dicens, Credebã ꝙ esse episcopũ nihil aliud esset nisi comedere gallinas. Ideo de prelatis dicit apostolus, Obedite prepositis uestris, & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant quasi rationem animabus uestris reddituri, ut cũ gaudio hoc faciant, & nõ gementes. ad Heb. vlti. Patet responsio ad secundã questionẽ. Tertio uideamus formam & practicam que ibi tenebitur. Istam practicam iudex ipsemet dixit in quadã parabola, dicẽs, Homo quidã peregre ꝓficiscens uocauit seruos &c. Dicat̃ parabola. Nota, uni dedit quinq; par[illegible] de pecunijs suis, alij duas, alteri unã. Qui [illegible] que accepit lucrat⁹ est alia quinq; negociando. Itẽ qui duas accepit. Sed q unã abscondit &c. timẽs dñm. Iste homo est xp̃s. Et peregre profectus est in die ascẽsionis ultra mare huius mundi, qui mare dicit̃ propter undas & p̃icula. Et [illegible]

ad uisi-

ad uisitãdum sanctuaria in terra sancta. De quo Dauid, Portio mea domine in terra uiuentiũ. Nos xp̃iani sumus eius famuli & seruitores, & uni cõmittit quinque partes bonorũ, scilicet corp⁹, aĩam, diuitias, eloquentiã, & scientiã, oĩa bona nobis cõmissa consistunt in his quinque. Alteri cõmittit solum duo, scilicet corpus & aĩam. Alteri cõmittit unam. s. aĩam, ut captiuis & infirmis, quia licet habeant corpus essentialiter, tñ non habent liberũ ad operandum, sed aĩam habent liberã, quia nõ põt captiuari. Seneca, Erant qui seruitutẽ putant in totũ hominẽ descẽdere, corpora obnoxia sunt seruituti, ps melior. s. anima, libera est. Si uos habetis captiuos uel captiuas, corpora sunt captiua, non animę, imo uelitis nolitis possunt baptizari. Per baptismum enim anima fit libera, sed non corpus. Post multũ uero tẽporis. s. in morte, uenit dominus, ostendens se personaliter aliquibus de speciali gratia, alij p̃sentialiter sibi presentantur. Et qui quinque talenta accepit, dicit, Dñe quinque talẽta tradidisti mihi, ecce alia quinq; super lucrat⁹ sum. De corpore lucrat⁹ sum pñiam &c. Ieiunando quadragesimã, & alia ieiunia eccl'e. Itẽ in qualibet hebdomada semel aut bis. Iste est fructus corporis. De aĩa lucrat⁹ sum deuotionem, iste est fruct⁹ aĩe. De diuitijs eleemosynas, qa iste est fruct⁹ diuitiarũ, uel mutuare sine usuris. Dauid, Iocũdus hõ qui miseret, & cõmodat, disponit sermones suos in iudicio, qa in eternũ nõ cõmouebit. De eloquẽtia lucratus sum orones, doctrinas, uel p̃dicationes. De scientia fructus cõtẽplationis operũ uestrorũ. s. creationis, redẽptionis &c. Tũc dicit ei xp̃s, Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudiũ dñi tui &c. Matt. xxv. Ecce practicã, q̃ in illo iudicio seruabitur. Venit qui duo acceperat, di. Dñe duo talenta tradidisti mihi &c. de corpore pñiam, & de anima deuotionẽ, similiter dixit sibi, Euge serue bone, quia supra pauca fuisti &c. Venit qui unũ accepit, & excusauit se &c. sed nõ ualet excusatio, quia licet sint captiui uel infirmi de aĩa, pñt lucrari per amorẽ ad deũ, sed abscondit sub terra per negligentiã. Ideo auiso, quia multi sunt uocati, pauci uero electi &c. qa in paradiso nõ intrant nec auari, nec superbi, nec inuidiosi, nec luxuriosi, & sic de alijs. Sed qui seruant mandata ecclesię, scilicet humiles, misericordes, casti, charitatiui, abstinẽtes, patientes, & diligentes.

De eadẽ dñica. ix. post trini. Ser. iij.

EGo uobis dico, facite uobis amicos &c. Habet uerbũ istud originaľr Luc. xvj. & recitatiue in euangelio currentis dominice. Verbũ est cõsiliũ & doctrina saluatoris nostri Iesu xp̃i dicentis, Ego uobis &c. Ad melius intelligendũ cõsilium & doctrinam xp̃i oportet declarare uobis unã questionẽ quã fecit btũs Tho. in ij. ij. de religiosis di. Que est melior uita, solitaria an socialis inter gentes? Huic questioni respondet per duas cõclusiones. Prima ꝙ personis in scientia & bona conscientia, in bona uita & uirtuosa, uita perfectis solitaria est melior. Notãter dico perfectis in scĩa, quia solitario necessaria est perfectio scĩe, ne indigeat magr̃o, quia alias leuiter caderet in errorẽ uel falsam opinionẽ diaboli illusione. Itẽ est sibi necessariũ ꝙ sit perfectus in sctitate uite, aľs leuiter caderet in aliquod pctm̃, uel carnis inclinatione, uel diaboli tentatione, uel mundi occasiõe, & quis corrigeret eum ex quo est solus de pctĩs & defectibus suis? profecto nullus. Ideo requirit ut sit perfectus in scĩa, ne indigeat instructione, & perfectus in uita, ne indigeat correctione. Et qui aliter recipit uitã solitariã, ponit se ĩ maximis periculis, & est quasi tẽtare deum. Ideo dicit philosophus, Homo est aĩal sociale p naturã, & qui solitarius uiuit, aut est de⁹. i. diuinalis, aut bestia. Patet prima cõclusio. s. ꝙ uita solitaria est melior si recipiat ut debet recipi, qa includit pfectionẽ scĩe, & bone cõsciẽtie. Scd'a cõ-

 clusio

clusio q̃ psonis impfectis, simplicibus, & coĩbus uita socialis est melior, qã si cadunt in errorẽ uel falsam opinionẽ instruũtur p alios, uel in predicatione, uel pticulari locutiõe. Itẽ si cadunt in pctã, corriguntᷓ ab alijs. Hoc dicit btũs Tho. & ego inueni autoritatẽ in biblia. Meli⁹ est duos esse simul q̃ unũ, hñt em̃ emolumentum societatis sue, si un⁹ ceciderit, ab alio fulcietur. Ve soli: quia cũ ceciderit non habet subleuantem se. Et si dormierint duo, fouebuntur mutuo. Vnus quomodo calefiet? Et si quispiam preualuerit contra unum, duo resistunt ei. Funiculus triplex difficile rumpit. Ecclĩ. iiij. Nota melius est duos esse simul &c. Et ponit tres rationes.

Prima est correctio.

Secunda est deuotio.

Tertia est defensio.

Pro prima dicit, Si un⁹ ceciderit, scilicet in pctõ, ab alio fulcietᷓ. Ve soli, qa cũ ceciderit nõ habet subleuãtẽ se. Sol⁹ habet conditionem oculi, qui uidet alia, & nõ uidet se. Itẽ quilibet defect⁹ aliorum cognoscit, & nõ suos. Ideo est necessaria societas bonaꝝ psonarum ad correctionẽ. Ideo dicit, Ve soli, qm̃ si ceciderit, nõ habet subleuantem se. ibidẽ eodem cap. sed quando sunt duo, si unus cadit fulcietur ab altero per bona uerba, & per bonum exẽplum, sed ue soli, nisi sit perfectus, qa cum ceciderit, nõ &c. Pro secunda rõne. s. deuotione dicit, Si dormierint duo &c. usq;, calefiet. Verba sũt figuratiua. Lectus dicitur deuotio, in quo dormiunt socij boni, & unus calefacit aliũ, qa quãdo uos uidetis q̃ socius uester orat, ieiunat &c. dicitis uos, Et q̃re ego nõ faciã &c. & sic accẽditᷓ in deuotione. De tertia s. defensiõe dicit, Si quispiã p̃ualuerit cõtra unũ &c. usq;, ei. Demõ magis tẽtat solitariũ q̃ illũ q est in societate. Sicut ille qui obuiat inimico solo in uia inuadit eũ, secus si est associat⁹ inimicus, quia nõ audet eum inuadere, ita est de demone, q̃diu Eua fuit in societate Ade, nõ fuit tentata, sed quando fuit solitaria. Item xp̃s q̃diu fuit in societate apostolorum & discipuloꝝ suoꝝ, non fuit tentat⁹ a diabolo, sed quando fuit solũmodo ĩ deserto, tũc &c. Persone solitarie hñt terribiles tentationes. Vt patet de btõ Ambrosio, de btõ Bñdicto, & multis alijs. Ista est rõ, quare hõ timet incedere solus de nocte &c. sed qñ habet bonã societatẽ nõ timet. Iõ dicit, Si quispiã preualuerit cõtra unũ, duo resistũt ei, & maxime tres, cum dicitur, Funicul⁹ triplex &c. qa non sufficit habere unũ bonũ amicũ, sed duos uᷓ tres. Dicit Señ. in libro de remedijs fortuitoꝝ, q̃ quidã perdito amico flebat dicens, Amicũ perdidi. Et Seneca cõsolãdo dicebat, Habes aliũ. Et ille, Vnicus mihi erat. Et Seneca, Et quid tu in tãta tempestate ad unã anchoram stabas? Nauis est uita presens, que magnis tempestatibus fluctuatur. Iõ nõ sufficit una anchora, nec due, sed tres uel plures requiruntur amici. Iõ dicitur, Funiculus triplex difficile rumpitur, propter hoc dicit Christus in themate, Ego uobis dico, facite uobis amicos, non dicit amicũ in singulari. Modo uidendũ est qui sunt faciẽdi amici. Et inuenio q̃ qlibet debet sibi facere, procurare tres amicos. s. proximũ uirtuosum, angelum gloriosum, Iesum xp̃m totum piũ. Isto modo nauis uite nostre erit firma, nec timebit fortitudinem, & si tenebimus consiliũ xp̃i dicentis, Ego uobis dico, facite &c. Dico primo q̃ quilibet debet facere ut hẽat amicũ ꝓximũ uertuosum. s. de bona conscientia, & uita ꝓbata & uirtuosa. Ratio est, qa certũ est q̃ psona uitiosa, peccatrix, & de mala conscientia nõ diligit uerãciter seipsam. Immo inimicatur sibijpsi, & odit se. Verbigrã. Si uos uidetis stare uel sedere aliquam personam in altum in saxo, & uidetis q̃ proijcit se, q̃ cõteritur, & moritur, non dicetis q̃ talis diligat se, immo odit se. Talis est conditio persone superbiose, que cum posset stare & sedere in firmissimo saxo humilitatis, ꝓijcit se in uentum superbie, & moritur. Ideo Iob in persona superbi dicit diabolo, Eleuasti me, & quasi super uentum po-

nens elisisti me ualide, scio, quia morti trades me. Iob.xxx. Secūdo si uidetis ꝙ aliqs sepelit se in fouea sic uiuū, dicetis uos ꝙ ille diligat se? non, imo dicetis ꝙ odit se. Sic facit auarus, qui sepelit se in terrenis. Deus fecit eum rectū, ut uideat celū, & desideret celū & celestia, & auarus nō curat, uiuus existens cooperit se terra &c. Ideo cōtra auaros dicit scriptura, Egredimini super terrā, crescite & multiplicamini super eā. Geñ.viij. Nota egredimini, scilicet uos auari sup terrā de fouea auaricie. Crescite scilicet ī meritis, & multiplicamini, scilicet in bonis opibus super terram, nec intra nec infra terrā. Tertio si uidetis aliquā personam se in ignē proijcientē, nō dicetis ꝙ diligat se, imo dicetis, odit se. Sic luxuriosus proijcit se in ignem luxurie. Luxuria autē nō est nisi ignis, qui accenditur in persona. Peior igne beati Antonij, quia cōburit corpus & animā. Ignis est, scilicet luxuria, usq; ad consumptionē deuorans & omnia eradicans germina. Iob. xxxj. Ideo luxuriosus qñ uult facere illū actum, statim flāme illius ignis luxurie apparent in facie. Quarto, si quis in optimis cibis apponit uenenū & comedit, talis non diligit se, imo odit se. Sic similiter faciunt gulosi, qui in cibis quos de⁹ ordinauit ad sustinendū corpus, opponunt uenenū intemperantie, quod occidit corpus & animā, quia gulosi perdūt pulchritudinē corporalem, fortitudinē, usum, sanitatē, & uitā. Itē in anima perdunt intellectū, frangunt ieiunia ecclie, iam ebrij ueniunt ad missam. Ideo dicit scriptura, In multis escis erit infirmitas. Propter crapulam multi obierunt. Qui abstinens est adijciet uitā. Eccli.xxxvij. Quinto si uidetis aliquē gladio te percutientem iuxta cor, non dicetis ꝙ diligat se. Sic iracundus gladio odij, rancoris, & ense inuidie occidit se. Qui non diligit manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum homicida. i. suipsius est. j. Io.iij. Patet ergo clare ꝙ nulla persona uitiosa & peccatrix diligit se, imo odit se. Autoritas Dauid, Qui diligit iniquitatem, odit animā suam, inquit in ps.x. Qui autē faciunt peccatū & iniquitatē, hostes sunt anime sue. Tob.xij Fiat ergo ratio. Si persona uitiosa non diligit se, quō poterit diligere proximū suum, maxime quia dicit scriptura, Qui sibi nequam est, cui alij bonus erit? Eccli.xiiij. Quia dicit philosophus, Amicabilia que sunt, ad alterum ueniūt ex amicabilib⁹ q̄ sunt ad seipsum. Si ergo pctōr nō diligit se, quō diliget te? Si ergo uis hr̄e bonam amicitiā, oportet ꝙ amicus sit persona uirtuosa, alās melius esset nō habere amicitiā. Iō respice bene cū quo habeas amicitiā & cōicationem, quia cōicatio amicitie causat morū similitudinē. Exēplo de pomis, quia uno corrupto corrūpuntur oīa alia, & omnia alia nō poterūt sanare corruptū. Ita est in una societate, una mala persona corrupta, corrumpit omnes alias, & omnes non poterunt sanare corruptā. Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit. Amicus stultorum similis efficietur. prouerb. xiij. Ideo primum amicū quē debemus nobis facere est proxim⁹ uirtuosus, de quo dicit scriptura, Amicus fidelis protectio fortis. Qui inuenit illum, inuenit thesaurum. Eccli.vj. Nota amic⁹ fidelis &c. Duo mala habemus in hoc mundo. s. abundantiā tribulationū. Secundo defect⁹ consolationum. Sed bon⁹ & fidelis amicus primo est protectio fortis contra tribulationes, aduersitates, & secundo consolatur. Ideo dicit, Qui inuenit illum, inuenit thesaurum. Dico secundo ꝙ quilibet debet facere sibi amicum angelum gloriosum. Magnū quid est ꝙ possum⁹ hr̄e amicū angelū gliosum. Dicit angelus amic⁹ eo, ꝙ habet cōditiones fidelis amici & boni. Amicus fidelis firmus est in dilectione, nō statim ꝓ nihilo recedit ab amico. Ideo dicit scriptura, Amicus si permanserit, fixus erit tibi quasi coequalis, & ī domesticis tuis fiducialiter aget. Eccli.vj. Nota. Amicus si permanserit fixus, quia est amicus temporalis & commensalis. De quibus Eccli.vj. Tales non permanent in tpe tribulationis, ut patet in bea-

in beato Petro; qa antequã esset perfectꝰ, cũ esset in mẽsa cũ xpo dicebat, Dñe paratus sum &c. Sed in aduersitate negauit eũ. Ita est de multis. Iõ dicit, amicꝰ si pmãserit &c. Istã cõditionẽ habet angelus, qui nõ deserit amicũ suũ a principio uite usq; ad finẽ. Nota qũo qñ mulier debet parere deꝰ uocat angelũ, dicẽs sibi, ecce uides illã mulierẽ, mõ debet pere, cõmitto tibi ꝓlẽ. Angelꝰ reputat hoc ad magnã grãm, & regratiat deo, & descẽdit, & citiꝰ creatura uenit ĩ manꝰ angeli, in cuius est custodia & diligẽtia, q̃ in manus obstetricis. Vos non cogitatis hãc maximã angeli amicitiã. Si rex uellet cõmittere oues suas alicui militi, uel comiti, statim indignaretur, nec faceret. Tñ angeli, quoꝝ minor maior est papa uel imperatore, libẽter ueniunt & recipiunt ĩ custodia oues dei. Iõ Hiero. super illo ỽbo, Dico uobis ꝙ angeli eoꝝ in celis semp uidẽt faciẽ pr̃is mei. Mat. xviij. dicit, Magna est dignitas aĩaꝝ, ut unaq̃q; ab ortu natiuitatis sue habeat angelũ sibi delegatũ. Itẽ nõ deserit ꝑ totã uitã, qa tot sunt demões ꝙ nõ pmitterẽt hominẽ facere aliqd bonũ, nec predicare, imo qñ dormimꝰ suffocarẽt nos, nisi qa bonus angelꝰ custodit nos. Nos dormimus, & ipse uigilat. Ecce qualis amicus. Nullus rex uel papa ita bñ custoditur a suis cubicularijs. Ideo de eo dicit Dd, Ecce nõ dormitabit, neq; dor. &c. Et si aliqñ ascendit in celũ, nõ tñ ex hoc dimittit custodiam, imo si uidet diabolũ inuadentẽ amicum suũ sibi cõmissum, statim occurrit ad adiuuandũ. Item qñ facis aliquod pc̃m, licet dicat, O iste ribaldꝰ, nõ tamen deserit te, quia statim diabolus te duceret ad infernũ. Sed tantus est amor angeli ꝙ non dimittet te, nec permittet ꝙ diabolus faciat contra te. Ideo Dauid, Angelis suis mãdauit de te &c. In omnibus uijs tuis. s. per terrã, mare. de die & de nocte, dormiendo & uigilando. Item nec in finẽ deserit. Quãdo persona laborat in extremis, ueniunt demones, & si persona sit impenitẽs, demões derident bonũ angelũ, dicendo, Et qd tu uis hic, qa iste nr̃ est, quia fecit hoc & hoc &c. Et angelꝰ, Adhuc põt deꝰ sibi dare cõtritionẽ. Et demões, Qualis cõtritio hoĩs, q tenuit talẽ uitã &c. Et angelꝰ eleuatis oculis in celũ dicit, Dñe habeatis me excusatũ, & aĩa sic ĩpenitẽs recipit a demonibus, & angelꝰ ascẽdit ĩ celũ. Si ỽo sit aĩa psone penitẽtis, tũc angelꝰ bonꝰ deridet demões, dicẽs, Canes qd uultis hic? O dicũt, adhuc posset peccare. Et angelꝰ, Nõ peccabit. Nã deꝰ qui conseruauit eã usq; mõ, etiã conseruabit eã &c. Vos nõ auditis istas disputationes, qa ex pc̃tis habemus aures obstructas. Finalr̃ angelꝰ recipit aĩam, & demones fugiũt, & angelus portat aĩam secũ in celũ. Factũ est ut moreret mẽdicꝰ, & portaret ab angelis in sinũ Abrae. Luc. xvj. Nõne ur̃ ergo uobis utrũ angelꝰ sit bonus amicꝰ, permanẽs a principio uite usq; ad finem? De hoc autoritas. Ecce ego mitto angelum meũ qui p̃cedat te. s. in natiuitate, & custodiat te in uia, ecce secundum. & introducat te in locũ quẽ p̃paraui, ecce tertiũ. Exo. xxiij. Angelꝰ debet fieri amicꝰ ex parte nostra ꝑ or̃onẽ. Nã debemꝰ dicere sibi quolibet die, mane & sero unã breuem or̃onẽ. s. Angele qui meus es custos pietate supna, Me tibi cõmissum serua, defende, guberna. Dico tertio ꝙ quilibet debet facere sibi amicũ Iesum xpm totũ piũ. Bonꝰ amicꝰ est hõ uirtuosus. Melior est angelus gl̃iosus. Sed optimꝰ Iesus xp̃s pijssimꝰ & pietate plenus. Tũ rõne sue bonitatis. Tum rõne durabilitatis. Tum rõne utilitatis. Iõ dicit scriptura de eo, Amicꝰ fidelis. s. Christus, medicamentum uite & ĩmortalitatis: & qui metuũt dñm, inueniũt illũ &c. Eccl. vj. Nota medicamentũ uite, quia nec proximus uirtuosus, nec angelus gl̃iosus pñt dare medicinã, & remissionem peccatorum, nisi deus. Quis potest pc̃tã dimittere nisi solus deus? Mar. ij. Istam medicinã dat xp̃s in hoc mundo. In alio mundo dat medicinam immortalitatis in gl̃ia eterna. Iste amicus lucratur per timorem, cũ scribitur, Qui metuunt dominum inuenient illum. Qui timet deum eque hẽbit amicitiam

citiam bonã.ſ.dei.Eccłi.vj.Dupłr poteſt timeri deus.Primo ſeruiłr.ſ.inchoando pñiam timore pene. Nã pnĩa incipit a timore pene, & ꝓcedit ĩ amorẽ gr̃e glorie.Exẽplũ de acu & filo inſuẽte.Nã ac⁹ penetrat pũgẽdo,& filũ cõiũgit & colligit ſubſequẽdo.Ita cõtritio eſt ac⁹ penetrãs cor, filũ cõiungens cũ deo eſt ꝓpoſitũ bñ uiuendi, & ſic xp̃s fit amicus nr̃. Qui diligit cordis mũditiã.ſ. contritionem,propł gr̃am labiorum.ſ.confeſsionẽ, hẽbit amicũ regem.ꝓuer.xxij. Ecce quare dicit,q di.&c. Scđo debet timeri filiałr,ſeruando ſua p̃cepta. Et talibus dicit ipe,Vos amici mei eſtis ſi feceritis q̃ ego pcipio uobis.dicit dñs. Io.xv. Et ſic tenebimus conſilium Chriſti,Ego uobis dico,facite uobis amicos &c.

Dominica.ix.poſt trinitatẽ. Sermo.iiij.

QVi ſe exiſtimat ſtare,uideat ne cadat.j.Co.x. In pñti uolo p̃dicare unã materiã magni auiſamẽti uite nr̃e, ſecundũ ꝙ thema dat mihi motiuũ.ſ.q̊t modis & q̲bus perſone cadũt in pc̃ã.Iõ uolens uos auiſare ut caueatis, decreui de iſta materia nũc predicare.Saluteł ỹgo Maria.Reſumał thema.Scriptura ſancta,que eſt os q̊ loquił nobis de⁹,declarat nobis altitudines & excellẽtias q̃s habet pſona deuota ſeruiens deo,dicens, Ecce intelliget ſeruus meus,& exaltabił, & eleuabił, & ſublimis erit ualde.Eſa.lij.Ponunł in dicta autoritate quatuor altitudines ſeu excellentie ferui dei.Sed ut melius intelligatis,ſciendũ ꝙ in hoc mũdo pſone hñt altitudinẽ & excellentiã aliquam iſtarum q̈uor rõnum.ſ.uel per ſciam,uel p nobilitatẽ gñis,uel p diuitias,uel p potentiã. Iſtis quatuor modis etiã habet altitudinem & excellentiã pſona deuota, q̃ ſeruit deo.Prĩo pſone hñt altitudinẽ p ſciam, qa qñ pſona eſt ſubtilis. Iſto mõ pſona deuota que ſeruit deo habet excellẽtiã,qa licet neſciat legere,tñ ex bõa uita quã tenet habet magnã ſcientiam:qa habet a deo magnam claritatẽ intellectus, qa ſine magiſtro ſcit quid credẽdũ ſit & ſperandũ. Talib⁹ dicitur, Vnctionẽ quã accepiſtis ab eo maneat in uobis,& non neceſſe habetis ut aliqs doceat uos, ſed ſicut unctio ei⁹ docet uos de oĩbus.j.canonica.Io.ij.Per hoc quod dicit,unctionẽ,denotat claritatẽ intellect⁹. Quia ſicut marinarij.i. naute,qui in fundo maris uolũt clare uidere, emittunt de ore globũ de oleo,& tũc uidẽt clare,ita deuote pſone recipiunt unctionem claritatis a deo,ſi ergo perſona eſt alta per ſcientiã,& ſerui dei &c. Ecce quare dicit, Ecce intelliget ſeruus me⁹. Scđo ſunt perſone alte& excellentes per nobilitatem &c.qa ſunt filij regis &c. Ex hoc maiorẽ altitudinẽ habet q̲libet perſona deuota,quia in omni gradu parentele xp̃s perſone deuote iungitur dempto uno, eſt per frater gratiã,& cõſanguineus,nepos,& mr̃;ſed nõ pater,quia deus pater nulli communicauit, ut ſit pater xp̃i. De iſta parentela autoritas. Quicunq; fecerit uolũtatem patris mei qui in celis eſt, ipſe meus frater,ſoror,& mater eſt, non dicit pater. Mat.xij. Ideo dicit, Ecce ſeruus meus exaltabitur ſcilicet per nobilitatem diuinalem. Tertio eleuabitur per diuitias. Ideo dicitur diuiti, in altis habitat,ſed diuitie huius mundi nihil ualent reſpectu diuitiarũ ſeruorum dei, qa diuitie mundi ſolum durant hic, & deperdi poſſunt, & moleſtant, ſed diuitie ſeruorum dei , ut uirtutes, & merita,& hic & in alia uita ſemper durant, & perpetue ſunt.Gloria & diuitie in domo eius.ſ. in conſcientia, & iuſtitia eius manet in ſeculũ ſeculi.Ideo dicit, Ecce ſeruus meus eleuabitur.ſ.per diuitias ſpirituales. Quarto exaltabitur per potentiam,ut reges,prelati, & domini temporales.Iſta ratione perſona deuota exaltabitur intm̃,ꝙ quaſi eſt oṗs reſpõſione ſue uolũtatis deliberate,quia nil uult niſi ꝙ de⁹ uult.Et iſto mõ loquebał apoſtolus di.Oĩa poſſum in eo q me cõfortat. ad Phił.iiij.Ideo dicit, Ecce ſeruu⁹ me⁹ ſublimis erit ualde. Fiat ergo rõ, ſi pſona que ſtat in bona uita eſt ita alta & excellens ut probatũ eſt,ualde debet ſe auiſa-

re ne cadat per pctũm, qa q̃to grad⁹ est altior, tanto casus est periculosior. Propter hoc dicit the. Qui se existimat stare, uideat ne cadat. Patet thema. Vt uos aui ssem, inuenio in sacra scriptura, ꝙ quatuor sunt occasiones quibus persone deuote cadunt in peccata.

Prima est ꝑ diabolicalẽ tentationem.
Secũda per familiarem affectionem.
Tertia per deliciosam cõuersationẽ.
Quarta per negligentialẽ opationẽ.

Et non sunt plures modi cadendi. Et qui de istis uult se auisare & custodire, semper stabit alte. s. in grã dei, ergo q se existimat stare, uideat ne cadat. Dico primo &c. s. per diabolicã tentationẽ, qa licet tentatio diabolica nõ possit cogere liberũ arbitriũ ad peccãdũ, tñ illa tentatio habet tantã impet ositatẽ, ꝙ nisi hõ auiset se, uenit cũ impetu, & proijcit ad terrã. Et isto modo, scilicet impetuoso, diruit unum magnũ murũ, scilicet Dauid, dicatur historia de Dauid, qui de palatio suo uidit uxorem Vrie lauãtem se, & statim tentatio demonis uenit ad eũ di. O quõ est, pulchra, mittas pro ea & ueniet, quia uir suus nõ est in ciuitate &c. Dicat quõ peccauit. ij. Reg. xj. O qualis turris erat Dauid, qui puer existens, & custodiens gregẽ patris, ĩterfecit leonẽ, ita erat fortis, & tñ non restitit tentationi. Rõ, quia uenit impetuose. Iõ dixit ipse, Impulsus euersus sum ut caderem, & dñs suscepit me. Et dat remediũ ne decetero homo cadat, di. Fortitudo mea & laus mea dominus, & factus est mihi in salutem. ps. cxvij. Sicut ille qui stat solus, & non se tenet ad colũnã, leui impulsu cadet, sed q se tenet fortiter ad colũnã fortissimam, scilicet domini, duobus brachijs amplexãdo. s. uigilia & orõne, talis etiã ad magnũ impulsum non cadet, iõ qa dñs fortitudo eius. Ecce q̃re dicit. Dñs fortitudo mea, quasi dicat, ego ex me non sum fortis, sed domine teneas uel sustentes me. Istud consilium nõ solũ est Dauid, sed etiam xpi Iesu, qui in nocte passionis dixit apl̃is, Vigilate & orate, ut nõ intretis in tentationẽ. Matt. xxvj. Sed qa non tenuerũt consiliũ eius, ideo impulsi tentatione ceciderunt fugiendo &c. Patet ergo quare aliqui cadunt diabolica tentatione. Iõ remediũ est uigilãdo in oratione appodiare se. Iõ dicit thema, Qui se existimat &c. Dico secũdo ꝙ secũdus mod⁹, quomodo persona deuota cadit, est familiaris affectio. Et iste multos & multas prosternit, qñ enim religiosus, uel clericus, seu heremita est deuotus, & bone uite, stat alte in gratia, & qñ diabolus non põt ipsum diruere impingẽdo, ponit sibi in uia scãdalum, ut ibi impingendo cadat. Scãdalũ est familiaritas alicui⁹ mulieris, etiam deuote & benigne, bone intentionis, sed paulatim cadunt. Et sicut grauius cadit ille qui impingit qñ currit, q̃ ille q uadit spaciose, sic grauior & periculosior est casus persone deuote currentis ad paradisum per magna opera, q̃ illi⁹ qui leuiter ambulat. Iõ aui so uos. O quot sancte persone fuerũt in mũdo, q̃ cũ maximo feruore spũs ĩcepe rũt uitã sanctã, currẽtes ut cameli, sed impingendo ceciderũt. O quot mulieres deuote, q̃ qñ uident aliquẽ religiosum, deuotũ, uel clericũ, cupiũt hr̃e suã familiaritatem etiã bona intentione, dicẽdo, O quõ est iste gratiosus hõ, ego faciam amicitiã cũ eo. Dicat hic historia, que contigit in Italia de filia illius Comitis deuotissima: que clã dimisit patrẽ, & in habitu dissimulato iuit Romam &c. Tunc fuit uerificata prophetia illa Hier. Fortis impegit in fortẽ, & ambo pariter ceciderũt. Hiere. xlvj. Quia fortis erat illa puella, & fortis ille sctũs sacerdos. Iõ mulieres uos auisetis, ꝙ uos cũ nullo quãcũq; deuoto recipiatis familiaritatẽ nec intromittatis uos de coquina. Dicatis sibi, Pater orate pro me, & orabo pro uobis, ego nõ sum coquinaria &c. Iõ dicit scriptura, In uia ruine nõ eas, & nõ offendes in lapides, nec credas te uie laboriose, ne ponas aĩe tue scandalũ. Eccl. xxx. Via ruine. s. cadendi, est familiaritas, ubi offenditur in lapides pctõrũ. Via est laboriosa propter corporis & anime perditionẽ, ergo, Qui se existimat sta e &c.

Tertius

Tertius modus cadēdi est per deliciosam conuersationem, quando scilicet tenent bonam uitam, sed de delicijs mundi uolunt quantum possunt recipere sine peccato. Isti cadunt non impulsi, nec offendendo, sed ex lubricitate uie. Quia sicut ille qui uadit per uiam lutosam, licet non impellatur, nec inueniat scādalum, cadit ex lubricitate, quod non fieret si per uiā siccā incederet. Ita qñ persona uult ire per uiā deliciarū, bene comedere, & sepe rigare guttur, dicēdo, Vere istud nō est peccatū, ex quo hō non frangit ieiunia ecclesie, item comedere carnes, portare camisiā, talis diu stare nō pōt secūdū Ber. Lubricauerūt uestigia nostra in itinere platearū nr̄arū, appropinquauit finis noster. Threnorum. iiij. Nota differentias inter plateas & uicos. Platee sunt late, & signāt personas, que late uadūt in delicijs &c. Per uicos strictos signantur persone, que restringūt se a delicijs &c. & uadūt sine periculo de luto. Sed de illis qui uadūt ad plateas deliciarū dicentibus, Hoc bene pōt fieri, quia nō est pc̄tm̄, dicit, appropīquauit finis noster. s. bone uite. De istis Dauid concordans cū Hieremia dicit, Ipsi obligati sunt. i. inuoluti, & ceciderūt. ps. xix. Remediū quod habemus hic ad hoc dat apl̄us dicēs, Carnis curā ne feceritis in desiderijs. ad Ro. xiij. licet bene in necessarijs. Quia qñ p̄sona deuota infirmatur, que alias nō cōsueuit comedere carnes, nec dormire in lecto, sed consueuit portare cilicium, in infirmitate non debet ista seruare. Quia sicut asinus oneratus cadens in terram nō pōt comedere, & eleuari, nisi onus deponatur, quo eleuato iterū reponitur sibi onus. Sic persona de pn̄ia est ut asinus, supra se portans onus pn̄ie, que si cadat per infirmitatē, debet deponere onus, quia alias nō posset curari, satis pn̄ie est habere patientiā in infirmitate. Post curationē resumatis onus. Ecce quare dicit, Carnis curā ne feceritis in desiderijs, Nemo eñ unq̄ carnem suā odio habuit, sed nutrit & fouet eam necessarijs. ad Ephe. v. Quartus modus est per negligētialē operationē. Deuotio eñ sp̄ualis, & orationes, & omnia pn̄ialia sunt fortitudines, sustinentes personam in altitudine gr̄e dei, quia si dimittantur ex tedio uel negligentia, incipit persona refrigescere, & ad casum disponitur. Verbi gratia. De religioso uel clerico deuoto, qñ dicitis, quid oportet me surgere ad matutinas ita mane, uel orare genibus flexis, & sic de alijs, & paulatim dimittit, talis in breui cadet, quia deuotio que est fortitudo deficit, & licet non sit impulsus a demone, nec inueniat scandalū in lubricitate uie, cadit tñ ex negligentia. Abierūt retrorsum, scilicet dimittendo bonā uitā & pn̄iam, & ceciderūt in terrā. Ioan. xviij. Super hoc habem⁹ cōsiliū a xp̄o dicente allegorice, Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & uade. iiij. Reg. iiij. No. Accinge lumbos tuos, quia sicut qñ quis uadit sine cinctura, plice tangūt terram. Ita negligentes uadunt ad terram. Ideo dicit, Accinge &c. & tolle baculū meū in manu tua, scilicet baculū crucis. Quia sicut ille qui surgit de infirmitate est debilis, sustentatur baculo ne cadat, ita persone deuote, si aliquoties attediētur, uel sint negligentes & debiles, sumant & uideant baculum. s. Christi crucem & passionem, non solum oculis, sed etiam manibus operando. Maius cōfortamen quod possumus habere in bonis operibus est memoria passionis Christi. Verbi gratia, si habetis tediū de ieiunio, cogitate ieiunium Christi, & prandium quod habuit in cruce. Si de despectione habetis tedium, cogitate quid dicebatur Christo, Vah qui destruis &c. Si pulices uos inquietant, cogitate punctiones Christi in capite, & manibus, & pedib⁹. Si de paupertate tedium habetis, cogitate Christum nudum in cruce. Ecce quare dicit, Accinge lumbos tuos &c. Ergo qui se existimat stare, uideat ne cadat.

De eadem dominica nona post festum Trinitatis. Sermo quintus.

Tentatio uos non apprehendat, nisi humana .j. Cor.x. Quia hoc uerbũ habet difficultatẽ in theologia, cogitaui in isto sermone uobis ipsum declarare pro consolatione &c. Salutetur uirgo Maria &c. Et resumatur thema. Doctrina est cõmunis in sancta theologia, ꝙ si Adam non peccasset, omnes fuissemus in paradiso terrestri, & sine labore, tribulatione, seu difficultate introissemus gloriam paradisi. Quia sine labore & difficultate fecissem⁹ bonũ. Sed ex quo Adam peccauit, in ipso nos facti sumus oẽs exules in hoc mũdo. Et cũ magnis difficultatibus, laboribus, periculis, habemus lucrari paradisum celestem. Recte uidetur mihi fore simile cuidã parabole de quodã nobili uiro, habente plures filios, quibus dicebat, sitis boni. Ecce ista hereditas erit uestra. Semel aũt isti filij fecerunt quoddã malum magnum, propter quod pater expulit eos de domo sua. Et ipi iuerũt p mundũ, & passi sunt multa mala, ibãt mẽdicando &c. Tandẽ quidã bonus hõ ex cõpassione interposuit se inter filios & patrem &c. Et pater precepit eis cũ tali conditione, ꝙ nullo mõ possent hr̃e hereditatem eis prius promissam, nisi pri⁹ lucrarẽtur eã armis bellando, & si essent uictores, daret eis hereditatẽ, aliter non. Ita recte accidit nobis ex ingratitudine, quã fecerũt homines, scilicet Adam & Eua, deus pater qui parauerat gloriã &c. exulauit homines in hũc mundũ, in quo multas tribulationes passi sunt. Sed uenit xps, & posuit se inter deũ pr̃em & homines. Vn⁹ mediator dei & hoĩm homo xps Iesus, q dedit redẽptionẽ semetipm pro omnibus .j. Thi.ij. Et finalr̃ recõcilia uit nos deo pr̃i, sed tali conditione, ut non habeamus gloriã, ut prius habuissemus, sed cũ laboribus & periculis, exercitando nos in armis, & si etiã simus ualentes & uictores, habebimus hereditatẽ, aliter non. Ex ista ueritate coact⁹ fuit Paulus dicere, Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ celorum. Act.xiiij. Ex ista ratione Iob illuminatus a spũssancto assimilauit uitã nostrã militie, dicẽs, Militia est uita hominis super terrã, & sicut dies mercenarij dies eius. Iob.vij. Rõ, quia si miles uel mercenari⁹ bene laborat, meret̃ stipẽdiũ, aliter nõ, sed pũctionẽ. Idẽ de nob. Notate hic in biblia nostra habet̃, Militia est uita hoĩs. Translatio antiqua & approbata habet, Tentatio est uita hoĩs. Vnde mirũ est de tãta diuersitate in translatiõibus, que tñ a spũsctõ fuerunt facte, illuminando translatores. Iõ apl̃s .j. Cor̃. xij. inter gratias spũssancti ponit interpretationem, quare ergo trãslator posuit ibi, Militia est uita hoĩs, cũ habeat̃, tẽtatio est uita hominis. Respondeo, ꝙ spũssanctus hoc fecit ad significãdũ per ista duo uerba quod per unum non poterat dici. Vita eñ nostra dicitur militia respectu stipendij, & dicitur tentatio respectu nostri posse. Iã scitis, quia milites & homines armorũ ... te militãt pro stipẽdio &c. ita nos pro glo ria obtinẽda. Iõ dicit̃, Militia est uita hominis. Sed dicit̃ tẽtatio proprie seu probatio, hoc oñdit posse nr̃m, quia in nostra militia habemus tantũ posse, ꝙ non possemus uinci nec capi coacti, quia nullus põt cape uel cogere liberũ arbitri ad peccãdũ. Milites tñ multoties uincuntur & captiuãtur, sed nos non. Iõ dicit̃ tẽtatio. Quia diabolus non põt cogere liberũ arbitriũ, sed uadit in circuitu ad tẽtandũ si posset cape &c. De isto posse dicit apl̃s, Fidel̃ aũt deus est, q nõ patietur nos tẽtari supra id qd̓ potestis, sed faciet etiã cũ tẽtatione prouentũ, ut possitis sustinere .j. Cor.x. ꝓpter hoc dicit thema. Tẽtatio uos nõ apphẽdat &c. Adhuc restat difficultas. Que est ista tentatio humana? Pro huius difficultatis solutione, nota ꝙ tres tentationes in summa inuenio, quas habemus iu hoc mundo. A prima & secunda est ualde cauendũ, quia cadere in illas ĩcludit pctm̃ mortale. De tertia non possumus nos cauere.

Prima est tentatio diuinalis.

Secunda est tentatio diabolicalis.

Tertia est tentatio humanalis.

Ideo

[illegible]eo dicit thema, Tentatio uos &c.ſ. di-
[illegible]nalis, nec diabolicalis, ſed niſi humana
[illegible]s. Dico primo ꝙ prima tẽtatio eſt diui
[illegible]alis, qñ deus tentat aliquẽ, nõ tñ creda
[illegible]us ꝙ tẽtatio diuina ſit inclinãdo ad pec
catũ, quia deus nõ eſt cã pc̃ti, nec ĩclinat
ad pc̃tm̃. De hoc uide. ſ. Tho. prima ſecũ
[illegible]e. q. lxxxix. ar. j. imo dicit ſcriptura, Ne-
mo cũ tẽtat̃ dicat qm̃ a deo tentat̃. Deus
ẽm intẽtator maloꝝ eſt. Ipſe aũt nemi-
nẽ tẽtat, ſupple ad peccãdũ. Ia. j. Querit̃
ergo, Que eſt tẽtatio diuina? Ad quod di
co, ꝙ diuina tẽtatio eſt ad probationem
creature, non dei, qa deus oĩa nouit, ſed
ipſi⁹ creature. De hoc uide. ſ. Tho. j. par.
q. cxiiij. ar. ij. Et ſi in tentatione tentatus
teneat ſe fortiter, dat gloriã deo. Si defe
cerit, conetur ad hoc ꝙ peniteat, & ꝙ ce
teris ſit in exemplũ. Iſta tẽtatio fit a deo
dupliciter. Primo per proſperitatẽ. Secũ
do ꝑ aduerſitatẽ. Dico primo quod ali-
quoties deus tentat de honore, ſanitate,
& ſic de alijs, nõ inclinãdo ad pc̃tm̃, ſed
ut tu ſcias & cognoſcas te, & alijs ſis e-
xemplũ, quaſi dicat deus, Videamus qd
faciat iſte. Ad intelligẽdũ hoc dicat̃ quõ
[illegible] qñ nouiter recipiũt unũ ſeruitorem
probãt eũ, dimittendo florenos ſciẽter
in aliquo loco, uel aliquid ſimile, non ꝙ
dñs uelit ſeruũ recipere florenos, ſed ut
probet eũ &c. & ſi abſcõdit florenũ, fur
eſt, & expellit ipſum de domo ſua, ſi re-
uelat, reputat̃ bonus & fidelis. Idẽ de do
mina probãte ancillã in pecunijs, uel io
calib⁹, ſeu eſcis, uel uino, ſi ſit fidelis &c.
Iſto mõ deus tẽtat nos. O quot latrones
& fures ſunt in domo dei, deus tentat
eos, & ipſi nõ ſe auiſant. Verbigratia, q̃-
do eſt magna fama de aliquo diuino, ſor
tilego, ſeu incantatore, ꝙ fecit magnas
curationes, quas ſanitates deus operat̃,
tentat uos ut expiatur quid facietis, quã
do dicit̃ uobis, uultis ſanari de tali infir-
mitate, uel inuenire rem perditam, uada
tis ad talẽ &c. Et mõ quid facitis? trãſitis
ad diuinos, ſortilegos, cõtra dei uolũta-
tẽ &c. Idẽ de fulguribus &c. Dicit̃ uobis,
faciatis ſic, dicatis talia noĩa, qa probatũ
eſt ꝙ nõ erit malũ tp̃s &c. tẽtatio eſt. O
quot ſunt latrones, furãdo deo honorẽ
diuinũ, & diabolo offerũt eũ. Dicatur ẽt
contra mulieres, que tot faciunt truffas.
Contra iſtas tales ecce textus ſacre ſcri-
pture, Si ſurrexerit in medio tui prophe
ta, aut qui ſomniũ uidiſſe ſe dicat, & pre-
dixerit ſignũ atq; portentũ, & euenerit
quod locutus eſt, & dixerit tibi, eam⁹ &
ſequamur deos alienos, quos ignoras, &
ſeruiamus eis, nõ audies uerba prophe-
te illius aut ſomniatoris, quia tentat uos
dñs deus ueſter, & palã fiet utrũ diligatis
eũ an nõ in toto corde, & in tota aĩa ue-
ſtra. Deut. xiij. Dimittatis ergo talia, &
recurratis ad nomẽ Ieſu. Dicatur de uir
tute eius, & modo dicẽdi ſuꝑ infirmita-
tẽ uel plagã. Secũdo tẽtat deus per ad-
uerſitatẽ. Quãdo perſona uult facere ali
quod bonũ opus, deus procurat aliquam
aduerſitatẽ, ut probetur quid faciat, ſem
per intelligẽdo ut dixi, quia deus nihil
ignorat. Pro intellectu huius dicatur, ꝙ
ſemel quidã miles habens inimicos rece
pit nouiter unũ ſcutiferũ ĩ ſuo ſeruitio,
quem uolẽs probare, tractauit cũ duob⁹
amicis ſcutifero ignotis, ꝙ in uia inuade
rẽt militẽ & ſcutiferũ. Cũq; illi duo inua
ſiſſent militẽ ut erat ordinatũ, clamãtes,
interficiatur, tũc ſcutifer deſerens dñm
ſuũ fugit. Propter quod dominus expu-
lit eum de domo &c. Iſto modo deus tẽ
tat nos, quando aliquis religioſus, cleri-
cus, uel ſecularis recedit a mala uita quã
tenebat, & incipit bonã uitam, ſeruando
ſuam religionem, faciendo penitẽtiam.
Talis ſe tunc ſociat cũ milite. ſ. cũ xp̃o.
Sed dicit deus, Videamus, probetur iſte,
parat unũ, duos, uel tres aduerſarios ut
probetur, qui ſunt dolor, infirmitas
&c. Statim quando incipit ſeruire quis
deo, ueniunt dolores in capite, uel ſto-
macho &c. Non debemus fugere, quia
tentatio eſt ad probandum. Idẽ de infir-
mitatibus. Idẽ de linguis gẽtiũ dicentiũ,
Ille eſt hypocrita, ut habeat miſſas ſan-
cti Amatoris. Mane in propoſito, quia
tentationes ſunt. Non dicatis, O mi-
ſer, ante eram quietus ab iſtis, non
poſſem ſuſtinere &c. Idem de tenta-
tione

tione de fide catholica, nō dicatis, O mi ser, ego non cōsueui habere ista &c. Resiste fortiter, quia tentationes sunt. Ecce quō deus tētat p aduersitatē, Ad hoc dicatur exēplū de Abraā Geñ. xxij. Tentauit deus Abraā &c. Dicaī historia breuiter, quō illa tētatio fuit Abrae in laudē dei, & augmentū meriti. Itē fuit in exemplū obedientie nobis p locū a maiori. Si Abraā in re tā magna & difficili fuit deo obediens, q̃to magis nos, quibus nō precipit interficere filios &c. sed p̄cepta cōnaturalia &c. Iō dixit deus Abrae, Quia tu fecisti hanc rem, & nō pepercisti filio tuo unigenito propter me, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuū. Et in semine tuo. s. xpo, benedicentur omnes gentes terre. Geñ. xxij. Ecce quō deus tentat nos ꝓsperitate & aduersitate. Ideo nec ꝓpter ꝓsperitatē habendā, nec ꝓpter aduersitatem fugiendam faciamus contra deum, sed seruemus eius precepta. Fili accedēs ad seruitutē dei sta in iustitia. i. penitētia, & in timore. i. deuotione, & p̄para animam tuam ad tentationē. Eccli. ij. Dico secūdo ꝙ tentatio diabolica. Ista fit ex malicia, sicut diuina ex mīa est, quādo diaboli cogitant gloriam quam pdiderunt, & uident ꝙ nos respectu eorum sumus formice, & ꝙ acquirere debemus illā gloriā, dicūt maliciosi, impediamus eos & tentemus. Ecce malicia. Ideo dixit beatus Petrus cuidā qui fecerat quoddā magnū peccatum, Cur tentauit Sathanas cor tuū. Act. v. Et inueni ꝙ diabolus tenet tres modos tentandi. i. piscatoris, aucupis, & truffatoris. Piscator uolens capere pisces, primo projcit eicā sine hamo, nō ꝙ capiat pisces sine hamo, sed probat si pisces comedāt. Sed hoc ideo facit, ut post cū hamo possit capere, & eos interficere. Ita facit diabolus, primo projcit escas, cogitationes, participationes alicuius mulieris, ut post cum hoc peccato capiat te. Autoritas. Nescit homo finē suū, sed sicut pisces capiuntur hamo, sic capiuntur homines in tempore malo. Eccl's. ix. tempore malo. i. tentationis. Et sicut pisces non statim sentiūt hamū, sed quādo trahūtur ad littus. Ita tu mō nō sent[...] hamū p̄cti, sed quādo traheris ad litu[...] finē uite &c. Secundo diabolus tētan[...] tenet modū aucupis, auceps ponit gra[...] ut capiat uolucrē, qui cum capit gra[...] capitur. Ita diabolus capit uolucres, reli[...] giosos, clericos &c. cū grano honoris [...] prelationis, seu dignitatis, quādo audi[...] unt, talis eps est mortu⁹, diabolus sta[...] tentat, dicens, O si tu posses habere i[...] epatum, hoc posses facere cum reg[...] Idem de seculārib⁹, de aliquo officio [...] do a rege, dicit tentatio, O si tu mō po[...] ses habere, q̄a rex ꝓmisit alteri. Ego di[...] famabo eū ꝙ non est fidelis regi &c. [...] Eccl's. ix. Sicut aues cōphēdūī laqueo, [...] capiuntur homines &c. cū eis exēplo [...] peruenerit. Itē diabol⁹ tertio modo [...] tando tenet modum truffatorū. Dicat[...] de ferrarijs ꝓijcientibus ferraturā ig[...] tam in uicum, ut decipiāt simplices, u[...] deāt. Idē de argētarijs, projciendo flo[...] nos &c. Ita recte facit demō, qū dic[...] bis, talis persona uel cōitas indiget. c[...] mille florenis ad mutuandum. Iō si u[...] tis uos mutuare, respondebitur uobis [...] co & nomine census, dabuntq; pro ce[...] tū mutuatis quinq;, modo diabolus [...] cit ferrū calidum uel florenum, ut cob[...] rat aīam uestrā per auaritiā, quia ex mu[...] tuo recipere aliq̄d usura est & dānan[...] nisi sit uera emptio & uenditio, & pre[...] cium iustum, alias usura est. Dicatur h[...] exemplū beati Antonij, qui inuenit po[...] mum auri in deserto ex diaboli tēta[...] ne preparatum &c. Propter hoc dic[...] ī ultima petitione de Pater nī, Et ne [...] inducas in tentationem. i. ne permi[...] nos induci in tentationem. Sed libera nos a malo. Ergo tentatio uos nō apprehendat. Tertia tentatio est humana, q[...] de se solum uadit ad ueniale pct̄ū. T[...] tatio humana dicit que est solū in [...] mites sensualitatis sine assensu ratio[...] Verbi gratia. Tu uides inimicum t[...] subito sanguis tu⁹ mouetur ad uin[...] Ista est tentatio humana, q̄a naturaī m[...] uetur ad uindictam, q̄a etiā formica q[...] pōt si iniuriaī uīdicat se, sed auisens u[...]

ne ra[...]

ratio consentiat, qa tũc iã nõ esset ueniale sed mortale. Item quando tu uides pulchrã mulierẽ, subito sanguis mouetur, tentatio est humana. Sed si dicas, uideamus si potero peccare cũ ea &c. mortale est. Idem de motu auaritie, quando intra limites sensualitatis, ueniale est. Item de ieiunijs ecclesie, quando homo uidet de mane uinũ, & hõ tẽtatur bibere de mane, tentatio est humana, ex quo solum est intra limites sensualitatis, qa intellectus nõ consentit, ueniale est. Et qa talis tentatio non uenit a dei mĩa, nec a diaboli malicia, sed a cõcupiscentia. Aut. Iac.j. Vnusquisq; uero tentatur a sua concupiscentia abstractus. s. a bona cogitatione, & illectus. s. ad malũ. Deinde cõcupiscẽtia cũ cõceperit, parit pctm̃, supple ueniale. Pctm̃ uero cũ consummatũ fuerit, supple per cõsensum rõnis, generat mortem. i. pctm̃ mortale. Nota illect⁹. i. inclinatus seu attractus, quia qñ homo uidet pñtiam obiecti. s. occasionem peccandi, tũc postposita bona cogitatione in qua se debet occupare, cogitat circa pctm̃, intra se dicendo, O tu posses hoc sic uel sic facere &c. Ecce quare dicit, Tẽtatio uos non apprehendat, nisi humana, quia ex ista non perditur gratia.

Dñica.ix. post trinitatẽ. Sermo.vj.

CVm defeceritis, recipiant uos in eterna tabernacula. Luc.xvj. Pro declaratione thematis sciendũ est, ꝙ secundũ reuelationẽ factã beato Paulo, quando fuit raptus &c. ij Cor.xij. quam reuelationem reuelauit btõ Dionysio suo discipulo, & ipse Dionysius nobis reuelauit in libro de celesti hierarchia, ꝙ in celo sunt nouem ordines angelorũ, & quilibet ordo est maior toto mundo, est ibi tanta pulchritudo tanta &c. quia si possibile esset solũ habere caput intra celum, & uidere solũ materialia, nunquam homo uellet esse alibi, nec comedere nec bibere. quid si uideret spiritualia? Vnde Esa.lx. Tunc uidebis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum.

Primus ordo est angelorum.
Secundus archangelorum.
Tertius principatuum.
Quartus potestatum.
Quintus uirtutum.
Sextus est dominationum.
Septimus thronorum.
Octauus Cherubinorum.
Nonus Seraphinorum.

In primo principalis angelus, & primus est Raphael. De quo Thob.iij. & est ibi magna excellentia. Secundus ordo est altior & pulchrior &c. & est primus Gabriel, de quo canit ecclesia, Que Gabrielis archangeli dictis credidisti. Tertius est principatuum, altior & pulchrior precedentibus, & isti⁹ primus est Michael. Daniel.x. Ecce Michael unus de principibus primis. Quartus est potestatum altior & propinquior. Et sic ascendẽdo usq; ad ordinem Seraphinorũ, & quanto propinquiores sunt deo, tanto excellẽtiores sunt. Sed notitiam eorum in indiuiduo horum ordinum non habemus, quia noticiam eorum noluit deus in sacra scriptura reuelare, propter tantam dignitatem, altitudinem, & propinquitatem ad deũ. Iste est ordo paradisi, & in sacra scriptura aliquãdo uocatur dom⁹. Sicut eñ in palatio magno sunt multe dom⁹, una pulchrior alia, sic est in castro celi. Vnde, in domo patris mei mãsiones m̃lte sunt. Ioan.xiiij. Item alibi platee uocantur, qa sicut platee habent magnum spacium, sic ille mansiones sunt maxime, quia minima stella que est in firmamento est maior tota terra septupliciter, ut dicũt astrologi. Multo ergo maiores sunt platee paradisi. Vnde, Platee ciuitatis scilicet paradisi, aurũ mũdũ, tã̄ uitrũ plucidũ. Apoc. xxj. Item aliquãdo uocatur tabernacula nobiliũ existentiũ in armis, que sunt pulchra &c. sic etiam ad hoc propositum loquitur thema, Cũ defeceritis in uia &c. defeceritis de hac uia &c. Patet thema. Modo autem existimo ꝙ multi ibi sunt recepti, sed secundũ differentiã quã ponit Aug. in lib. de cura mortuorum agẽda. Ibi dicit ꝙ sunt aliqui peruersi & mali, aliqui

li, aliqui boni nō perfecti, aliqui boni & perfecti.. Et de istis ultimis loquitur thema, Cū defeceritis. Primi ergo sunt mali & peruersi, qui ducūt malā uitā.i. uiuūt scd'm carnis inclinationes, existētes superbi, auari, inuidi &c. moriūtur impenitentes, tales cū maximo impetu ad infernum descendunt, sicut fulgur de celo cadit. Vnde Apoc.xviij. Sustulit unus angelus fortis lapidē quasi molarem magnū, & misit in mare dicens, Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna, & ultra nō inuenietur. Interpretatur autē Babylon confusio Hebraice, & significat pctōres nullum ordinem seruantes, & religiosos nec regulā nec cerimonias seruantes, sed malū exemplū prebentes. Nota, de quolibet statu non tenenti ordinem suū dicitur, Babylon.i. confusio, qa cōfusio est contraria ordini, isti mittuntur in mare inferni &c. De istis Iob.xxj. Ducūt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Nota in bonis. Diuites in excessibus cibi, potus, & uestiū, & sic de alijs. Vnde mortuus est diues, & sepultus est in inferno. Luc.xvj. Et notandum ꝙ sicut in pomo sunt domicilia ubi sunt grana, sic in quatuor partibus terre sunt quatuor camere.

Prima est infernus peruersorum.
Secunda est limbus puerorum.
Tertia est locus purgandorum.
Quarta est limbus patrum.

Et ille dicitur sinus Abrae, in quē modo nullus intrat. Nota de limbo puerorū, quomodo est locus pro pueris cum originali peccato decedentibus, & in inferno sepeliuntur illi peruersi. Sed dicitur in symbolo, Descendit ad inferna, quia sicut in celo sunt nouē ordines angelorū, ut dictum est, sic in inferno sunt nouē carceres. Nā in principio mundi quādo deus creauit celum & terram, in celo simul creauit nouē ordines angelorum. De hoc uide sctm̄ Tho.j. parte.q.lxj.ar.iij.&.iiij. Nota de superiori ordine erat Lucifer. De hoc uide sanctum Tho.j. parte.q.lxiij.ar.vij. qui uidens omnes creaturas inferiores se, superbiuit, uolēs equiparari deo. O dicit, & dixit deus, Non habitabit in medio domus mee qui facit superbiam, q loquitur iniqua &c. ut dicitur in p̄s.c. Tunc factū est p̄liū magnū in celo, & ceciderūt sicut fulgur. Vnde, Videbā Sathanā sicut fulgur de celo cadentem. Luc.x. Et qui erat altior ante casum in celo, factus est inferior post ipsum in inferno. Exēplū de lācea, in cuius cacumine esset una grossa plūbata, & consequenter alie octo in eadē descēdentes, semp grossior in descēsu esset prior, sic in casu angelorū. Nota quia quāto gradus altior, tanto casus grauior. Et scdm ꝙ descēderunt & reliquerūt nouē ordines angelorū in celo, ita constituerunt nouē carceres in inferno. De qbus loqitur Iob, Ducūt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descēdūt.s. ad carceres inferni scd'm eorū demerita. Vnde, Quomodo cecidisti Lucifer q mane oriebaris, Corruisti in terrā qui uulnerabas gētes. Qui dicebas ī corde tuo, In celū cōscendam, supra astra dei exaltabo soliū meū, sedebo in monte testamēti, in lateribus Aquilonis. Ascēdā sup altitudinē nubiū, similis ero altissimo. Verūtamē ad infernū detraheris, in pfundū laci. Qui te uiderint, ad te inclinabunt, teq; prospicient. Esa.xiiij. Nota qui te uiderint.s. per peccatū, ad te inclinabuntur.s. ad tuos. Velitis scire qui sunt in primo carcere, q est deputatus pro his qui fuerunt de ordine angelorū? homines uoluptuosi, uiuētes scd'm desideria carnis sine pnia. Luc. Nisi pniam egeritis, omnes simul peribitis. In secūdū carcerē descēdūt indeuoti, puta religiosi &c. De quibus dicitur, Populus hic labijs me honorat, cor autē eorū longe est a me &c. Esa.xxix. & Mat.xv. In tertio carcere semper descendendo, qui est deputatus pro his qui fuerunt de ordine principatuū, sunt incōpatientes & immisericordes. In quarto, in quo sunt qui fuerunt de ordine potestatum, sunt impatientes. In quinto, in quo sunt qui fuerūt de ordine uirtutū, sunt discordes, inuidi, qui nunq̄ habent pacem, nec in conscientia, nec cum proximo, &

qui no-

noolunt parcere, ſed uindictam querũt. In ſexto, in quo ſunt qui fuerũt de ordine dominationũ, ſunt tyranni, magnates, q obtinẽt dominationes tyrãnice ſine iure, & poſt nõ faciũt iuſticiã, ſed aſſumũt pauperũ bona, & deuorãt pauperes. In ſeptimo, in quo ſunt qui fuerũt de ordine thronorum, deſcẽdũt plati & pſidentes, qui uſurpãt beneficia eccleſiaſtica, poſsidentes ea p ſymoniã, ſine pura canonica electione uel prouiſione, & prouidẽtia pape, quia nõ intrãt per oſtium. Io.x. uẽdũt ſacra, nõ curãt de aĩabus, ſed tantũ de denarijs. In octauũ carcerẽ, in quo ſunt qui fuerunt de ordine Cherubinorũ, deſcendunt dubitantes in fide, uolẽtes arguẽdo pbare articulos, unde cadunt in uarios errores, & falſas opiniones, & tales ſunt fatui, uelut qui uellet cũ igne cãdele pbare florenos an ſint de puro auro, qs debet reponere ĩ burſa tãq pbatos. Sic de articulis fidei pbatis in tot fornellis doctorum &c. Ideo tenere eos debemus in burſa conſcientie tãquam ueros. In ultimum carcerem, in inferno, ubi ſunt qui fuerunt de ſupmo ordine Seraphinorũ, deſcẽdunt blaſphemi, taxillatores &c. quos Lucifer terret. Remediũ, ſi quis quẽq predictorũ carcerũ incurruiſſet, demeritorie põt per tria opera euadere, ſcilicet p cordis cõtritionẽ, oris cõfeſsionẽ, & operis ſatisfactionẽ. Ecce uera penitentia que ducit ad celũ. Penitentiam agite &c. Mat.iiij. ſ. ut cum defeceritis &c. Secũda cõditio mortuorũ eſt, q mortuorum quidã boni ſunt, & nõ perfecti, qa multa peccata fecerũt & penituerũt, tamẽ non condigne fecerũt, ut Maria Magdalena, q̃ condigne & bene ſatisfecit, tamen eſt regula theologie, q contritio quãtũcũq; parua ſit ſufficit ad deletionem culpe, & tales ſuſcipiunt pñiam a confeſſore, qui debet dare paruam, ut poſsint facere, aliter eſſet periculum, quia ſi daretur grandis penitentia, forte non facerent eam. Et iſti nõ ſunt mali puerſi, ſed boni mediocriter, & tales uadunt non ad infernum, ſed ad purgatorium, ubi cũ fuerint purgati, uadunt ad paradiſum, & de hoc ſunt ſecuri. Et quis portat animam? Dicunt aliqui q diabolus. non eſt uerum, ſed angelus. Et dat exemplum ſanctus Tho. in quarto ſñiarum de duobus bellantibus. Finito bello uictor ducit uictum, & non econuerſo. ij. Petri. ij. A quo quis ſuperat⁹ eſt, huius & ſeruus eſt. Modo iſte mundus non eſt niſi unus campus, in quo militamus contra diabolum, mundum, & carnẽ. Vnde militia eſt uita hominis ſuper terram. Iob. vij. Ideo quando bellum eſt finitum, & homo habet uictoriam penitendo, quando anima exit a corpore, tũc diabolus uict⁹ fugit, & angelus bon⁹ capit eam, & preſentat eam Chriſto, q eam interrogat licet ſciat. Dñs interrogat iuſtũ & impium, inquit pſalmiſta. Tũc xps mittit eam ad purgatorium pro condigna penitentia. Iuſtus dñs, & iuſticias dilexit, equitatem &c. Et portatur ab angelo non a diabolo, quia uictus eſt diabolus, & angelus bonus cuſtodit eam, & cõſolatur, dicendo ei q habeat patientiam, & q ſuffragio amicorũ liberabitur &c. Vnde angelis ſuis mandauit de te &c. ut cuſtodiant te &c. In manibus portabunt te. ps. xc. & ſic conſolando portat eam dicendo, O ſancta anima habeas patientiam, & ego ueniam, & portabo te ad paradiſum. Et ibi, hoc eſt in purgatorio, purificatur ſicut aurum & argentum. Auſ. In igne probatur aurum & argentum, homines uero receptibiles in camino humiliationis. Eccli. ij. In igne. ſ. purgatorij, aurum. i. charitatiui, quia aurum eſt precioſi⁹ metallum, ſic inter uirtutes eſt maior charitas. j. ad. Co. xiij. & argentũ. i. fideles in nullo articulo dubitantes. Et ſicut aurifaber nõ intromittit ferrũ nec plumbum in ſuam fornacem, ſic in purgatorio non intrabit ferrum dure obſtinationis, nec plumbum hominum impenitentium, ſed aurũ charitatis, & argentũ fidelitatis. No. receptibiles actiue & paſſiue. ſ. apti nati ad recipiẽdũ gloriam actiue, uel purgationem paſsiue, qa ĩpenitẽtes non ſunt apti nati recipere, nec purgationẽ, nec gloriã, & cõpleta penitẽtia

euolant

euolant ad gloriã per gratiã quam fecit eis deus. Vnde, Gratia dei uita eterna. Rom̃.vj. Ibi est gratia ablatiui casus. i. p gratiam gratum facientẽ, qa ex illa gratia quam dedit & facit deus eis in purgatorio grati efficiuntur, & per consequẽs uadunt ad gloriam. Vnde ꝓuer.xj. Mulier gratiosa.i.anima gratis facta inueni et gloriam. Item receptibiles. i. apti nati recipere suffragia ecclesie, parentũ, uel amicorum, anime uero damnatorꝝ sunt capaces. Exẽplum de mẽbro abscisso, quia licet homo comedat uel bibat, illud membrum non recipit commodũ, sic tota xp̃ianitas non est nisi unum corpus, & habet plura mẽbra corporis, qđlibet habet suum officium distinctum, ut caput nõ facit nisi comedere & bibere, regit tamen alia membra, sic in Christianitate caput sunt domini tẽporales, qui debent regere, oculi sunt prelati ecclesie. Sicut in uno corpore multa sunt mẽbra, oĩa aũt mẽbra non eundem actum habent, ita multi unum corpus sumus in xp̃o. ad Ro.xij. Illi qui sunt ĩ inferno sũt membra xp̃i, sed qa abscissa sunt, nõ recipiunt commodum ab illis membris cõiunctis. Exemplũ de illo qui tibiã habet fractã & abscissam, si comedat uel bibat, nihil ꝓdest tibie, sic de damnatis abscissis. Vnde mortuo hoĩe impio, nulla erit ultra spes. prouerb. xj. Impio qui nõ habet pietatem de se penitẽdo &c. Contra illos qui dicunt ꝙ bona eis ꝓsunt minuendo eorꝝ penã, hoc non põt esse uerũ, qa tm̃ diminui posset, ꝙ nullã penã haberent, & sic saluarent, quod est falsum. Vnde ecclĩa cantat, In inferno nulla est redẽptio. Quid ergo oramus ꝓ dãnatis nescientes? Ecce qđ dicit xp̃s, Si ibi fuerit filius pacis, requiescet sup eum pax uestra, sin aũt, ad uos reuertetur. Luc. x. Iõ qui uultis dicere missas, nolite eas uẽdere pro precio, qa essetis ut Iudas, qui. xxx. denarijs uendidit Christũ dicens, Quid uultis mihi dare, & ego eũ uobis tradam? Et qui facitis legere, debetis eligere bonum sacerdotem, quia ut dicit Greg. Cum is qui displicet ad intercedẽdum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Sctã ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a pctĩs soluanť. ij. Macha. xij. De illo aũt qui recipit elecmosynã, & an bonus uel malus est nesciat, homo debet presumere ꝙ sit bon⁹ &c. Tertio aliqui etiã decedũt ex hac uita ut boni & ꝑfecti, & isti sunt qui licet multa pctã cõmiserũt, tñ habuerunt tantã cõtritionẽ, ꝙ est sufficiens ad remissionẽ pene & culpe, & fecerũt penitẽtiã nõ solũ illam cõfessoris, sed etiam nocte surgebãt, orabãt, uigilabãt, audierunt missam, sermones, &c. Ita ꝙ bona que fecerunt sunt maiora q̃ mala. Tales enim statim euolãt cũ societate magna angelorum. Dic practice ꝙ qñ corpus moritur, angelus est presens, & tunc in momẽto ascẽdit celũ, & Christo & ỽgini Marie annunciat gaudium quod habent de tali, qui bene uixit. Xp̃s tñ & uirgo beatissima bene sciunt, sed Christ⁹ tamẽ uult interrogare. Et tunc angelus, Domine ecce anima talis est in puncto mortis, bene uixit, fecit penitentiã &c. Qualis laus laudari ante deum per os angeli. Auto. Si fuerit pro eo angelus loquens, unus de milibus, ut annunciet hominis equitatem, miserebitur eius, & dicet, Libera eũ ut nõ descendat in corruptionẽ. Iob. xxxiij. Et mittit deus angelũ suũ, nõ unũ sed multos, ut fugiant demones presentes. Tũc anima exit tota lucida, pulcherrima, sed uerecunda siue morigerata, sicut spõsa que esset simplicis status. imo si esset sponsa regis pulcherrima & bene ornata, tamẽ propter aspectum ducis & principũ est uerecunda & composita. Sic de anima quando relinquit turpẽ habitum corporis, & induit habitum grãe, & portatur ab angelis. Vnde Lu. xvj. Factũ est ut moreretur mẽdicus, & portaretur ab angelis in sinũ Abrae, nõ ab angelo, sed ab angelis. Et quando intrat paradisum, & transit primo per primum ordinem. s. angelorum, & si uixerit in penitentia gaudent angeli & congratulantur ei, quia in eorum ordine cum eis debet stare. Vnde dico uobis. Gaudiũ est angelis

Iudei super uno peccatore pniam agen Lu.xv. Et si cum pnia habuit magnam deuotionem, ascendit ad secundum ordinem angelorũ, & congratulantur ei, quia debet ibi manere cum eis. Et si fuerit liberaliter misericors erga pauperes, ascedit ad tertiũ ordinẽ. s. principatuũ, & sic de alijs ordinibus.

Dñica. x. post trinitatem. Semo. j.

Erat quotidie doces in templo. Verbũ hoc habetur textualr Lu. xix. & officialiter ĩ euã. hodierno. Ser. p̄sens erit de sancto euãgelio huius dñice, cũ adiutorio diuino habebim⁹ multas bonas doctrinas ad correctionẽ p̄cõrũ, & informationẽ uirtutũ, & cõsolationẽ aĩarũ. Sed qa nulla doctrina habet uirtutẽ ĩ saluatiõe sine gra dei, ideo prim ꝰ salutetur uirgo Maria &c. In isto sermone cogitaui tenere modũ edificatorũ, qui prio ponũt fundamentũ firmũ & forte, deinde edificant cameras ad habitandũ. Ita uolo facere. Prio ponã fundamẽtũ forte, firmi⁹ celo & terra, qđ est uerbũ euangelij, de quo xp̄s, Celũ & terra transibunt, uerba autẽ mea nõ trãsibũt. Lu. xxj. Posito isto fundamẽto, edificabo cameras spiritualiũ doctrinarũ pro animarũ habitatiõe. Nota historiã euangelij. Dicit btũs Lucas, qui recitat euãgeliũ hodiernũ, ꝙ cũ xp̄s appropinquaret Hierl'm ubi tũc fiebat festa magna, & tripudia, uidens Iesus ciuitatẽ fleuit sup illã. Ratio, quia cogitabat & cõsiderabat ei⁹ futurã destructionẽ, & mala que xp̄s sciebat ei uentura. ideo fleuit dicens, Quia si cognouisses scilicet tribulationes uenturas tibi, & tu supple fleres sicut ego, & modo letaris. Et cõputauit septẽ mala uentura ciuitati Hierusalem, dicẽs, Veniẽt dies in te. i. cõtra te, quia sicut abundabant & comedebãt &c. ita uenturũ erat tẽpus quo pre fame matres comederent filios, & obstetrices lectũ, in quo nascunt filij & pueri, & biberẽt urinã. Itẽ fuit maxima mortalitas inter eos tempore Titi & Vespasiani, qui obsederunt ciuitatem, intantum ꝙ Iosephus dicit, ꝙ non poterant sepelire corpora, sed proiecerunt de muro in fossatum, & intantum repleuerunt fossatũ, quod ascendebant ad equalitatem muri. Ecce quare dicit xp̄s, Venient dies in te, id est, contra te. Secundo circundabũt te inimici tui uallo, hoc fuit in obsidione cõpletum, qñ Titus & Vespasianus fecerunt extra in circuitu Hierusalem fossatum & murũ, ne aliquis Iudeus posset fugere & euadere. Tertio circundabunt te, sup. inimici tui, tot gentes erant ꝙ circuibant & circundabãt ciuitatẽ. Quarto, & coangustabũt te undiq; bellando balistis, bombardis &c. Quinto, ad terram prosternent te. s. murũ, templũ, domos, & turres. Sexto, & filios tuos qui in te sunt, sup. prosternent occidendo duplici ratione. Prima ex morte xp̄i. Secũda quia Iudei ex auaracia biberunt aurum, ut ipsum conseruarent, quod scientes Romani, occidebant eos, ut haberent aurum. Pauperes Iudei qui non habebant aurum uendebantur triginta pro uno denario, sicut ipsi uendiderũt Christũ Iesum pro. xxx. denarijs. Septimo, quia non relinquent in te lapidem super lapidem. Et nonne prius dixit, prosternent te? Respondeo ꝙ sic. Quare ergo dicit, non relinquent &c. Solutio, quia plus uult dicere, quia non solum diruerunt domos &c. sed etiam fundamenta, duplici ratione. Primo, quia Iudei in fundamentis absconderant aurum, ideo Romani &c. Secundo ut nunquã ciuitas reedificaretur, qa dicit Grego. ꝙ ista ciuitas Hierusalem, que modo est, non est in loco ubi erat alia, quia tunc sepulchrum Christi erat extra ciuitatem, & modo est in medio ciuitatis. Ecce septem mala uentura Hierusalẽ ꝑpter q̃ xp̄s fleuit, & asignauit rationẽ dicens, eo. i. ꝑpter hoc, quia non cognouisti tẽp⁹ uisitationis tue. s. illius quãdo deus pater misit filiũ suum incarnatũ ad predicandũ, & redimendũ genus humanũ. Et sic flẽdo intrauit Hierusalem & tẽplum, in quo inuenit mercatores ementes & uendentes, Dicit Io.

euá. ꝙ fecit flagellũ de funiculis, & incepit percutere illos & eijcere de templo, dicens, foras traditor, quia dicit sacra scriptura ꝙ domus dei est domus orationis, uos autē fecistis illam speluncam latronũ. Quare illi econuerso non ꝑcusserũt eũ &c. Solutio, qa dicit Hier. ꝙ de facie xp̃i ꝓcedebāt qdā radij splēdoris. Iō isti territi fugiebāt. Post hoc p̄dicauit in tēplo. Hoc dicit the. Erat quotidie docēs in tēplo, p̄dicando qd debebāt credere & facere. Predicabat de gaudijs paradisi, ut illa appeterent, de penis inferni, ut illa timerent, de bonis mũdi, ut illa despicerent. ecce fundamētũ positũ. De quo ap̃s, Fundamētũ aliud nemo pōt ponere p̄ter id qd' positum est, quod est xp̃s Iesus. Glo. i. fides Iesu xp̃i. j. Cor. iij. Mō sup hoc fundamento uolo edificare tres cameras ꝓ aiaꝝ nostrarũ habitatione. Prima erit in principo. Secũda in medio. Tertia in fine. Prima dicitur humana cōpassio. Scd'a diuina cognitio. Tertia paterna correctio. De tertia loquitur thema, Erat quoti. &c. Prima ergo dicitur humana cōpassio que ostenditur de Christo, quia naturale est homini habere cōpassionē de ꝓximo, q̃tumcun q; tu sis diues, qñ tu uides pauperem, habes de eo cōpassionem, qa naturale est, al's degenerares. Item si tu hō es satiatus, compateris esurienti, si tu es indutus, nudo &c. nisi sis diabolice cōditionis. Si tu es sanus, habes compatientiam quando uides proximũ infirmum. Si tu habes prosperitatem, compateris proximo infirmo tribulato, quia ista cōpassio naturaliter uenit. De ista compassione dicit Iob de se, Ab īfantia mea creuit mecum miseratio, & de utero matris mee egressa est mecum. Iob. xxxj. Ecce ꝙ naturaliter uenit compassio, & quia Christus de uirgine Maria assumpsit humanitatem ueram, etiam assumpsit humanam compassionem, que ostenditur in principio euangelij hodierni cum dicitur, Cum appropinquaret Iesus Hierusalem, uidens ciuitatem fleuit super illā. Moraliter habemus hic quatuor doctrinas, & sic camera erit quadrangularis.

Prima est de iusticia faciēda.

Secũda est de eleemosyna exhibēda.

Tertia est de penitentia agenda.

Quarta est de cōfidētia in xp̃m h̃nda.

bus nūc uolo predicare, que sunt mora-
les, & inter alias principales, q̄ dicūt car
dinales, qa sicut porta & ostiū uoluit ī car
dine, ita alie uirtutes & uita hominis uol
uitur in his quatuor, que a xp̄o exierūt.
Auto. Labores huiꝰ. s. xp̄i magnas hn̄t uir
tutes. Sobrietatē eñ. i. tēperātiā, & sapiē-
tiā. i. prudentiā docet, & iustitiam, & uir-
tutē. i. fortitudinis, quibꝰ utilius nihil est
in uita hominibꝰ. Sap. viij. Quatuor sunt
uirtutes cardinales, scilicet,

Temperantia corporalis.
Prudentia intellectualis.
Iustitia uniuersalis.
Fortitudo spiritualis.

Ex his uirtutibus Dauid uocabat xp̄m do
minū uirtutum, dicens, Dn̄s uirtutū, non
dicit, dn̄s uirtutis, de illo exibat uirtus, &
sanabat oēs. Dico primo ꝙ a xp̄o uirtus
corporalis temperātie, exēplariter ipsam
seruando, & doctrinaliter ipsam predicā
do. Virtus eñ tēperātie est, ꝙ in cibo &
in potu simus ita temperati & ordinati,
ꝙ corpus nr̄m nō grauet̄ īfirmitate, nec
aīa ebrietate, nec uita peccandi ꝓnitatē,
ex excessiuo cibo & potu. Sed recipere
debemus necessitatē pro sustētatione ui
te humane, & non debemꝰ nimis onera
re stomachū. Istā tēperātiā habēt bestie.
Si habetis asinum uel equū, si comedit &
bibit satis, factum est, nō biberet ampliꝰ,
etiā si papa uel rex inuitaret, sed uos non
sic &c. O miseri, quid dicetis xp̄o? qa be-
stie sine ratione uiuētes seruant tempe-
rantiam, & homines nō. Statim postq̄ hō
comedit & bibit ad sufficiētiā, debet po-
ni ad os cathena temperātie, sed hodie
homines minus sunt temperati q̄ bestie.
In signum cuius temperātie deus non fe
cit aīal tam magnum corpore ut homo,
qd' haberet tā paruū os. Et ista ratione di
cebat xp̄s, Attendite uobis ne forte gra-
uentur corda uestra in crapula & ebrie-
tate. Luc. xxj. Ecce ista uirtꝰ quomō exijt
a xp̄o exēplo, qa parum comedebat, ui de
batur sponsa, nec legitur unq̄ comedisse
carnes, nisi de agno paschali, semper ie-
iunabat. Etiā de xp̄o exibat uirtus tempe
rantie doctrinaliter, quia dicebat xp̄s, di-
cens, Attendite &c. ne forte grauentur.
Quilibet patronus siue nauta scit iam q̄-
tum potest portare nauis sua, nec recipit
amplius, quia submergeretur, & si forte
plus ex cupiditate recepit, oportebit pro
ijcere uel submergi. Nauis est stomachꝰ.
Iam quilibet scit quantū sibi necesse est
de cibo & potu. Et si ultra recepit, proij-
ciet &c. Nonne melius fuisset, ꝙ fuisset
datum pauperibus, q̄ ꝙ submergatur ex
graui infirmitate, & moriatur? si inebria-
tur, minus ualet facere q̄ bestia, que per
malam uiā sciet portare onus suū, & ho-
mo ebrius per bonam uiam nescit por-
tare seipm. Ideo dicit xp̄s, Attendite uo-
bis ne grauentur &c. Et quia multi non
attēdūt, ideo sunt tot infirmitates oculo
rū lachrymantiū, nō tñ propter xp̄i passi
onē, facierū rubearū, de gutta, podagre,
dolores dentiū, colica, yliaca & sciatica,
ultra infirmitatem aīe, quia persona gu-
losa cōiter est uel erit luxuriosa. Rō, qa
ille partes uicine sunt &c. Si ergo uultis
ꝙ filij

ꝙ filij & filie uestre uiuant caste, sint abstinentes. Vnde est hodie, ꝙ tot sunt mali religiosi, & clerici, nisi ꝙ non habent temperantiã? Magnũ miraculũ esset sine tẽperantia caste uiuere. In multis escis erit infirmitas tam corporis quã anime, & auiditas appropinquabit usq; ad choleram. Propter crapulã multi obierunt, q autẽ abstinẽs est adijciet uitã. Eccli. xxxvij Dicunt philosophi, ꝙ plures interficit gula quã gladius. In signũ huius tpe mortalitatũ plures moriunť de illis qui nõ ieiunauerũt per quadragesimã, quã de alijs. Secunda uirtus est prudẽtia intellectualis, que est una uirtus, que scilicet in periculis hui⁹ mũdi auisat personam ne cadat in peccata, sicut enĩ tẽperantia est necessaria in escis, ita prouidẽtia in periculis. Iam uidetis inclinatiões siue tentationes carnis malas ad pctã, nõ indigemus magistris ad malũ, sicut ad bonum. Item quot sunt occasiones mundi, quia totus mundus est occasio peccãdi, siue in domo siue extra, siue in platea siue in uico. Item quot sunt tentationes diaboli, nec est peior pugna quã nõ uidere inimicum, & ꝙ ipse uideat te, ergo necessaria est uirtus prudẽtie, ut in istis periculis auisemur, qa sicut ouis defenditur in deserto per pastorẽ ne a lupis deuoreť. Ita de nobis, qui sumus oues xpi pastoris dicentis, Ego sum pastor bonus, q ponit &c. Io. x. Et sumus in deserto huius mũdi. Ne ergo deuoremur a lupis infernalibus, necessaria est nobis uirtus prudentie, ne diabolus aliqua bona sititudine decipiat nos. De ista similitudine dicebat xps, Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporũ. Estote ergo prudentes sicut serpẽtes, & simplices sicut columbe &c. Mat. x. In persona discipulorũ diciť hoc uerbũ xpianis. Nota, estote prudentes sicut serpẽtes. Quedam species serpẽtis est, q diciť aspis, & sunt isti serpẽtes talis cõditiõis ꝙ ualent multum pro tyriaca, qui nõ possunt capi nisi incanteť. Sunt etiã certa uerba, que qñ audit nõ põt fugere. Iõ qñ ipsa uidet uenatorẽ seu incantatorẽ, si põt fugere fugit, alias ponit unã aurẽ super lapidem unum, & cauda claudit aliam ne audiat uocem incantantis. Hoc dicunt naturales &c. Autori. biblie. Dauid in ps. Sicut re utiq; &c. furor illis. i. prudentia xpianis. s. debet esse secũdũ similitudinẽ serpentis, sicut aspidis surde, & obturantis aures suas. Que nõ exaudiet uocẽ incantantiũ, & uenefici incãtantis sapienter. ps. lvij. Dicit xps, ꝙ ita faciamus nos, qui sumus in medio luporũ infernaliũ. Ad practicã. Qñ demon, incãtator, uel aliqua mala persona uult nos inclinare ad pctm̃, tu aspis ponas aurem unã super lapidẽ, de quo apľs. j. ad Cor. x. Petra autẽ erat xps. & cum cauda. s. morte claudas aliã. Caput uite hoĩs est natiuitas, cauda uero mors. Poniť enĩ auris super lapidẽ xpm cogitãdo eius uitã, & clauditur alia cauda cogitando mortẽ propriã. Verbi gratia. Vos sentitis incantatorẽ diabolum, quia oĩs mala cogitatio est a diabolo. Quando enĩ tu cogitas, & nunquid tu es ita bonus, potens &c. sicut talis qui iam fuit incarceratus, uel infamatus &c. Ideo ingeras te omnino &c. Ecce incantatio diaboli, ut recipias regimen, & facias iniustitias, & furta &c. ut tandem suspendaris in furca inferni. Talis cogitatio, ut homo ascendat &c. a diabolo est ponas aurem super lapidem Christũ Cogita ꝙ xps qui est dñs omniũ in hoc mũdo, noluit habere dominium nec regimen, imo alijs uoluit seruire. Filius hominis non uenit ministrari, sed ministrare. Matt. xx. Sed dic in corde tuo, Ego q nescio regere personam & domũ meã uolo regere alios &c. Et cum cauda. s. cogitando mortem, in qua oportet reddere rationem deo de regimine &c. Si ita cogitas audacter, nõ curabis de regimine, imo fugies. Idem de mulieribus, quã dicit cogitatio, Et nunquid tu portabis ita magnã dotem ut talis, & illa iam bis fuit induta de nouo &c. Item talis est domina, quia in domo nihil fit nisi ut ipsa uult, & ita posses tu facere. Incantator uult nos capere. Ideo ut serpens ponas aurem super lapidem, cogita ornatum xpi &

xpi & uirginis Marie. Xps enim triginta annis portauit unã tunicã, & uos in quolibet festo uel anno uultis indui de nouo. Et si uir dicet, Non habeo &c. nõ uolle dicunt, O quõ facitis mihi, procuretis ut habeatis, & oportebit facere usuram, furta, & rapinas. Item uirgo Maria de genere Dauid, qñ beata Anna faciebat sibi uestes preciosas, nolebat portare, nisi tantũ intra domũ amore matris. Item cogita in morte, qñ petes paradisum, dicens, Dñe ego sum creatura xpiana uestra &c. Dicet xps, Non es creatura mea. Ego feci te brunã & fuscã, & tu fecisti te albã artificialiter. Idẽ de indumentis. Nam dicet, Mater mea ibat simpliciter, tu uolebas esse domina, & mater mea humilis & obediens erat, tu uero elata & superba. Si ista cogitatis, incãtator nõ decipiet uos. Idem de auaritia, quando dicit cogitatio, Si tu uis uiuere de tuis possessionibus, uel redditibus, aut laborib⁹, congregatis, de quo ergo maritabis filias tuas, & hereditabis filios? Ideo si uelles mutuare .x. florenos pro .xij. uel emere aduantagium pro minori precio, uel uendere pluris propter dilationẽ, uel anticipationẽ solutionis, posses habere bona ꝓ predictis. Ista sunt uerba incantatoris. Ideo super lapidem xpm cogita, qui non uoluit habere nec unũ denariũ, nec domũ, nec cellam. Et uos uultis cõgregare &c. Bonã hereditatem dimittit filijs, qui eos dimittit bene nutritos, nõ faciatis usuras ꝓ filijs, alias cũ eis ibitis ad infernũ. Itẽ cogita mortem, dicendo, qñ moriar hodie uel cras, quid ducã mecũ? nudus uadã corã xpo. Sic nõ decipiet uos incantator. Idem de peccato luxurie. O quot incantant pctõ luxurie, qñ dicit, talis diligit uos, & mittit uobis hoc, & uellet secrete loqui uobiscũ &c. uel qñ cogitatio dicit, O qualis delectatio esset cum tali &c. sed ponã aurẽ super lapidẽ xpm castissimũ. Itẽ cogita quid in morte fit de luxuriosis, qñ aĩa luxuriosi egreditur de corpore, statim a diabolo ducitur ad infernum, nec põt mori. Idem de peccato ire, qñ dicit cogitatio ꝙ uindices te de inimico tuo &c. ponas aurẽ super lapidẽ xpm, qa noluit se uindicare, nec permisit ut pater uindicaret, imo dixit, Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciũt. Luc. xxiiij. Item cogita in morte quid fit de uindicatiuis, qui nolunt parcere inimicis, nec loqui &c. Tales uadunt ad infernũ. Pater meus celestis tradet uos tortoribus, si non remiseritis unusquisq; fratri suo de cordibus uestris. Matt. xviij. Ecce, dicit, ego mitto uos in medio luporũ &c. Virtus de illo exibat &c. Tertia uirtus est iustitia uniuersalis, que est, qñ homo uniuersaliter & generaliter reddit alteri qđ suũ est. Iustitia est uirtus, unicuiq; qđ suum est tribuẽs. Rõ, quare ista uirt⁹ est necessaria, quia homo est animal sociale per naturã. Si oẽs solitarie uiuerent, nõ tenerent ad ordinandũ se cum alijs, sed solũ in se, ut heremite. Sed quia habemus cũ alijs simul cõuenire, oportet nõ solũ ordinare nos, sed etiã cũ alijs, reddendo unicuiq; qđ suũ est, & ista est iustitia. Primo deo debem⁹ dare qđ suũ est. s. credentiã in corde, & obedientiam in opere, credere firmiter articulos fidei, & ad hoc necessarium est scire Credo, & dicere quolibet die, mane & sero. Sed hoc non sufficit. Ideo requirit obedientia in opere, seruando mandata, quia nullus rex esset cõtentus de credentia subditorũ sine obedientia. Secundo ad dños tẽporales habere debemus fidelitatẽ & subiectionẽ, & loqui de eis debemus cũ honore &c. Tertio prelatis reuerentiã tenemur reddere, & honorẽ, & deuotionẽ, soluere decimas, primitias &c. Quarto reddere debemus parentibus reuerentiã in corde, nõ despiciendo, in ore reuerentialiter loquendo, in opere eis subueniendo si indigẽt. Quinto reddere debemus filijs disciplinam & instructionẽ, & nõ sufficit eis dare cibũ & uestitũ, sed etiã dare debetis eis instructionẽ, ut orẽt deũ, ꝙ nõ mentiant, nec furent, nec iurent, & sic de alijs. Sexto diuites debent reddere pauperibus eleemosynã, & mĩam, paupes diuitibus

tibus in orōnib⁹ recōpensam, sani infirmis seruitiū. Amicis amicitiam, inimicis patiētiā. Mortuis reddere debemus qd' tenemur, ut eorū compleam⁹ ultīas intentiões, & uolūtates. Ista est iustitia uniuersalis. Ista uirtus exit a xp̄o exēplariter & doctrinal̄r. Reddite oīb⁹ debita &c. ad Ro. xiij. Quarta ꝟt⁹ est fortitudo sp̄ualis. Ecce optīa ordīatio ꝟtutū. Tēpantia ordinat hoīem in ꝓsperis. Prudētia in picu lis. Iustitia in proximis. Fortitudo aūt in aduersis. Nō intelligitur de fortitudine corpali, de qua homo nō debet se appreciare, qa bestie habent maiorē fortitudinem. Sed de ista fortitudine, de qua dicit Dauid in ps̄o. lviij. Fortitudinē meam ad te custodiam, quia de⁹ susceptor me⁹ es &c. Dicatur de fortitudine Dauid corporali, de qua. j Reg. xvij. Quia puer existens interfecit leonē & ursum. Nā & leonem & ursum interfeci ego seruus tuus. Tn̄ de ista fortitudine nō ap̄pciabat̄, sed de spirituali, quia resistebat tentationibus, quia non ꝑmittebat se uinci. Dicatur quomodo inuenit Saul persecutorē suum dormientem, & dixit sibi Abysai, Interfice inimicum tuum &c. & noluit extēdere manus in xp̄m dn̄i. Ideo dicit, Fortitudinē meam ad te custodiā, quia deus susceptor meus es &c. Talis fortitudo est uirt⁹ sciendi, sustinere tribulationes, aduersitates, sciendi sustinere pnīam, bonam uitam. Fortitudo est incipere bonam uitam, & continuare, & ꝑficere. Ecce quare dicebat thema, Virtus de illo exibat, & sanabat omnes.

Dn̄ica. xj. post trinitatem. Sermo. j.

OMnis qui se exaltat hūmiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Lu. xviij. Ser. noster erit de sancto euan. hui⁹ dominice. Si placet deo habebimus multas bonas doctrinas intellectuales & morales, sed quia nulla doctrina habet uirtutem nec efficaciam in animarū consolationē, nec peccatorum correctionē sine gratia dei, ideo salutetur uirgo Maria &c. In sancto euangelio hodierno xp̄s docet nos habere tria multū necessaria ad saluationem.

Primo docet nos uitare superbiam & presumptionem.

Scd'o obseruare deuotā orationem.

Tertio sperare iustam retributionē. De secundo loquitur thema, Oīs qui se exaltat humiliabitur. Not. qui se exaltat quia si aliquis a deo exaltatur in hoc mundo, non humiliabitur, immo etiam exaltabitur in alio mundo. Sed quādo homo exaltat semetipsum per hypocrisim, fictiones, seu prelationes &c. deus humiliat talem in hoc mundo, & magis in alio. Quia dicit scriptura, Gaudiū hypocrite ad instar pūcti. Iob. xx. Dico primo q̄ xp̄s docet nos uitare sup̄biam & presumptionē, ne ex bonis tēporalibus, uel naturalibus, uel ꝑsonalib⁹, uel spūalib⁹, presumptuose nos extollam⁹. Hoc ostendit xp̄s de quodam homine, qui habebat multa bona temporalia, naturalia &c. & faciebat multa opera de genere bonorū, sed in corde superbiebat despiciendo omnes alios, de quo dicit, q̄ nō fuit iustificatus, sed condēnatus propter suam superbiam, & presumptionem. De quo dicit euangelium, Phariseus autem stans dicebat, Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominū, raptores, iniusti, adulteri, uelut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium que possideo. Ecce superbia & presumptio cum dicit, Nō sum sicut ceteri hominum, raptores, ut domini temporales, nec aliena rapio per furta, ut uasalli, & pauperes, nec per usuras, ut usurarij, uocando usuras cēsus falso nomine, nec per fraudes ut mercatores falsi, sed dico ego sum misericors, decimas do omnium que possideo. Nō solū de pane, uino, & oleo, sed etiā de mētha, saluia, & de caulibus. O fatue. Ecce superbia & presumptio. Secundo dicit, Nō sum sicut ceteri hominum iniusti. Aliqui sunt iniusti, dando falsam sn̄iam, uel innocentes condēnando, non respiciēdo sn̄iam uel iustitiam, sed salarium. Item alij sunt iniusti, longe ꝓcurando in causis, & litigia dilatando. Item alij sunt iniusti, mercedem & salaria

Glaria retinendo, uel debita negando, & de istis iniustitijs se iactanter excusabat iste. Item ꝙ non erat homicida, uel diffamator. O stulte, quomodo osndis tuã supbiã, & presumptionem? Tertio, quia non sum sicut ceteri hominum adulteri. Not. q̃d est adulteriũ. Iõ ut uiuã caste, ieiuno bis in sabbato. i. in hebdomada. Nõ ego sum talis ut hic ribaldus publican⁹. O de isto stulto attende, quia condemnatus descendit in domum suã. Iõ si nolumus condẽnari, de nullo bono habeamus superbiam & presumptionẽ. De hoc datur talis declaratio. Ponatur casus ꝙ aliquis pauper homo mutuo recipiat a diuite mille floreos, tali cõditiõe ꝙ q̃libet anno teneaẽ dare diuiti centũ florenos cẽsuales sub pena mortis, & q̃ncũque uoluerit diues sortẽ principalẽ, teneatur reddere sibi etiã sub pena mortis. Si talis pauper hõ uellet se iactare & superbire, dicendo, O quomodo sum diues &c. nunq̃d esset hic stultitia? imo, qa cũ tãto onere habet illas pecunias, ꝙ nõ est gaudendũ, sed poti⁹ flendũ & timendum. Ita est de nobis. Nam omnia bona que habemus, siue temporalia siue naturalia &c. nõ sunt nobis data proprie, sed sunt a xp̃o diuite mutuata, quia sibi habemus de omnibus dare usuram bonã sub pena mortis eterne. Primo de bonis terrenis, si habetis campos, uineas, & possessiones alias, omnia ista sunt uobis a diuite xp̃o nõ data, sed mutuata, quia de omnibus usq; ad ultimum obolũ habetis sibi reddere computum, quomodo habuistis, conseruastis, qualiter expẽdistis, ergo uos non estis dñs sed xp̃s. Dauid, Domini est terra, & plenitudo ei⁹, orbis terrarũ, & uniuersi qui habitant in eo. Vos aũt diuites solum estis dispẽsatores. Sic nos existimet homo, ut ministros xp̃i, & dispensatores. j. ad Co. iiij. Et loquitur apl̃s in persona diuitũ, & sub pena mortis diuites tenentur ad usuras. s. opa misericordie & pietatis, non solum semel in anno, sed quolibet die, nec cõtentaẽ xp̃s de sorte principali. Modo dic q̃uo es diues, quot pecunias habes, cũ ita sis onerat⁹? &c. Patet stultitia diuitũ, qa oĩa mutuo receperũt. Auẽ. Hõ quidã peregre ꝓficiscẽs &c. Mat. xxv. Et loquiẽ xp̃s de se. Dicaẽ historia. Dixit xp̃s illi qui nihil fuit lucratus, Serue male & piger, oportuit te pecuniã meam cõmittere nũmularijs, & ego ueniẽs recepissem utiq; quod meũ est cũ usuris. Loquiẽ hic xp̃s sĩilitudinarie. Mat. xxv. & Lu. xix. Nolite igiẽ uos appreciari de diuitijs & possessionibus, & hmõi, sed semper timete dicẽdo, O miser, & q̃tum debeo &c. Ideo Iaco. v. Agite nũc diuites, plorate ululãtes in miserijs uestris, que aduenient uobis. Nec etiã est superbiendũ de bonis ꝑsonalibus seu essentialibus, ut de ingenio, de subtilitate intellectus, nec auisamentis mundanis, nec de sapiẽtia, nec de eloquentia, nec de pulchritudine, fortitudine, sanitate, & huiusmodi, qa totũ est nobis hoc a deo mutuatũ, & de oĩb⁹ bonam habere uult usurã. Sed utinam subtilitas intellect⁹ non sit aliquibus causa damnationis, intellectu male utentibus. Dicatur breuiter historia illi⁹ ceci quem xp̃s sanauit. Ioã. xix. Cui dixit xp̃s, Tu credis in filiũ dei? Rñdit ille, Quis est dñe ut credã in eũ? Rñdit Iesus, Qui loquiẽ tecum ip̃e est. At ille ait, Credo domine. Et procidens adorauit eum. & dixit ei Iesus, In iudicium ergo in hunc mundũ ueni, ut qui non uident uideant, & qui uident ceci fiãt. Et dicebant pharisei, Nunquid & nos ceci sumus? Dixit eis Iesus, Si ceci essetis non haberetis pc̃m. Nunc ꝟo dicitis, quia uidemus, peccatum uestrũ manet. s. infidelitatis. Hoc dicebat Christus, quia ille cecus, rudis, & ignorans uiso miraculo illuminatus adorauit Christũ. Sed pharisei presũptuosi, & subtiles faciendo responsiones suas, ceciderunt in fatuitates. Pauci sunt subtiles intellectu, qui sunt uere fideles, quia suo intellectu uolunt cõprehendere ea que fidei sunt. Dicaẽ q̃uo est stultitia lumine intellectus uelle comprehendere articulos fidei. Exẽplo illius, qui lumine candele uolebat ꝓbare ducatos, aureos florenos Florentie &c. Vsura quam de⁹

uult de intellectu, est simplex credentia.
De uoluntate amorẽ, de memoria suo-
rũ operũ recordationem, de eloquẽtia
ꝓximi subuẽtionẽ. Sed cõiter loquẽtes
male moriunt̃ sine lingua, & sine cõfes-
sione. De corpore uult deus usurã pnĩe,
ieiuniorũ &c. Ecce usuras quas deꝰ uult
de bonis personalibus sub pena mortis.
Dico uobis ꝙ nisi penitentiã egeritis,
oẽs simul peribitis. Lu. xiij. Itẽ de bonis
spũalibꝰ uult deꝰ usurã. s. de fide, spe, cha
ritate, de prudentia, iustitia, fortitudine,
& tẽperantia &c. uult deꝰ cõtinuationẽ
& multiplicationẽ bonorũ operũ, & me
ritorũ. Oĩ autẽ cui multũ datũ est, mul-
tũ q̃ret̃ ab eo, & cui cõmodauerũt mul-
tũ, plꝰ petẽt ab eo. Lu. xij. No. datũ. i. ac-
cõmodatũ, ut declarat̃ cũ dicit̃, & cui cõ
modauerit multũ. Dico scd'o ꝙ xp̃s do-
cet nos obseruare deuotã or̃onẽ, qa ora
tio est mediũ, ꝑ qd' oportet nos habere
oẽ bonũ. Ad hoc ꝓbandũ det̃ similitu-
do de aliquo fonte, a quo si uultis in ue
stro horto uenire aquã, oportet ponere
canale &c. Fõs oĩm bonorũ est in celo.
Omne datũ optimũ, & oẽ donũ perfe-
ctũ de sursum est, descẽdẽs a patre lumi
nũ. i. angelorũ. Iac. j. De isto fonte Eccl̃.
j. Fõs sapĩe uerbũ dei in excelsis. Et qui-
libet nostrũ ĩdiget aqua gr̃e de isto fon
te in horto aĩe & corpis. Iõ necessarium
est canale or̃onis, cuiꝰ pes est in ore, &
caput in celo, ꝑ cõtemplationẽ uel cogi
tationẽ. Ecce rõ or̃onis. Istã rõnẽ ostẽ-
dit xp̃s nobis ꝑ unũ hoĩem, de quo dicit
euãgeliũ, Publicanꝰ aũt a lõge stãs nole
bat oculos in celũ leuare, sed percutie-
bat pectꝰ suũ di. Deꝰ ꝓpicius. usq;, in do
mũ suã. No. lõge stans, quia cogitãs sua
magna pc̃tã nõ putabat se esse dignũ ĩtra
re tẽplũ dñi, nec audebat respicere celũ,
cogitãs ꝙ est camera dei, quẽ tantũ of-
fenderat. Sed dicebat ĩtra se, Sufficit mi-
hi ista gratia, ꝙ mihi deus remittat pc̃tã
mea. Ideo dicebat, Deus propicius esto
mihi pc̃tõri, quia nesciebat Pater noster,
nec Aue Ma. Et sequit̃, Descẽdit hic iusti
ficatus in domũ suã. Et quãta est uirtus
deuote or̃onis hic modicũ est speculan-
dum. Iste publicanus, quẽ xp̃s laudat, ser
uauit tria in oratiõe sua. s. timorẽ reue-
rentialẽ, uerecundiã intellectualẽ, & cõ
tritionẽ cordialẽ. Primũ patet cũ dicit, a
longe stãs, quia timore reuerentie non
audebat intrare tẽplũ dñi, nõ se reputãs
dignũ &c. No. hic cõtra illos, qui nimis
accedũt ad altare, etiã se appodiãtes. Itẽ
de parlamẽtis cũ mulieribus in ecclesia,
ubi tractant̃ mr̃imonia clãdestina. Dicat
miraculũ qd' hr̃ ĩ biblia. ij. Re. vj. de Oza,
qui ex tactu arce subito fuit mortuus, &
tãgeret arcã bona intẽtione, & cũ timo
re reuerẽtiali. Iudei assignant rõnẽ eius
mortis, qa illa nocte dormierat cũ uxo-
re sua, licet uir cũ uxore sua possit dor-
mire sine peccato, imo ẽt meritorie, nõ
tñ decet post talem actũ cõicare, uel ad
cõionẽ eucharistie accedere. ut hr̃ de cõ
se. di. ij. Oĩs hõ añ sacrã cõionẽ a ꝓpria
uxore abstinere debet tribus, quatuor,
quinq;, aut sex, aut septẽ diebꝰ. Nõ est p-
ceptũ sed cõsilium. ut patet. xxxiij. q. iiij.
Vir cũ ꝓpria uxore. ubi dicit Gre. Si uir
uxore solum ex libidine, oĩno abstinere
debet. Et nunqd maioris dignitatis est a
tare & eccl̃ia xp̃i, ubi cõficit̃ corpꝰ xp̃i, q̃
arca Moysi? Iõ auisetis uos, & in or̃one
ur̃a sitis lõge ab altari, qa ex illa humili-
tate or̃o ur̃a magis a deo exaudiet̃. Ideo
Dauid dicit de se, Ego aũt in multitudi-
ne mĩe tue introibo in domũ tuã, adora
bo ad tẽplũ sc̃tm̃ tuũ in timore tuo. ps.
Iõ precepit deus, Quisquis externor
nõ sacerdotũ accesserit ad altare. s. occi-
det̃. Nũe. j. Iõ in or̃one requirit̃ timor re
uerẽtialis. Scd'o requirit̃ uerecũdia in-
tellectualis. Hoc ostẽdit̃ cũ dicit̃, Nole-
bat nec oculos ad celũ leuare. Ita debe-
mus nos facere &c. Declarat̃ per simili-
tudinẽ de filio, qui uidẽte patre fecit ali-
quã insolẽtiã, propter qd' ex uerecun-
dia nõ audet respicere patrẽ in facie. Di
cas tu xp̃iane, fecisti ne unquã insolen-
tias & ribaldarias corã pr̃e tuo Iesu xp̃o
& matre uirgine Maria, uidentibus oĩa
tam bona quã mala q̃ tu facis? Oĩa nuda
& aperta sunt oculis eiꝰ, ad quem nobis
sermo est. s. in oratiõe. ad Heb. iiij. Iõ er

uerecun-

verecundia inclina caput tuũ in oratione, quia talis humilitas multum placet xpo. Io Esdras in oratione sua dicebat, De⁹ me⁹ cõfundor & erubesco leuare faciẽ meã ad te. Rõ, qm̃ iniquitates nostre multiplicate sunt super caput nr̃m, & delicta nr̃a creuerũt usq; ad celum. j. Esdre. ix. Tertio requirit contritio cordialis, cũ dicit, ꝙ percutiebat pect⁹ suũ, di. De⁹ ꝓpitius esto mihi pc̃tori. Est hic questio. Certũ est ꝙ ꝑ quinq; sensus corporis, & per oĩa mẽbra ei⁹ peccam⁹, quare nõ percutim⁹ oculos, nec aures, imo percutere esset ridiculũ, nec xp̃s dicit ꝙ publican⁹ percuteret aures, nec oculos &c. sed pect⁹ suũ, & de hoc laudat a xp̃o. Ad hoc dicat de mala arbore, de qua nõ sufficit scindere ramos, sed requirit eradicatio. Mõ radix oĩm malorũ & peccatorũ est cor, sensus aũt & mẽbra corpis rami sunt, qa illuc uadit ocul⁹, & lingua &c. iuxta illud, Vbi est thesaurus tu⁹, ibi est & cor tuũ. Mat. vj. Iõ xp̃s Mat. xv. De corde exeũt cogitatiões male, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemie &c. Iõ ad radicẽ ponit securis, percutiẽdo pect⁹, percutit ẽt aliquoties os, qa ex abũdantia cordis os loquit. Mat. xij. Iõ bon⁹ mod⁹ est illorũ, q post corpis xp̃i eleuationẽ pcutiũt pect⁹ & os, quasi dicẽtes, Dñe offendi uos corde & ore, q ꝓ me fuistis ĩ cruce eleuat⁹. Ecce tres bone cõditiões orationis, recipiatis & teneatis eas. Dico tertio ꝙ ostẽdit xp̃s nobis sperare iustã retributionẽ, qa ipse est iust⁹ iudex, hoc ostendit cũ dicit, Oĩs q se exaltat &c. qd̾ est thema. No. oĩs q se exaltat. s. uane, nõ exaltatur a deo, uel papa, uel rege &c. sed ipse se ingerit ad dignitatẽ p̃latiõis, seu officia sustinẽda, & regimẽ cõitatis. Cũ tñ coact⁹ deberet ad dicta officia suscipiẽda accedeẽ, dicẽdo, O miser nescio regeẽ nec me, nec mea, quõ potero regere tot & tãtos? Sed si papa, uel rex, uel cõitas exaltat te, recipias &c. etiã cũ timore, quasi dicendo deo, Dñe uos iuuabitis me. Sed qñ tu ingeris te, & rogas pro amico tuo insufficienti, & laboras pro eo quem tu scis ꝙ non sufficit ad regendũ domũ suam &c. deus humiliabit te. Patet ratio, quare hodie tot regna, cõmunitates, uille, & castra destructa sunt, & subuersa, quia quilibet uult regimen &c. Et qñ bona cõitatis ueniunt in posse taliũ, uel de istis &c. Et sic destruunt ciuitates. Dicat practica de ista exaltatiõe & humiliatione. De questiõe ista, disputatione, uel cõtentione, que fuit inter apostolos Mat. xviij. dicentes xp̃o, Quisputas maior est in regno celorũ? Mat. ix. dicit ꝙ disputabãt quis eorũ maior esset. Lu. xxij. dicit, Facta est cõtẽtio ĩter eos, quis eorũ uideret esse maior. Cõcordat sic. Cũ autẽ xp̃s circa tẽpus passionis sue uenirẽt Hierl̃m, discipuli sui sequebant eũ retro, & inter se cõtẽdere inceperũt, qs eorũ esset maior in regno celorũ. Et sic inceperũt disputare. s. assignãdo rõnes. Nõne ego ero maior, dicit btũs Petrus, primo in regno celorũ, quia xp̃s iã me fecit uicariũ suũ, & p̃latũ ur̃m, di. Tu uocaberis Cephas. Andreas dixit, Petre, & quis fuit primo discipl̃s xp̃i, nunquid ego? & duxi te ad xp̃m. Ecce contentio, quia nõ cõcordabãt in disputatiõe, quia assignabãt rõnes. Ioannes rñdit, Vos estis carnales, & habuistis uxores, & filios, ego qui sum ỽgo, ero maior. Iacob⁹ ei⁹ frater rñdit, dicẽs, Ioãnes, nunquid ego sum maior te? & nunqd mater nr̃a petijt dexterã ꝓ me? &c. Iacob⁹, Symõ, & Thadeus, filij Marie Cleophe, q̃ scd̾o fuit genita post uirginẽ Mariã, dixerunt ꝙ ipsi erãt xp̃o ꝓpinquiores &c. Mattheus rñdit, O uos, qd dimisistis ꝓ xp̃o? unũ rete uile, & nauiculã &c. sed ego qui tantũ dimisi, ero maior. Et Philippus dixit, Et nũquid ego sum primus, quẽ xp̃s ore suo uocauit? Io. j. Veni & sequere me. Ideo &c. Bartholomeus, de quo dicit ꝙ est de genere regali, dixit, Vos filij piscatorũ estis, sed ego sum nobilis, ideo debeo esse maior. Sed Thomas dixit, Ego qui sum abyssus scientie, ero maior, uos estis ignorantes, quid scitis uos? Nonne sapientes debent p̃cedere, & primi esse? Iudas dixit, Nonne ego sum maior? Vi-

deamus de quo cōfidit plus xp̄s, quē fecit ꝓcuratorē? nonne me? Non potestis comedere nisi ꝑ man⁹ meas, ideo ego ero maior. Et sic ibant contendendo & disputādo. O quō debebat dicere xp̄s, O stulti &c. Dicit Marcus ꝙ uenerūt ad dñm, & xp̄s sedit in scamno, & uocauit eos dī. De quo tractabatis in uia? Ipsi autem ex uerecundia nō audebāt dicere, licet ipse sciret. Iō dicit Mattheus, ꝙ accesserunt ad eū dicētes, De ista materia tractabamus. Quisputas maior est in regno celorū? O dixit xp̄s, Bona materia est ista & subtilis, & quid determinastis? & ipsi uerecundabant. Tūc dixit xp̄s, Petre, ꝓ tua maioritate allegasti, quia platus es &c. Est ne ista rō bona? Nunquid prelati sunt in maiori ꝑiculo quā alij? & multi prelati damnant, quia male se habent? Tu Andrea allegasti, ꝙ fuisti primus &c. Et nūquid audiuisti me dicentē in quodā sermone, ꝙ erunt primi nouissimi, & nouissimi primi? Matthei.xx. Tu Ioannes allegasti uirginitatē. Et nūquid Adam & Eua uirgines expulsi fuerunt de paradiso terrestri? Tu Iacobe allegasti primogeniturā. Et nunquid Cain primogenitus Ade fuit reprobatus & cōdemnatus? Itē idē de Esau primogenito Isaac. Et uos Iacobus, Symon, & Thadee, allegastis ꝙ estis filij secunde geniture &c. Et nescitis quia caro & sanguis regnū dei nō possidebūt? Ita de alijs. Et tunc ap̄li dixerūt xp̄o, Ergo dñe determinetis questionē nobis. Dicit Mattheus, ꝙ xp̄s respexit unū puerū, & uocauit eū, q erat sex uel septem annorū, & dicit ꝙ fuit btūs Martialis, quē statuit in medio ap̄lorū, & puer erat totus timidus. Iam uidetis qñ unus puer uocatur a magno dño, quantū timet & humiliat se. Et dixit xp̄s, Quicunq; humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno celorum. Mat.xviij. Modo speculando nota magnam xp̄i mīam, quia maioritatem & preeminentiam regni celorum constituit in hoc, ꝙ quilibet potest habere si uult. s. humilitatem, quam quilibet potest habere, etiam magni dñi, prelati, qa quanto maius onus portāt, tanto debēt esse humiliores, sicut arbor quanto plus pomis oneratur, tanto plus & profundi⁹ inclinat. Insuper iumentū quanto maius onus portat, tanto magis ad terram inclinatur. Sic sani & infirmi, diuites & pauperes, quanto humiliores sūt, tanto pl⁹ ascendūt ī regnum. Si autem xp̄s constituisset maioritatem regni celorū in dominio tp̄ali, quid fecissent subiect[illegible] prelatione, quid de simplicibus? si in uirginitate, scientia, diuitijs, peregrinationibus, quid esset de alijs? sed cōstituit in humilitate. Ideo dicit scriptura .j. Pet.v. Humiliamini igitur sub potenti manu dei, qui totum mundū cōprehendit, & qñ aliquis uult se exaltare, de⁹ humiliat ipsum. Et quādo aliquis se humiliat, de⁹ manu sua recipiens eum exaltat ip[illegible]. Ergo omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.

Sermo de mortuis secundus, de eodem euangelio dñice.xj.

NOn sum sicut ceteri hominum. Lu.xviij. Sermo noster erit de conditionibus & proprietatibus a[illegible]marum in purgatorio [illegible]stentium. Credo ꝙ erit materia u[illegible] auisandū, quia nisi sit stultus, qñ scit penam, debet corrigere & emendare uitā suam, & parare se. Salutetur uirgo Maria. Pro declaratione breui huius uerbi secundū intellectū quem uolo pertractare, & introductione materie predicande, sciendū, ꝙ experientia docet ad oculum, ꝙ in hoc mundo secundū ꝙ sunt diuersa regna, prouincie, ciuitates, & cōitates, ita sunt diuerse conditiones hominum & proprietates. Nam aliam conditionem hñt Anglici, aliam Gallici, aliā Hispani, & aliā Cathalani &c. quia secundum diuersitates terrarum & regnorū gentes recipiunt proprietates & conditiones. Non solum homines, sed etiā iumenta, fruct⁹, & aqua, & aer. Hoc autē licet sit certū & clarū, adhuc tñ habemus testimoniū de sacra scriptura. Notei breuiter historia de Iacob recedēte de ter-[illegible]ra Cha-

Chanaan, eunti in Mesopotamiam, ad terram ualde distantē, ad domū Laban, qui habebat duas filias uirgines, & Iacob philocapt⁹ de secūda genita petijt eam habere in uxorē. Qui rn̄dit, Nō est in loco nr̄o cōsuetudinis, ut iuniorē añ tradam⁹ ad nuptias. Geñ. xxix. Fiat ergo ratio per locū a minori, si in hoc mūdo est tanta diuersitas gentiū &c. secundū diuersitates terrarū ut dictū est. Bene ergo diuersitas debet esse inter gētes isti⁹ mundi, & alterius. Ideo quelibet anima a corpore separata pōt dicere, Non sum sicut ceteri hominū. s. huius mundi in cōditionibus. Mutauit enim conditiones & proprietates. Patet thema. Inuenio ꝙ anime purgatorij habent quatuor conditiones a nobis ualde diuersas, quādiu sumus in hoc mundo.

Prima est stabilitas in gratia.
Secunda securitas de gloria.
Tertia acerbitas de pena.
Quarta paupertas nimia.

Istas cōtrarias conditiones habet aīa in purgatorio a nobis diuersas. Ideo quelibet pōt dicere thema, Non sum sicut ceteri hominū. Dico primo &c. scilicet stabilitas in gr̄a, quā non possunt perdere: Non credatis ꝙ in purgatorio sit aliq̄s homo, uel aliqua intellectualis creatura, nec intrat ibi nisi sit in gr̄a dei. Non intrāt eo demones, sed solum anime penitentiū, qui in hoc mūdo nō cōpleuerunt pniam condignā, sed in morte fuerunt confessi, & parum contriti, remiserunt iniurias inimicis, & restituerūt &c. Tales in purgatorio cōplent residuum. Hec est doctrina cōis doctorū. Vñ autoritas Dauid, qui de hoc fecit unum psalmū, Misericordiā, & iudiciū cātabo tibi dn̄e. Nota, mīam, quia magna est dei misericordia, qa nō solū hic, sed etiā in alio mūdo dat pctōribus locū pnīe. Nota iudiciū, quia illa punitio in purgatorio strictissime fit, ut patebit in tertia parte. In eodē p̄o dicit Dauid in p̄sona dei Nō habitabit in medio dom⁹ mee q facit supbiā. ps. c. Nota cū dicit, in medio dom⁹ mee. Dom⁹ dei est tot⁹ mundus, nos sumus in pauimēto, camere sunt in celo. Tota uniuersitas creaturarū est domus dei. Baruch. iij. O Israel quā magna est domus dei &c. Magn⁹ & ingens, & nō habet finē, excelsus & immensus. Nota locus possessionis. De⁹ enim sua potentia possidet oēs creaturas, sed p gratiā nō possidet nisi creaturas de paradiso, & de purgatorio, & aliquas de isto mūdo. Mediū dom⁹ dei est purgatoriū. Initiū eñ habēdi gratiā dei est iste mundus, quia nisi in hac uita homo incipiat habere gratiā dei, nunquā habebit eā in alio mūdo. Finis autē est gl̄ia eterna, in qua sunt in gr̄a confirmati. Mediū uero est purgatoriū, in qd̄ aīe transeunt, quia pauce sunt q̄ sine purgatorio trāseūt, qa solū aīe puerorū innocentiū cōiter loquendo. Ecce quare dicit, Non habitabit in medio dom⁹ mee qui facit superbiam. Diceret aliq̄s, Vtrū ne aliqua alia peccata mortalia purgantur in purgatorio. s. auaritie, luxurie &c. Responsio, dico ꝙ sic, quia omne peccatum mortale includit superbiā, quia ipsa est initiū oīs pctī, ideo de ea specialiter fit mētio. Verbi gratia. Quare quis est auarus? patet, quia hō nō uult se humiliare regule dei dicentis, Nō furtū facies, uel nō fenerab eris fratri tuo ad usuram &c. uel, estote misericordes. Idē de pctō luxurie, quia luxurios⁹ nō uult hūiliari, ordinatiōi diuine obediēdo, ut caste uiuat. Itē gulosus nō uult hūiliari regule tēperātie, nec iracūdus remittere iniurias, & sic de alijs. Patet ergo ꝙ omne peccatū mortale includit superbiā. Autoritas. Initium oīs pctī superbia, qui tenuerit illam, adimplebit maledictis. Eccl̄i. x. Dicit ergo de⁹, Nō habitabit in medio dom⁹ mee, scilicet purgatorij, qui facit superbiam, sed si penituit, habitare potest. Patet ergo ꝙ anime in purgatorio habent gratiam stabiliter seu immutabiliter, & licet habeāt liberū arbitriū magis q̄ nos, tñ nō possunt peccare, qa diminuit de libero arbitrio. De quo uide sctm̄ Tho. j. par. q. lxij. arti. viij. in sol. ad tertiū argumentū. Sicut si sint duo hoīes, & un⁹ pōt

captiuari ab Agarenis, & alius non, magis liber est ille qui nõ põt captiuari. Ita nos possumus captiuari ex peccatis, sed non illi de purgatorio, nec illi de paradiso. Ideo habẽt magis liberũ arbitriũ quã nos. Ratio, quare nõ possunt peccare est, quãdo due persone simul associantur, stãdo, comedẽdo, bibendo, ambulãdo, dormiendo, una recipit cõditiones alterius, etiã si sint creature irrationales, ut patet in uino, quod cõmixtũ aqua fit simplex. Idem de anima, que de se est fortissima creatura spiritualis, sed associatur corpi in unitate essentie. Ideo anima recipit cõditiones corporis. s. mutabilitatem, & uariabilitatẽ, modo fit calida deuotiõe, modo frigida distractione, & econuerso, modo sana per gratiã, modo infirma per culpam, & cõuerso. Autoritas. Cogitationes mortaliũ timide. i. timorose, & incerte prouidẽtie nostre. Corpus enim quod corrũpitur aggrauat animã. i. trahit eã ad suã conditionẽ. Sap. ix. Nota cogitatiões mortaliũ timide, sicut patet de cogitatiõe, q̃ quis cogitat se esse in gratia dei, & hmõi, quia corpus quod corrũpitur &c. Ista est rõ, quare nos in hoc mũdo possumus perdere gratiã dei, sed post diẽ iudicij tũc corpus erit incorruptibile, tũc corpus recipiet conditiones aĩe, & modo anima recipit cõditiones corporis. Propter hoc apostolus uocat corpus gloriosum spũale, quia habet conditiones spũs. Seminatur corpus animale. s. in sepultura, surget corpus spũale. s. iudicio. j. ad Cor. xv. quia tũc habebit conditiones spũs, sed anime a corporibus corruptibilibus separate in purgatorio existẽtes, iam dimiserũt cõditiones corporis. Ideo sunt immutabiles. Ecce stabilitas gratie dei. Ideo quilibet talis potest dicere, Nõ sum &c. s. de hoc mundo, qui possunt peccare, uel per carnis inclinationes, uel per mũdi occasiones, uel per diaboli tentationes. Dico secũdo. s. securitatẽ de gloria, quia certi sunt & securi ꝙ aliqñ ibũt ad gloriã paradisi, sed nos miseri quãtũcũq; boni, iusti, & sancti, q̃diu sumus in hoc mundo, sumus dubij & incerti an illã gloriam habebimus, licet de ea habeamus spem, nõ tñ habem⁹ certitudinẽ infallibilẽ, ut anime de purgatorio. Propter hoc apl̃s, qui erat de maioribus sanctis dei, de se dicebat, Nihil mihi cõscius sum. s. de aliquo, quin fuerim cõfessus & fecerim penitentiã, sed in hoc iustificatus non sum. j. ad Cor. iiij. Ideo nolite iudicare de aliquo ꝙ dãnabitur, quãtũcũq; malo, uel ꝙ saluabit, q̃tũcũque bono. Ideo dicit apl̃s xps, Neminẽ per uiã salutaueritis. i. saluũ dixeritis uiatorẽ. Luc. x. Non dicitur nauis salua quãdiu est in pelago, quousq; ad portũ peruenit. Ideo dicit Salomõ, sunt iusti atq; sapiẽtes, & opera eorũ in manu dei, & tñ nescit hõ utrũ amore an odio dignus sit, sed omnia in futurũ reseruãtur incerta. Eccl̃. ix. Tñ aĩe de purgatorio hñt aliã conditionẽ, quia habẽt certitudinẽ infallibilẽ, & de gloria hñda aliquo tẽpore. De qua nos sumus incerti. Rõ, quia gloria non põt haberi ex bonis operib⁹, inquãtũ procedũt solũ a libero arbitrio, sed in quantũ procedũt a deo per gratiã. Nam bona opera nostra habẽt duo principia. s. deũ. Secũdo liberũ arbitriũ. Deus enĩ inflãmat cor, illuminat intellectum, corroborat memoriã, cõfortat uoluntatẽ ad bene operãdũ. Liberũ arbitriũ operatur secundũ naturã. Ideo inq̃tũ opus bonũ procedit a solo libero arbitrio, sine gratia dei, nõ est meritoriũ uite eterne. Sed inq̃tũ procedit a deo per gratiã mediante libero arbitrio, tũc est meritoriũ. De hoc uide sanctũ Tho. j. ij. q. cxiiij. arti. iij. Vnde autoritas apl̃i, Non sunt cõdigne passiones huius tẽporis. s. inq̃tum procedũt a solo libero arbitrio, ad futurã gloriã, que reuelabit in nobis. ad Ro. viij. Nota similitudinẽ de rege mittente procuratorẽ suũ ad aliquã ciuitatẽ gubernandã. Ad quã ueniẽs presentat literã regiminis, que litera habuit duo principia, primo. s. regẽ precipiẽtẽ, secundo notariũ scribẽtẽ. Modo uideamus ad q̃d principium recurrent, nõ ad notariũ, q̃a non obediret litere, sed ad regẽ &c. Ita de anima, qñ post mortẽ uadit ad portã ciuita-

ciuitatis paradisi, dicens, Aperite, & dimittatis me intrare, ostēdens literā, id est bona que fecit in uita, q̄ si facta sunt a solo libero arbitrio, non obeditur sibi, nec permittitur intrare, quia nulla est proportio bonorū illorū, ut sic ad glīam intret. Sed si anima ostendat illa bona, q̄ operata est per gratiā dei, mediante libero arbitrio, tunc habet introitū & rationē. Autotitas. Gratia dei, ablatiui casus, id est, per gratiam dei, uita eterna. s. habetur. ad Rom. vj. Quia gratia dei est arca glorie. Quia ergo anime purgatorij immutabiliter habēt gratiā dei, ideo securitatem habent de gloria habēda. Mulier gratiosa inueniet gloriā. Prouer. xj. Ideo quelibet anima de purgatorio potest dicere, Nō sum sicut ceteri hominū. Dico tertio, &c. s. acerbitatem de pena. Tanta est acerbitas pene purgatorij, ꝙ conclusio est omniū doctorū, ꝙ si omnes pene corporales, que unq̄ fuerūt in hoc mundo, essent cōgregate in uno homine, nō equarētur minime pene purgatorij, quā habet una anima in purgatorio existens. Licet magna fuerit pena Laurētij, Vincētij, & Bartholomei, & aliorū martyrum, tn̄ minima pena purgatorij est maior omniū penarū huius mūdi. Rō est, q̄a pena purgatorij est anime uiolēta & coacta. Ideo grauior quacūq; pena uolūtaria quā homo facere potest in hoc mundo, & minus satisfactoria. Ex his penis quas homo uoluntarie facit hic, ut ieiunia, orationes, cilicia &c. remittitur certū tēpus de purgatorio, & tanta poterit esse contritio, ꝙ tota pena purgatorij dimittetur. Et nisi hic sustineas penas penitentiales pro pctis, in alio mūdo sustinebis incomparabiliter maiores. Ratio, quia ille sunt uiolente. Dicat similitudo de duobus filijs patrem offendentibus, quorū unus uoluntarie penitēs, lachrymabiliter se humiliat corā patre, statim pater mouetur ad parcendum sibi, alius uero non curat, imo cum reprehenditur a patre, murmurat, nec recognoscit culpam. Tunc pater indignatus, non uirga, sed baculo percutit, & castigat fortiter & dure. Idem in proposito. Cogita ꝙ deus est pater noster, & uirgo Maria mater, nos aūt filij sumus, imo & captiui, Christi sanguine redempti. j. ad Cor. vj. Non estis uestri. Empti enim estis precio magno &c. & in domo patris. i. Christianitate, facimus multa minus bene, quia tot mala quot peccata &c. Pater aūt recipit uirgā dicēs, Venite, & corrigā uos. Hoc fuit quādo dixit, Penitentiā agite. Matt. iiij. Aliter, nisi penitentiā habueritis, oēs simul peribitis. Luc. xiij. Qui ergo ī hoc mūdo uult humiliari ad pniam, & ad petendum remissionē, illi pi⁹ pater statim parcit, & miseretur illius. Ideo leuiter hic obtinet remissio. Sed tu inobediens & rebellis non solum non uis facere penitētiam, sed nec permittis ut alij faciāt penitentiā, imo detrahis, ideo non uirga, sed baculo uel gladio castigaberis. Ad istud propositū allegat. s. Tho. illam autoritatē. O uos omnes &c. Threnorū. j. que ad literā intelligitur de Christo, allegorice de animabus purgatorij, quia tantus est dolor earum, ꝙ una hora uidētur mille anni. Nota de illo homine infirmo, qui elegit potius esse per tres dies in purgatorio q̄ per tres annos infirmari. Ex ista ratione dicebat apostolus, Videte itaq; fratres quomodo caute ambuletis, non quasi incipientes, sed ut scilicet sapientes redimentes tempus purgatorij per eleemosynas, ieiunia, orationes, & huiusmodi, quoniā dies mali sunt, scilicet in purgatorio. ad Ephe. v. Dico quarto &c. s. paupertas nimia. s. meritorijs operibus, quia nō possunt meritorie operari. Licet enim maximā penam patiātur, & plura suffragia pro eis fiāt, tamē non est eis meritoriū. s. ad gloriā augmētandā. Ratio, quia deus diuisit tempus, quia est tempus lucrādi, & tempus recipiēdi, seu quiescendi. Tempus lucrandi seu merēdi est quandiu uiuimus in hoc mundo. Tempus autem recipiendi & quiescendi est post mortem in alio mundo. Sicut de domino patet, qui de die facit operari seruos & captiuos, & de nocte quiescere. Iō dicit sapiens, Quodcū-

que poteſt facere manus tua, inſtanter operare, quia nec opus, nec rõ, nec ſapiẽtia, nec ſciẽtia, erãt apud inferos, quo tu properas. Eccl͞i.ix. Iõ dixit xp̃s, Me oportet operari opera eius qui miſit me, donec dies eſt. Veniet nox qñ nemo poteſt operari. Ioã.ix. Ideo declarabo unũ uerſum pſalterij, Quoniã non eſt in morte qui memor ſit tui, in inferno aũt &c. Circa iſtum uerſum errãt aliqui dicẽdo, ꝙ in morte homo non recordatur de deo, cũ dicitur, Qm̃ non eſt in morte qui memor ſit tui &c. Sed iſte intellectus nõ eſt bonus, quia imo dicit ſcriptura, In rege mortui requieſcere fac memoriã ei⁹, & cõſolare illũ in exitu ſpiritus ſui. Eccl͞i. xxxviij. Sed intelligiť ſic, Quoniã nõ eſt in morte .i. poſt mortẽ, quia anima ſeparata corpus dicitur mortuũ, & non ante. Nõ eſt qui memor ſit tui .ſ. meritorie, qa licet mortui tam beati q̃ dãnati recordẽtur de deo, ſed diuerſimode, nõ tñ meritorie recordãtur. Nota cũ diciť, In inferno aũt quis cõfitebitur tibi? Quia in inferno fit cõfeſsio, nõ tñ deo, ſed diabolo, curato illius parochie. Autoritas. Vidẽtes, ſcilicet dãnati, gloriã btõꝝ, turbabũtur timore horribili, & mirabũtur in ſubitatione inſperate ſalutis, gemẽtes p̃ anguſtia ſpiritus, dicentes intra ſe penitẽtiam agentes .ſ. inutilẽ & coactã, & pre anguſtia ſpũs gemẽtes. Hi ſunt quos aliquãdo habuimus in deriſum, & in ſimilitudinẽ improperij. Nos inſenſati uitam illorũ eſtimabamus inſaniã, & finẽ illorũ ſine honore. Ecce quõ cõputati ſunt inter filios dei, & inter ſanctos ſors illorũ eſt. Ergo errauimus a uia ueritatis, & iuſticie, lumẽ non luxit nobis &c. Sap. v. Ecce quõ in inferno fit cõfeſsio, nõ deo ſed diabolo. Quãdo ſuperbus uidet beatum Paulũ, qui fuit ſuperbus, dicit, O miſer ſi feciſſem pn̄iam &c. Idẽ de auaro, q. uidet beatũ Mattheum. Et de luxurioſo, quando uidet beatã Magdalenam. Sed illa confeſsio nihil ualet, quia non obtinet abſolutionẽ. Ideo quia anime de purgatorio non poſſunt meritorie operari. Ideo de iſto mũdo debent habere adiutoriũ per orationes, eleemoſynas, peregrinatiões, & miſſas, & quãdo opus eſt factũ, & offertur deo, ſtatim anima pro qua illud op⁹ eſt factũ uel fit, ſentit refrigeriũ. Iõ ut pauperes hñt a nobis mendicare ſuffragia. Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio, p̄ defunctis exorare, ut a pctĩs ſoluãtur. ij. Macha. xij. Nã ſancta, qa placet deo. Salubris, quia eſt utilis aĩe, pro qua fit, & utilis illi qui facit. Quia qñ illa anima exit de purgatorio, & intrat paradiſum, facit duo. Primo regratiať deo. Secũdo orat pro illis qui miſerũt ſibi ſuffragia. Per oppoſitũ, quando homo non uult eis ſatisfacere ſecũdum ꝙ tenetur, ut religioſus uel clericus qui recipit miſſas, uel heredes, uel manumiſſores, contra tales anime petunt iuſticiam. Nunqd deus faciet uindictã electorũ ſuorum .ſ. animarũ de purgatorio, clamantiũ ad ie die ac nocte, & patiẽtiã habebit in illis? Dico uobis ꝙ cito faciet uindictã. Luc. xviij. Ideo multi habent maledictiones, quia detinẽt bona mortuorum. Ideo habẽt aduerſitates. Patet ergo quare dicit anima de purgatorio, Non ſum ſicut ceteri hominum.

De eadem dominica. Sermo. iij.

HOmines aſcendebãt in templum. Luc. xviij. Nõ uolo declarare uerbũ propoſitũ ſecundũ intellectũ anagogicũ. Anagogia diciť ab ana quod eſt ſurſum, & agoge ductio, quaſi ſurſum ductio, & hoc fit qñ facta huius mundi exponũtur per ea, ut celica ea que cõcernũt gloriã celeſtẽ. Iõ anagogice declarãdo thema, ſciẽdum quot ſunt perſone que ſic aſcẽdunt celum ad gloriã paradiſi, & habebimus ſpeculationes de ſcientia, & informationes de conſcientia. Sed primo ſalutetur uirgo Maria. Pro anagogica declaratione, & breui materie introductione ſciendum, ꝙ doctrina eſt generalis, & ab omnib⁹ doctoribus eccleſie concordata, ꝙ a principio mundi, ex quo Adam peccauit, uſque ad aduentũ & mortem Chriſti & aſcenſionem, nullus quantũcũque ſanctus & dei amicus

amicus ascēdit in celum, & transiuerunt plusquā quinq; milia anni, secundū cōputū sanctorū doctorū, & multi moriebantur cum maximo desiderio ascēdēdi in celū. Sed nondū scala erat erecta, nec porta paradisi erat aperta. Ideo omnes descenderūt ad infernū. s. ad limbum. Ec ce quātus dolor. Adam de suo pctō fecit nongentos & .xxx. annos de pnīa, quia tantum uixit, ut patet Geñ. v. Fuit sanct⁹ & amicus dei, & deus sibi pepercit, tamē quādo fuit mortu⁹, & anima uoluit ascēdere, non potuit. Idē de Noe, qui uixit nongentis quinquaginta annis in pnīa. Idē intelligatis de Abraam, Isaac, & Iacob, & de omnib⁹ patriarchis & prophetis. Imo dico uobis plus de beato Ioanne Baptista, de quo dixit xp̄s, Mat. xj. Inter natos mulierū non surrexit maior Ioanne Baptista &c. Tamen in infernū, hoc est, ad limbū descēdit. Idē de sanctis innocentibus, pro xp̄o occisis. Regula est generalis, ꝙ ante xp̄i passionem nullus ascendit in celū. Hoc autem licet clarū sit apud sanctos doctores, adhuc tamē dabo uobis autoritatē Dauid, qui sciens dictam regulam a spūsancto, dixit, Quis est homo qui uiuet. s. in sanctitate, & nō uidebit mortem, eruet animam suam de manu inferi. q. d. nullus. Iob. xxj. Ducūt in bonis dies suos, & in puncto. s. mortis ad inferna descendunt. Ista autoritas potest exponi de bonis personis ante aduētū xp̄i, & de malis post eius aduentū. Sed postq̄ xp̄s uenit, & sustinuit mortem & passionem, surrexit, & ascēdit in celum, erexit scalā soluendo preciū, & aperuit ianuam paradisi. Propter hoc dicit thema, Homines ascendebant in templum. s. ad illud, de quo Dauid, In templo eius omnes dicent gloriam. Modo patet intellectus thematis anagogicus. Et secundum istum intellectum uolo nunc predicare. Modo uidendum est qui homines ascendunt in celum, quia non omnes ascendunt. De ista materia quesiuit Dauid a suis doctoribus & magistris, dicēs, Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? in ps. xxiij. Domini est terra. Licet Dauid sciret, ꝙ ante xp̄i aduentū omnes anime descēdebāt ad infernū, sciuit tamē diuina reuelatione, ꝙ aliquo tēpore xp̄i ascēderēt in celū, sed nō omnes. Ideo quesiuit, quis ascēdet. Sed nullus sciuit respondere sibi, sed spūssanctus sibi respondit. d. Dauid, Vis scire quis ascēdet in celū? Innocens manibus, & mūdo corde, qui nō accepit in uano animā suā, nec iurauit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionē a domino. Quatuor conditiones personarū ponuntur in dicta autoritate. Ex ista rñsione ego extraho materiā, ꝙ per quatuor uirtutes nos possumus ad celū ascendere. s. per baptismalē innocētiam, per dignam pnīam, per firmā obe-diētiā, & per martyrij palmam. Istas quatuor uirtutes tangit spūssanctus, rñdēdo Dauid, Innocēs manib⁹ &c. Dico primo &c. Innocēs dicit̄ qui nūq̄ peccauit, nec mortalr̄, nec uenialiter, nec corde cogitando, nec ore loquendo, nec opere male operando. Tales sunt pueri nouiter baptizati, qa de adultis nūq̄ fuit aliqs pure innocēs, nisi xp̄s & ỽgo Maria, solum pueri nouit̄ baptizati dicunt̄ puri īnocētes, qa p baptismū sunt purificati de peccato originali. Tales si anteq̄ peccēt moriant̄, recte sine aliq̄ pena ascēdūt ī celū. Iō dicit̄, Innocēs manibus. i. operibus, qa in sacra scptura man⁹ accipit̄ ꝓ ope. Sed diceret aliqs, Idē posset dici de illis pueris q moriunt̄ in utero mr̄is, uel ante baptismū, qa nunq̄ peccauerūt, nec corde, nec ope, nec ore, iō sunt īnocētes. Dico ꝙ sunt īnocētes q̄tū ad hoc qa nūq̄ peccauerūt, tn̄ nō sunt puri īnocētes, ꝓpter maculā originalē quā habēt, de qua non pn̄t purificari nisi per baptismū. Vultis intelligere qd est macula uel pctm̄ originale? Nota, acsi rectores huius ciuitatis mō fecissent unā pulchrā imaginē, ut ponat̄ in eccl̄ia sup altare. Sed eūdo dū portat̄, cadit in lutū &c. Clarū est ꝙ illa imago nūq̄ ponet̄ sup altare bona rōne, q̄usque fuerit mūdata. Idem de aīa, q̄ est propria imago dei. Geñ. ix. ad imaginē qppe dei factus est hō ad hūc finē, ut ponat̄ in templo

plo paradisi,sed cecidit ī luto. In illa car
nali generatione, quando aīa creatur, &
infūditur in utero matris, cadit in lutū.
Iō quousq; sit mūdata per lauacrū baptis
mi , xps ordinauit ꝙ nō intrabit paradi-
sum,licet posset usq; ad portā uenire &
pulsare,ut dicitur Lu.xiij. Cū intrauerit
pr̄familias , & clauserit ostiū, incipietis
foris stare, & pulsare ad ostiū dicentes,
Dn̄e aperi nobis. Et rn̄dens dicet uobis,
Nescio uos. Vn̄ tali aīe rn̄debitur a xp̄o,
Et nunquid uides te immūdā?Dicet aīa,
Illud non est culpa mea &c.Rn̄debit xp̄s,
Ideo non dabo tibi penā sensitiuam, nec
dānationem cū illis in inferno,quos sibi
ostendit,sed remittit eā ad limbū puero
rū. Dicatur ubi est. Dicit sc̄tūs Tho.sup.
ij.sen. ꝙ illi pueri hn̄t magnas delitias,
disputant ad inuicē &c.Et sicut tibi non
displicet,quia non es rex uel papa,qa ti-
bi nō debetur,uel quia nō habes alas, qa
tibi nō debēt . Ita nec illi pueri tristātur
de illa gloria, que eis non debetur, sed
pueri baptizati pure innocentes statim
intrant gloriā. Et cōcordat scrip.di. Sal-
uabitur innocēs,saluabitur autē mundi-
cia manuū suarū.Iob.xxij.No.in mundi-
cia baptismali saluabit. Dicā uobis unā
pulchram speculationem,de hoc qd' di-
cit xps Mat.xix . Sinite paruulos uenire
ad me,& nolite prohibere eos. Taliū eīn
est regnum celorum.Predicta autoritate
xps ponit tres clausulas cōtra tria impe-
dimenta,que habet aīa que debet celum
ascendere. Primum in morte, quia tunc
demones uolūt capere & deuorare ani-
mā,qbus dicet xp̄s,Sinite paruulos ueni
re ad me.Scd'm impedimētū est in aere.
Nā doctrina est cōmunis ī theologia, ꝙ
demones nō oēs sunt ī inferno,sed sunt
ibi aliqui ad cruciādū aīas dānatorū,ali-
qui nobiscum sunt ad tētandū nos. Sed
magnus cumulus remansit in aere,ibi est
difficultas. Contra hoc impedimentū di
cit xp̄s demonibus,Nolite ꝓhibere eos.
Tertium impedimentum est in ingressu
ad portam paradisi,ubi sunt portarij, qui
dant repulsam multis,ut patet de quinq;
uirginibus indeuotis , qbus fuit rn̄sum,

Amen dico uobis nescio uos. Mat.xxv.
Sed de pueris dicit xp̄s, Taliū est regnū
celorū . Ecce prima conditio ascenden-
tium in celum. Dico secūdo ꝙ possum'
ascēdere per cōdignā pn̄iam, quia iam
nos non possum⁹ ascēdere ꝑ purā inno-
cētiā. Hic patet inaduertētia illorū,q'
absoluunt a pena & culpa,dicūt,rest[illegible]
te statui innocētie in quo eras qn̄ [illegible]
baptizatus,qa īplicat cōtradictionē,[illegible]
intelligēdū est, qa īplicat dicere ꝙ p[illegible]
tū non fuerit preteritū. Iō xp̄s ordina[illegible]
aliā uirtutē.s. dignā pn̄iam, quia licet [illegible]
baptismo remaneat in nobis characte[illegible],
qa indelebilis,tn̄ ex pc̄tis q̄ fecim' p[illegible]
mus puritatē innocētie,pp qd' oportet
ꝑ dignā pn̄iam ascēdere,q in decē gra[illegible]
bus cōsistit. Primus est pc̄tōrū cognitio,
qa aīs hō nūq̄ faceret pn̄iam. Qui nō co-
gnoscit infirmitatē,nō curat de medic[illegible]
Iō Dauid postquā peccauit,& cogno[illegible]
pc̄tm̄ suū,dixit, Amplius laua me dn̄e ab
iniqtate mea &c.subdit causam, Qm̄ in-
iquitatē meā ego cognosco , & pecca[illegible]
meū cōtra me est semp. Scd's grad' e[illegible]
cordis cōtritio,qa multi letātur cū mal[illegible]
fecerint,& exultant in reb⁹ pessimis.ꝓ-
uer.ij.Iō est dolēdū & flēdū de pc̄tis. Si-
cut puer qui cecidit in lutū,uidens se [illegible]
turpatū plorat. Ita debet facere quilibet
pc̄tōr, & tunc poterit dicere, Recogita-
bo tibi omnes annos meos in amaritudi
ne aīe mee. Terti⁹ grad⁹ est abstinēdi ꝓ
positū.Iō dicit xp̄s, Vade,& iā ampli' no
li peccare.Ioan.viij. Quartus gradus est
male societatis uitatio.Ideo poeta, Que
nocitura tenes quāuis sint chara relinque
Quintus gradus est oris cōfessio, quia
de glādula nemo pōt perfecte curari,q-
uisq; radix est extra.Ita de pc̄tis. Qui ab-
scondit scelera sua nō dirigetur .ꝓuer.
xxviij. Sextus est corporis afflictio, sicut
eīn caro fuit tibi occasio peccandi,sic de
bes eā castigare, ne a sagionibus inferni
castigetur. Augu.Carnē urām domate ie
iunijs &c. Septimus spiritualis oratio.s.
quolibet mane & sero deuote orare.Lu.
xviij.Oportet sp.i.oī die orare,& nō de-
ficere. Octauus gradus est eleemosyna-
rum

em largitio, nt de⁹ tibi faciat eleemosy nā de gr̄a sua, quia ipse dicit, Beati misericordes, qm̄ ipi miam cōsequētur. Mat. v. Nonus gradus est debitorū restitutio. Si habes aliquid in domo, taxia, uel bursa, de male acquisitis, restituas, qa nō dimittitur pctm̄ nisi ablatū restituatur, regula est tā theologorū q̄ iuristarū. Decimus gradus est iniuriarum remissio. Ne deus recipiat uindictā de peccatis tuis, tu nō recipias uindictā de inimico tuo, licet posses. Si dimiseritis hominib⁹ peccata eorū, dimittet & uobis pr̄ ur̄ celestis delicta ur̄a. Mat. vj. qa de⁹ nō pōt uinci a creatura in pietate. Patet ergo responsio ad questionē, Quis ascēdet in montē domini &c. Rn̄detur, mūdus corde. s. mundata aīa ab īmūdicijs post baptismū acquisitis, qa mūdicia acqritur per pn̄iam. Iō dixit xp̄s, Beati mūdo corde, qm̄ ipsi deū uidebunt Mat. v. Tertiū principale dico tertio &c. firma obediētia. Multi sunt, q ex quo redierūt ad bonā uitam, non sunt firmi ad obediendū p̄ceptis dei, sed redeunt ad peccata. Ideo est necessaria firma obedientia. s. ut ꝓ nulla re huius mūdi facias cōtra precepta dei, quia modicū lucratur q ꝑdit aīam. Quid em̄ ꝓdest homini si uniuersum mūdū lucretur, animę uero sue detrimentū patiat̄? Mat. xvj. Plus ualet aīa una q̄ aliq̄ creatura corporalis. Istā firmā obediētiā ostēdit xp̄s, semel rn̄dēdo cuidā doctori ī q̊dā sermone xp̄i inflāmato de uita eterna, ꝓpt̄ qd̄ q̄siuit a xp̄o di. Magr̄ bone qd faciā ut habeā uitā eternā? Mat. xix. Rn̄dit sibi xp̄s, Si uis ad uitā īgredi, serua mādata dei. In ista rn̄sione poteris notare q̄ uita eterna non obtinet̄ dn̄io tpali, nec p̄latione, seu dignitate, nec sciētia, seu potētia, qa nisi dn̄i tpales & p̄lati sint obediētes preceptis dei dānant̄. Et si ad portā paradisi uellēt allegare, dicēdo, O dn̄e, in mūdo fecisti me papā, & regē, & sic de alijs. Rn̄deret illis, qui se īgesserūt, Ego nō te feci &c. sed tu ingessisti te. Deinde ex quo fuisti int⁹, uixisti ut porc⁹ luxuriose. Nec ualet tibi allegare sciam, nec diuitias, nec fortitudinē, nec potētiā, nec pulchritudinē, sed oportet allegare obediētiā, dicendo, Dn̄e, ego fui obediēs preceptis ur̄is. Tūc xp̄s manu sua recipit obediētē, di. Euge serue bone & fide. &c. Nota. Euge, interiectio gaudētis est. Solū obedientib⁹ & dei p̄cepta seruātib⁹ fit istud. Patet iterū rn̄sio ad istd̄ q̄sitū, Quis ascēdet &c. Rn̄det, q nō accepit in uano aīam suam. In uanū accipit aīam suā ille, q non obedit diuinis p̄ceptis, qa non uenit ad finē ordinatū. Iō dicit apl̄s, Hortamur uos fratres, ne in uanum gr̄am dei. i. aīam uel tēpus recipiatis. ij. ad Cor̄. vj. Dico quarto &c. p sufferētiā martyrij, ut martyres, q multas & graues tribulationes sustinuerunt usq; ad mortē. Et sunt. x. tribulationes, & tētationes, & pugne, & usq; ad. x. nō sunt martyres. Pr̄ia est cōtra demōes, dicētes, Quare sustines tot aduersitates pro illo, de quo nescis qd &c. Secūda cōtra inclinationes carnis, q̄ naturaliter refutat mortē, cū etiam xp̄s cepit pauere & tedere, nō tn̄ scd̄m rōnē, sed scd̄m sensualitatē. Tertia est cōtra occasiones mūdi, ꝓmittēs m̄ta si uellēt xp̄m abnegare. Quarta cōtra malū cōsiliū amicoꝝ dicētiū, Vos creditis pl⁹ scire q̄ oēs &c. Quīta cōtra ꝑsuasiōes filioꝝ, & uxorū, & parētū, retrahētiū a bono &c. Sexta cōtra perditionē bonoꝝ tpaliū, q̄ eis auferebant̄ a tyrannis & dn̄is. Septima cōtra ꝓpriā famā, qa eis īponebāt̄ multa falsa crimina, sed ipi nō curabāt. Octaua cōtra libertatem, qa incarcerabātur, & ligabant̄ uinculis, cathenis &c. Nona cōtra dolores, qa ꝟberabant̄, & sic de alijs tormētis. Decima cōtra mortē. Habebāt em̄ tātā fortitudinē, q̄ ꝓ xp̄o sustinebāt mortē, & tūc erant martyres. Iō Iaco. j. Beatus uir qui suffert tentationē, qm̄ cū ꝓbatus fuerit, accipiet coronā uite. Ecce quatuor uirtutes ordinauit de⁹, de qbus hō posset ascēdere in celū. s. innocētiā, pn̄iam, obediētiā, & sufferētiā. Et q̄libet istarū ꝟtutū habet decē lr̄as. Prima ꝟt⁹ est innocētia, q̄ decē lr̄as habet, ī qb⁹ īnuūt̄ decē uerba, q̄ sunt in forma baptismi necessaria ad purā innocētiā habendā. Scd̄a ꝟt⁹ est pn̄ia, que etiā habet. x. literas, q̄ significant decē ope-

cē opera pnĩalia predicta. Tertia ꝟtꝰ est obedientia, q̃ etiã habet.x.lr̃as, significan tes ꝙ firma obediētia cōsistit in.x. p̄ceptis dei. Quarta uirtus est sufferētia martyrialis, & etiã habet.x.lr̃as.x.opera predicta martyꝶ significātes. Rō, quare deꝰ in numero denario uoluit ponere illa q̃ requiruntur ad nostrã salutē, est, qa.x. digitos habemus in manibus, q̃ sunt partes quas magis uidemꝰ, ut recordemur. Autoritas. Qui in manu oı̃m hoı̃m signat.i. signũ dat, ut nouerint singuli opera sua. Iob.xxxviij. ut quilibet cognoscat ꝙ illis qui debent saluari per innocētiã, sunt necessaria decē uerba de forma baptismi. Illis q debēt saluari ꝑ pnĩam sunt necessaria decē opera pnĩalia. Illis qui per obediētiã, est necessaria obseruatio decē mãdatoꝶ. Illis q ꝑ sufferentiã, decem opera martyrũ. Patet ergo quare dicit, Btũs uir q suffert &c. usq;, diligentibꝰ se. Istud tãgit Dauid ĩ quarta rn̄sione, cũ dicit, Nec iurauit in dolo proximo suo. Iste ꝓximꝰ est xp̄s, cui iuramꝰ fidelitatē ĩ baptismo, pro qua seruanda martyres fuerũt occisi, anteq̃ uellent frangere fidelitatē xp̄o. Ideo non iurauerunt in dolo proximo suo.s.xp̄o. Ideo quilibet martyrũ potest dicere illud.p̄.cxviij. Iuraui, & statui custodire iudicia iustitie tue.

De eadē dñica.xj. post trini. Ser.iiij.

AMen dico uobis, descēdit hic. Luc.xviij. Sermo noster erit de descēsu malarum personarum in infernum, ut auisetis uos. Et habebitis speculationes intellectuales, & instructiones morales. Salutetur uirgo Maria. Pro huius ꝟbi breui declaratione, scd̄m ĩtellectũ quē uolo ꝓtractare, & introductione materie, sciēdũ ꝙ scd̄m sanctã scripturã ego inuenio talē differētiã inter bonã uitã spũalē, & deuotã, & carnalē, sicut inter ascendere in celũ, & descēdere ad ĩfernũ. Nã uita spũalis, bona, & deuota, est tãquã scala ꝟtutũ, & bonorũ operũ, cuiꝰ unũ caput est in celo, alid' in terra. Hoc fuit figuratũ Geñ xxviij. Vidit Iacob scalã stãtē sup terrã, & cacumē eius tangens celũ, & angelos dei ascendentes & descendētes per eã, & dñm innixum scale. Ista scala est uita bona, deuota & spũalis, quã homo tenet in hoc mũdo. Cũ dicit, scalã stãtē sup terrã, quia in mundo oportet nos bonã uitã incipere. Nullus decipiatur in hoc mũdo. Ideo dicit deus ore Dauid, Cōuertetur populus meꝰ hic.s.in hoc mũdo, & dies pleni inuenientur in eis. No.pp̄s meꝰ.s.per predestinationē, meꝰ per electionē, meus per purificationem, meus per redemptionē. Itē cacumē eius tangens celũ. Ecce finis bone uite, & spũalis, qa sicut eius initiũ est in hoc mundo, ita eius finis & terminus est in celo. Ideo dicit scriptura, Liberati a pc̄tõ, serui autē facti deo, habetis fructũ uı̃m in sc̄tificationē, finē ꝟo uitã eternã. ad Ro.vj. Iõ dicit, dñm innixũ scale. Scitis quõ sicut ille q in capite brauij tenet signum, & animat currētes ad bene currēdũ. Ita xp̄s ĩ capite huiꝰ scale bone uite tenet coronã glorie, & animãdo nos dicit, Venite ad me omnes qui laboratis.s.in bona uita, & onerati estis.s. penitētia, & ego reficiã uos. Mat.xj. Itē uidit angelos ascendentes & descendētes, qa per scalã bone uite aliqui ascendunt, ut religiosi, clerici, & laici, qui incipiunt bene uiuere, & cũ magno ardore & feruore illã cōtinuãt. Descendunt autē qui postq̃ inceperunt bonam uitam, paulatim dimittunt. Sicut de religiosis, q qñ sunt nouicij, sunt boni & deuoti & c.sed ex quo sunt ꝓfessi, efficiuntur tepidi. Idē de clericis & laicis. Et qa talis differētia est inter uitã spũalem & carnalē, sicut inter ascendere & descendere, dicebat Dauid, Ascēdunt usq; ad celos.s.boni, & descēdũt usq; ad abyssos.s.mali, aı̃a eorũ in malis.s. culpe & pene tabescebat. De peccatore & malo igitur dicit thema. Amē dico uobis descendit hic.s.pc̄tõr. Modo uideamus ꝑ q̄s gradꝰ pc̄tõr descēdit ad infernũ, & inueni ꝙ ꝑ septē gradꝰ.

Primus est male cogitare.
Secundus stulte & male loqui.
Tertius negligenter operari.
Quartus carnaliter conuersari.

Quin-

Quintus proximo iniuriari.
Sextus in rebus diuinis attediari.
Septimus in fide catholica dubitare.
Post istos septem gradus pctōr descēdit in infernū. Ideo dicit thema, Amen dico uobis descendit hic. Primus grad⁹ p quē peccator descendit ad infernū est male cogitare, quādo psona retinet malas cogitationes, que a diabolo mittūtur, dicēdo, O quale opus esset facere hoc uel illud cū tali, morose delectādo, tūc cadit, tales enim cogitationes statim sunt expellēde. Scitis qualiter bona mulier debet expellere & uitare lenonem ex parte alicuius ad eā uenietē? qa nō debet eius ṽba audire, qa si uult eius ṽba audire, & dicere, O & quō fieret, si esset scitū &c. factū est, ipsa est pdita. Sed statim debet eū expellere, & p scalā pijcere dicendo, uadatis. Ita debet facere aīa uel persona, q̄ honeste & caste uult cū deo uiuere, qn̄ uenit ad eū diabol⁹, uel leno, uel tētatio, loquentes ad sensualitatē. i. si uis tu posses habere talē delectationē & cōsolationē cum tali &c. si tu dicas, O quō fieret, si sciretur essem diffamatus, pditus es, sed debes recipe baculū. i. crucis, & te signādo percutis diabolū, & ipsum a te expellis, sic hō conseruat se in uita spūali, al's autē peccat & pditur. Auto. Initiū supbie hominis est apostatare a deo q fecit illū, qm̄ ab eo recessit cor eius. Eccl'i. x. Nota, Initiū supbie, qa omne pctm̄ mortale includit superbiam. Declaretur per singula pctā. Ideo dicit, apostatare a deo. Apostatare est facta professione habitū dimittere, & sicut ribaldus per mūdū incedere. Ita de anima, que intrat ordinē angelorū, qn̄ recipit baptismū, & tenet bonā uitā & sctām. Propter hoc Aug. fecit unum librum intitulatū de religione xp̄iana. Et licet psona deuota sit in hoc mundo corporaliter, habitat tamen in celo mētal'r. Qa in hac peregrinatione solo corpore cōtinetur⁹, cogitatione &c. Itē ad Phil'. iij. Nostra conuersatio in celis est. Sed quādo dat se malis cogitationibus, & carnalibus, apostatat, dimittendo habitū uirtutū. Ecce quare dicit, Initiū supbie hominis est apostatare a deo. Et declarat qualiter. Qm̄ ab eo q fecit illū recessit cor eius. s. p malas cogitatiōes. Remediū est expellere & cōtradicere malis cogitationib⁹. Scitis quō si ego haberē manū aptā corā uobis, ponere possetis in eā prunas ignitas. Sed ī me est qđ' cōburāt uel nō. Si eas diu uelles tenere in manu, mirando & disputando de earū pulchritudine, interim cōburerēt manū meā. Sed si statī uertā manū, & proijciā, nō me comburent. Ita in proposito, imaginatio sensualis aperta est diabolo, non tn̄ conscientia mentalis, nisi soli deo. Ideo diabol⁹ pōt imaginationi sensuali mittere & ponere malas cogitationes, uel dormiēdo ī somnis, uel uigilando. Et qn̄ tu cogitas, O q̄modo fieret &c. Interim aīa cōburit pec cando. Ideo custodiatur cor a malis cogitationibus, & si ueniunt, statim expellantur. Hoc remedium dat scriptura dicēs, Omni custodia serua cor tuū, qa ex ipso uita procedit. Vita, si bene custodiat, al's mors &c. Prouer. iiij. Secūdus gradus est stulte & male loqui. Istud sequitur ad primū, qa os loquitur scd'm cordis dispositionē. Rō, qa os nihil aliud est q̄ cordis fumariū, & scd'm ignem interioris affectionis exit extra fumus uerborū. Verbi gratia. Supbus semper uult loqui de honoribus, pōpis, & ornamentis &c. Signū est q ignis superbie est interius in coquina. Idem de auaro, in quo est ignis bonorū temporaliū. Ideo semper loquitur de ferijs, & foris &c. Si luxuriosus est, semp loquitur de mulieribus, disputans de earū pulchritudine. Si inuidus, semper loqtur male de illis quibus inuidet. Si dicatur sibi, Talis est bon⁹ homo &c. Rn̄det, non cognoscitis eum ut ego. Ipse est talis & talis &c. Si gulosus, semper loquitur de cibis, uinis, & coquinis &c. Si iracundus, de prelijs & uindictis. Si acidiosus, de requie, lectis &c. Ecce quomodo post male cogitare sequitur & male loqui stultorum. Autoritas de hoc clara, de Iudeis male loquentibus contra deum & apostolos. Ad quos Christus dicit, progenies uiperarum, quomodo poteritis bona

bona loqui cũ sitis mali? Ex abũdãtia eñ cordis os loquitur. Bonus hõ de bono thesauro cordis sui ꝓfert bona, mal⁹ autẽ de malo thesauro cordis sui ꝓfert mala &c. Mat. xij. Remediũ cõtra stultam & malã locutionẽ est illud, qđ dat apl's dicens, Sermo uester semper in gratia sale sit cõditus, ut sciatis qũo oporteat uos unicuiq; respondere. ad Col. iiij. Nota quomodo cibus sale aspergitur. Primo diuertendo ad sal in disco, anteq̃ ponat in ore. Cibus enim non uenit ad os, nisi misceat. Ita faciendũ est de uerbis. Cogitetis ꝙ sit corde sursum, in quo sunt oẽs esce. Iõ añq̃ uerbum ueniat ad os ad loquendũ, diuerte ad salariũ discretionis, dicendo, Hoc uerbũ quod ego uolo loqui, erit utile uel scãdalosum? Ecce quare dicit, Sermo uester semper in gratia sale sit cõditus. Qñ uerbum est ita examinatum, multũ placet deo, & hominibus est gratiosum, al's aũt est inutile & iniuriosum. Ideo dicit thema, Amẽ dico uobis, descẽdit hic &c. Tertius gradus est negligenter operari, & iste gradus sequitur ad duos primos gradus. Rõ, quia diligentia nihil aliud est q̃ ignis spũssancti interius consistens. De quo xps Lu. xij. Ignem ueni mittere in terram. s. ardẽtis diligentie, & deuotionis. Et q̃diu iste ignis cõsistit in corpore, omnia membra corpis feruẽt ad operãdum diligenter. Sed qñ iste ignis extinguitur, remanet persona frigida & congelata, ad negligenter operandũ bona opera. Iam non surgit ita mane ad matutinas, nec orat, nec celebrat, nec opa spũalia sibi placẽt. Autori. de hoc mittit crystallũ suũ. s. de⁹ permissiue, & diabol⁹ opatiue. Crystallus autem nihil aliud est q̃ aqua cõgelata nimia frigiditate. No sicut buccellas, qa persona congelata non statim dimittit opa oĩa, sed paulatĩ ad buccellas. Ante faciem eius quis sustinebit? Nota miraculũ de uitispatrũ, de quodã deuoto heremita, cui angelus quolibet die portabat panem &c. sed postq̃ ipse fuit negligens in dei seruitio, etiam angelus negligenter seruiuit sibi. Ista est rõ quare hodie in monasterijs & collegijs uiuunt cũ labore, nec hñt unde uiuant, qa male faciunt officia dei & negligẽter. Antiqui abundabãt & edificabant, & nos uix sufficim⁹ ad uitã. Remediũ cõtra negligẽter opari est illud qđ dat scriptura sacra dicens, Sit timor dñi uobiscũ, & cum diligentia cũcta facite. ij. Paral. xix. Timere aũt oportet illã maledictionẽ. Nã maledictus qui facit opus dei negligẽter et fraudulenter. Hiere. xlviij. Quartus gradus est carnaliter conuersari, & sequitur ad alia predicta. Rõ, quia hõ in hoc mũdo nõ põt uiuere sine aliquibus consolationibus, alias efficitur fantastic⁹, & qñ non est diligens in operibus spũalibus non habet consolationes spũales angelorum. Iõ dat se consolationibus bestiarũ. s. gule, luxurie. Et ille delectationes, delectatiões sunt porcorũ & asinorũ, de talibus dicit scriptura, Dixerũt impij cogitantes apud se non recte, Exiguum & cum tedio est tempus uite nostre, & nõ est refrigerium in fine hoĩs, & nõ est qui agnit⁹ sit reuersus ab ĩferis. Quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erim⁹ tanq̃ nõ fuerimus &c. Infra coronemus nos rosis, anteq̃ marcescãt, nullum pratũ sit q nõ ptranseat luxuria nostra. Nemo nrm exors sit luxurie nostre, ubiq; relinquamus signa luxurie nr̃e, qm̃ hec est pars nr̃a, & hec est sors nr̃a. Sap. ij. Sed personę spũales que diligẽter seruiũt deo, sentiũt consolatiões angelorũ, nõ curãt de delectationib⁹ bestiarũ, immo si de⁹ daret eis licẽtiã, ut licite uterent illis delectationibus bestiarũ, nõ curarent, immo dicerẽt, O dñe nõ detis mihi delectationes, q̃s uos noluistis, sed detis mihi cõsolatiões angelorũ &c. Iõ Dđ, Renuit cõsolari aĩa mea, scilicet in cõsolationib⁹, memor tui dei & delectat⁹ sum, & exercitat⁹. ps. lxxvj. Ergo patet rõ q̃re hodie psone hui⁹ mũdi dant se delitijs carnalib⁹, qa nõ sentiũt aliqd de delitijs [illegible] alib⁹. Quĩt⁹ grad⁹ cõ [illegible] ad p[illegible] ꝓximo iniuriari. Rõ. Ista est differentia inter bona spiritualia & bona tpalia, qa bona tpalia stricta sunt, nec multis sufficiũt

unt. Bona uero spũalia latissima sunt, & magna, & oĩb⁹ sufficiũt. Verbigratia. Si una mulier sit philocapta de xp̃o, & etiã alia, nõ displicet sibi, imo magis eã diliget. Sed si de uiro unius alia sit philocapta, si hoc sciat uxor, statim est ibi diuisio & iniuria, quia unus hõ nõ sufficit nisi uni uxori. Idẽ si multi hoĩes sunt philocapti de beata uirgine, nullus est zelotypus de alio, sed illi magis se diligẽt, nulli faciunt iniuriã, quia uirgo oĩbus sufficit, sed si de aliqua muliere sint philocapti, ueniũt aliqñ ad gladios. Itẽ de uno castro, uilla, seu regno, non sufficit nisi uni dño seu regi. Sed castrũ seu regnum paradisi oĩbus sufficit, & quilibet pt ipm petere sine alterius iniuria. Ista est ratio quare hodie in mũdo inter hoĩes carnales nõ est pax, qa quilibet uult officia, regimen, iura &c. Et inde sequunt̃ inuicẽ diffamationes, & cõitatũ destructiones. De hoc dicit Iaco. Vñ bella & lites in uobis? nõne ex cõcupiscentijs uestris, q̃ militant in mẽbris uestris? Cõcupiscitis & nõ habetis. Occiditis, & zelatis, & nõ potestis adipisci. Iac. iiij. Remedium cõtra hoc est illud qđ dat Ioã. Nolite diligere mũdũ, neq; ea q̃ in mundo sunt. j. Ioã. ij. Sextus gradus est in rebus spũalibus attediari. Ex quo enim creatura siue hõ iã tñ descẽdit, finaliter uenit ad hoc ꝙ iã abhorret & abominatur dona diuina. Rõ est, sicut hõ diu febricitans, oĩa cõmestibilia abhorret, nec sapiunt sibi. Ita diu antiquatus, & in peccatis inuolutus, abhorret ea q̃ dei sunt. Quia si dicit̃, uadamus ad missam. Rñdet, Quid mihi de uestra missa? citius uellẽ prandere. Si dicat̃ sibi, uadamus cõfiteri. Vestra confessio nihil aliud est, nisi ꝙ clerici uolũt scire uestra peccata. Idẽ de ieiunijs. Ieiunẽt imagines, q̃ nõ habẽt stomachos, & caput durum & lapideum &c. Secus qñ ex negligentia dimittunt̃, quia aliud est dimittere bona dei per negligentiam, & aliud qñ dimittunt̃ per contemptũ & uilipensionẽ. Nota de illo iuuene Valentiæ, qui despexit ieiunium ab ep̃o iniunctũ ex quadã pestilentia, qui subito expirauit. Ideo dicit scriptura, Impius cum in profundũ uenerit peccatorũ, contemnit, sed sequit̃ eum ignominia. s. in morte, & opprobriũ. s. in iudicio. Prouer. xviij. Nota, sequit̃ ignominia, quia tales cõmuniter nõ pñt cõfiteri, & intestati decedunt, & impenitẽtes. Nota de illo homine Alzazira subito mortuo. Esa. xxxiij. Ve qui spernis, nonne & sperneris? s. quia nõ habetis occasionẽ cõfitendi, testandi, nec dolendi, seu penitẽdi de peccatis. Septimus est de fide catholica dubitare. Postquã persona nullũ saporẽ sentit in his q̃ dei sunt, imo abhorret, & dubitat in fide dicẽdo, Quid scit hõ de alio mũdo? Rõ hui⁹ est, quia sc̃tã fides catholica est altissima & spũalis, & qui cecidit in profundũ peccatorũ habet ad eam dispositionẽ contrariã, quia est infirmus & carnalis. Ideo dicit, Et quid scit homo si est uerũ de inferno, de purgatorio &c. Forte clerici hoc inuenerunt. O quot iã sunt in mundo de talibus, quia mala conscientia & reprobata non põt diu stare cũ bona credẽtia & societate. Autoritas. Bonã cõscientiã quidã a se repellentes, circa fidẽ naufragauerunt. j. ad Timo. j. Nauis fidei, q̃ fideles ducit ad portũ uite eterne, naufragat̃ per malã uitã in talibus. Ideo do uobis remediũ, & mirabile cõsiliũ, ut sciatis Credo, in quo continent̃ articuli fidei, addiscatis Credo si nescitis. Dicat̃ semel. Si uos dicitis Credo quolibet die mane & sero, sequũtur due cõditiões. Prima ꝙ tp̃e antixp̃i eritis fortes & firmi in fide catholica. Secũda quia tanta est uirtus fidei deuote cõfesse, ꝙ portabit uos ad bonũ finẽ, quantum in se est, nisi obicẽ ponatis. Pro primo dicatur similitudo de candéla in laterna, q̃ extinguitur si nõ possit candela respirare per foramen. Fides catholica est in corde, & candela in laterna. Dauid, Qm̃ tu illuminas lucernã meã dñe &c. Ideo Dauid deuote cõfitebatur fidẽ dicẽdo, Credidi. s. in corde, propter qđ locutus sum. s. fidem confitendo. Et quomodo? Ego autem humiliatus sum nimis, id est ualde. Pro secundo, ꝙ uirtu-

re.i.cõfessionẽ. Autoritas. Si cõfess⁹ fueris in ore tuo dñm Iesũ xpm, & in corde tuo credideris, saluus eris. Ad Rom.x.

De eadẽ dominica.xj.post Trinitatẽ. Sermo quintus.

Deus propitius esto mihi peccatori. Luce.xviij. Prima pars erit historialis, & secunda moralis, Quãtum ad primũ, notandũ ꝙ xps in euangelio ostendit nobis modũ quõ debemus nos gubernare. Vnde sciendum, ꝙ dũ xps predicaret in terra Israel, erant quidam Iudei, qui credebant se esse bonos, sanctos, & iustos, & spernebant ceteros. Et iõ uolẽs xps eis ostendere ꝙ nõ erant boni, dixit eis parabolam istã &c. quasi diceret, nõ confidatis in uestris operib⁹, nec dicatis, O ego sum bonus, & iustus, ego ieiuno, & facio eleemosynas, & plura alia bona. Vnde dicit xps, nõ cõfidatis in istis, & tũc dixit eis, sicut narratur in euangelio, Duo hoĩes ascẽderũt in templũ ut orarẽt &c. Publicanus dicitur publicus peccator. Pharisęus dicitur a phares, qđ est diuisio, quia illi erant diuisi in habitu, & in uita, ut heremite, & portabãt mãdata dei in frõte, & spinas in tibijs, & multa alia faciebãt. Ideo dicebantur pharisei, id est diuisi. ita qđ dicit euangeliũ, ꝙ isti duo ascenderunt in templũ ut orarent. Phariseus autem qui erat in habitu sanctitatis, tamen ab intra erat mal⁹, posuit se ante altare, stans pedes, & nõ genibus flexis, & capite cooperto, nec faciebat aliqđ signũ deuotionis, sed stans apud se, & benedicens apud se. & non apud deũ, incipit facere orationẽ suã dicens, O deus, quasi contẽnendo alios, grãs ago tibi. Primo, qa ego nõ sum peccator, ego sum deuotus, nõ facio malũ, non sum sicut ceteri hominũ, raptores, adulteri, iniusti. Nec etiã sum sicut hic publicanus, qui est hic. O domine deus, de omnibus istis gratias ago tibi. Secũdo, Deus facio bonam iustitiam in meipso, qa ieiuno bis in sabbato.i. in hebdomada, & decimas do omniũ que possideo. Nota, omnium, uniuersaliter, quia de omnibus meis donore dei. Ideo deus gratias ago tibi &c. Ecce orationem quam faciebat iste phariseus, iactando se de uita sua. Sed uideamus orationem quam faciebat publicanus. Nam ipse nondum existens in templo, cogitauit intra se ꝙ nõ erat dignus ponere ante altare.i.prope. Et dixit, ego sum magnus peccator, commisi tanta peccata, & quomodo ponerem me ante altare? nõ placeret deo, sed posuit se longe in fine ecclesie, & ꝓstrauit se super terram, nec erat ausus oculos ad celũ leuare. Vah dicebat ipse, infernus est mihi paratus, & flebat. Et sic incepit facere orationem suã, dicens, Deus ꝓpitius esto mihi peccatori. Thema, & percutiebat pectus suum. Tunc dixit xps, Quis istorum duorum fuit exauditus ante deum, uel phariseus uel publicanus? Rñdit xps, Amen dico uobis, descendit hic iustificatus &c. Nota iustificatus.i. sctũs & iustus. Et miser pharise⁹, qui tm̃ iactabat se de bonis operib⁹, reuersus est cum suis peccatis. Ideo sequitur hic qđ concludit xps, quia omnis qui se exaltat humiliabitur. Et sic patet primum. Quantum ad scđm in hoc euangelio reperio quatuor conclusiones. Prima est presumptio diabolicalis in principio euãgelij. Secunda est operatio uirtualis. ibi, ieiuno. Tertia petitio rationalis, cũ dicitur, Deus ꝓpitius &c. Quarta est exaltatio celestialis, cum dicitur, Oĩs qui se exal. &c. Quantum ad primũ notandũ ꝙ oratio illius pharisei non fuit exaudita, eo ꝙ habuit tres magnos defectus. Primus quia stabat sine honore & reuerentia. Scđs, quia iactabat se in dei presentia. Tertius quia habebat fratrem suum contemptum &c. Ideo oratio eius non fuit audita. Primo iste phariseus miser habebat magnam presumptionem, quia stabat sine honore & reuerentia. Nam bone gentes sciatis, ꝙ nos habemus doctrinam ab aplo, ꝙ quilibet orans pro honore dei debet flectere genua. Ideo dicit, Omne genu flectatur celestium, terrestrium, & infernorum. Ad Phil.ij. Nota omne uniuersaliter, quia angeli

angeli & sancti hoc idem faciũt in celis, ita & nos debem⁹ facere in terris. Quia si omnes angeli hoc faciunt, multo magis nos miseri. Item infernorum, quia etiam diaboli & omnes damnati faciunt sibi reuerentiã, tñ nõ amore, sed timore. Ergo si tot⁹ mũdus facit deo reuerentiã in celo & in inferno, q̃to magis nos, qui magis debem⁹ sibi reuerẽtiam referre. Hoc etiã habemus Mat. ij. de tribus regibus, qui eũ adorauerũt in stabulo, de quibus dicitur ꝙ ꝓcidẽtes adorauerũt eũ. Iste aũt pharise⁹ faciebat sine reuerentia, ideo sua oratio non fuit audita. Nota, moraliter habemus hic doctrinam ꝙ non debemus facere sicut iste miser phariseus, sed qñ introimus ad eccł'iam, cũ honore & reuerentia debemus adorare deũ. Autoritas. Orõ humiliantis se nubes penetrat. Eccłi. xxxv. quia aľr nõ exaudiet deus orõnem nostrã. Scd's defectus, qa iactabat se in pñtia dei, cũ dicit, Gratias tibi ago, qa nõ sum &c. Heu qualis defect⁹, & quid oportebat se tm̃ iactare in pñtia dei? O respiciatis quot sunt, qui habent istũ defectũ, qñ uolunt aliq̃d boni facere, oportet totus mũdus sciat, sicut faciunt galline qñ ouare debent &c. Iõ dicit xp̃s, Amẽ dico uobis receperunt mercedem suam. Mat. vj. quia uolunt habere honorem suũ corã mundo. ideo nullũ meritũ habent corã deo. Ergo si uultis habere meritũ corã deo, faciatis secrete bona opa ur̃a. Quia licet mũdus non uideat, tñ deus bñ uidet, a quo debetis recipere mercedem. Auto. Tu autẽ cũ oraueris, intra in cubiculũ tuũ, & clauso ostio ora patrem tuum ĩ abscõdito, & pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi. Mat. vj. Iste aũt phariseus iactabat se in publico corã omnib⁹ hominibus, ideo sua oratio nõ fuit exaudita. Ecce scd's defectus. Tertius defectus, quia habebat fratrem suum in cõtẽptũ, cum dicit, Nõ sum sicut ceteri hominũ, uelut etiam hic publicanus. Ecce contẽptum, quia iustificabat seipsum, & condẽnabat alios. Vah quot sunt ĩ hoc defectu, qui nesciunt loqui de alio nisi malum, & semper iudicãt malũ, ut si uideãt aliquẽ loquentẽ cũ aliqua, cito male iudicant, uel si sit unus faciẽs bona opa, ut pnĩam, ieiunia, eleemosynã &c. oẽs iudicabunt malũ, & aliq̃n laudabũt malos, & cõdẽnabunt bonos. Contrariũ docet apł's dicẽs, Nolite ante tp̃s iudicare, quoadusq; ueniat dñs, qui & illuminabit abscõdita tenebrarũ, & manifestabit consilia cordium. j. Cor. iiij. Ecce prima cõclusio, cum dicit, Duo homines ascẽderunt &c. Hic habetis bonam doctrinã moraliter, ꝙ in die dominica debetis ire ad eccł'iam &c. Scd'a conclusio est operatio ỽtualis, cũ dicit, Ieiuno bis in sabbato. Ipse autẽ iactabat se de suis bonis operibus. Nota. Iã dicatis amici mei, quare deus posuit nos in mũdo isto? creditis ꝙ solum ad standum lete, bñ comedendum, & bibendũ &c. non profecto, sed ad faciendũ bona opa &c. Videte ꝙ nihil portabim⁹ ĩ morte nobiscum, nisi bona opera. Iõ apostolus, Dũ tẽpus habem⁹ opemur bonũ ad omnes. ad Gał. vj. Tertia cõclusio est petitio rationalis, cum dicit, Deus propiti⁹ esto mihi &c. Quarta conclusio est exaltatio celestialis, cũ dicit, qa oĩs qui se exaltat hũiliabitur &c. Et notãdũ ꝙ est regula gñalis in sacra scriptura, ꝙ qui magis humiliat se in hoc mundo, magis exaltabitur in alio. Auto. Humiliamini sub potenti manu dei, ut uos exaltet tẽpore uisitatiõis. j. Pe. v. Nota ĩ primo sermone tertie dñice post trinitatem, qui incipit sic, Humiliamini sub potẽti manu dei, in quo habem⁹ de xp̃o, ꝙ hũiliauit se in hoc mũdo, & factus est obediẽs usq; ad mortem, & ꝓpter hoc deus exaltauit illũ, & donauit illi nomen qđ est sup omne nomen. ad Phił. ij. Iõ humiliamini &c. Idem de beata ỽgine. Quia respexit humilitatem ancille sue, ecce enim &c. Et propter illam regulam generalem deus exaltauit istum publicanum, qui se humiliauit intantum, ꝙ non audebat leuare oculos, sed percutiebat pectus. Ideo descẽdit iustificatus. O q̃ta exaltatio. Ideo humiliamini ut possitis in celo exaltari. Quod nobis conce. &c.

Dñica.xij.post trinitatem.Sermo.j.

ADmirabantur dicẽtes, quia omnia bene fecit. Habetur uerbum istud originał Marc.vij.& recitaƭ in euange. hodierno. In isto sermone, ut deus det uirtutẽ & efficaciã uerbis ſctis,ut dicaƭ in honorẽ & gloriã dei principał, & cõsequenter ad instructionẽ nostrã,saluteƭ uirgo gloriosa. Admirabanƭ dicẽtes,loco & capło ubi.s.Pro declaratione hui⁹ uerbi propositi,& introductione materie pdicande, sciatis ꝙ ille magnus & excelsus rex Dauid in ſpũ ꝓphetie uidẽdo opera magna q̃ debebat facere dñs,dicit ĩ po. cxxviij.Cõfitebor tibi,qm̃ terribił magnificat⁹ es, mirabilia opera tua &c.In quib⁹ uerbis dat intelligere ꝙ Iesus xp̃s ueniens in hũc mundũ debebat facere mirabilia opa, maiora q̃ fecerĩt alij ꝓphete.Bñ legim⁹ de ꝓphetis.s.de Moyse,& Iosue,& Samuele, & Helyseo, atq; Esaia, ꝙ fecerint multa miracula, sed quõ? dico ꝙ oꝛonibus, dñm deũ deprecãdo, & nõ posse ꝓprio,quare ꝓprie loquendo ipsi nõ faciebãt miracula,sed de⁹.Nã de⁹ habet illã bonitatẽ, ꝙ p oꝛones sanctarũ personaꝝ,q̃ deuote seruiunt ei, & ei⁹ uoluntatẽ seruãt,facit miracula. Vñ dixit cec⁹,ut hł Io.ix. Scimus ꝙ pctõres de⁹ nõ exaudit,sed si qs dei cultor est,& eius uoluntatẽ facit, hũc exaudit. Nota ergo ꝙ xp̃s exaudit iustos, & non pctõres,& iõ qa ꝓphete & patriarche erant ſcti,& seruiebãt deo, & ei⁹ uoluntatẽ faciebãt,qñ ipsi rogabãt deũ, ipse exaudiebat eos. Quare dico ꝙ nullus ſctũs unq̃ fecit miracula p suã ptãtẽ,sed sol⁹ deus, cui ꝓpriũ est facere miracula ꝓpria potestate & autoritate,sed dñs nł Iesus xp̃s sicut deus oṗs faciebat ꝓpria miracula, nõ p oꝛonẽ,qa ipse erat un⁹ de⁹ cũ pr̃e & ſpũſctõ,qñ em̃ dicebaƭ sibi,Vn⁹ est surdus,cui dicebat effata,& subito aures illi⁹ aperiebanƭ.Idẽ de alijs ĩfirmitatibus, solo em̃ uerbo curabat ĩfirmitates. Ecce ergo dr̃iam inter xp̃m & alios ꝓphetas ſctõs, qa illi faciebãt miracula per suas orationes, dñs autẽ nł Iesus xp̃s p suum imperiũ.Iõ Dauid in po.cxlviij.Ipse dixit,& fa.sunt,ipse mã.& crea.sunt.Scias ꝙ in toto psalterio nõ reperiƭ id qd p̃dictũ est,nisi in duob⁹ locis.s.in po.xxxij. & in po.pdicto.Sed q̃ est rõ? Dico qd denotandũ duo opa mirabilia dei,unũ factũ in creatiõe, aliud in reformatiõe. Primũ ergo factũ est in creatiõe,cũ dicit,Fiat firmamẽtum,& fctm̃ est. Verbo dñi ce.fir.sunt, & ſpũ oris ei⁹ oĩs uirtus eoꝝ.Postea sciẽs Dauid ꝙ ĩ creatiõe mũdi idẽ debebat p suũ ĩperiũ facere mirabilia opa,iõ iterũ dicit,Laudate dñm de celis,laudate eũ in excel.Laudate eũ oẽs &c.qm̃ iṗe di.& fctã sũt.iṗe mã.& crea. sũt.Laudate eũ sol & luna.&c.ps.cxlviij. Sol.i.ptãs ecclesiastica.& luna.i.ptãs secularis.Et sicut sol ab aliquo alio nõ habet claritatẽ,sed luna habet claritatẽ a sole, ita & ptãs secularis habet autoritatẽ ab ecclia. Ecce qa dixit,sol & luna.seq. Laudate eũ celi celorũ.i.uirtutes sacrorũ ecclie, Sequiƭ,& aque q̃ sup celos sũt laudẽt nomẽ dñi.Ecce quõ fecit. Ipse dixit & facta sunt,ipse mandauit & creata sũt.Ecce quõ Dd̃ erat mirat⁹ de miraculis xp̃i.Et ista rõne Iudei uidẽtes miracula xp̃i secũdũ thema ꝓpositũ,admirabanƭ dicẽtes.Iã sum ĩ materia de q̃ uolo p̃dicare, ꝙ dñs nł Iesus xp̃s bñ fecit oĩa, declarabo nũc p tres modos operũ xp̃i.

Primum opus est creatio mundialis.

Secundũ op⁹ est gubernatio gñalis.

Tertiũ opus est redẽptio humanalis.

Et de istis trib⁹ possumus dicere thema ꝓpositũ, Admirabanƭ &c. Prĩo uideamus quõ sunt bene facta. Et declarabo ista per illud dictũ, Qualis unusquisq; est, talia dicit & operaƭ. Si homo est bonus, uerba & facta erunt bona, p contrariũ si homo est mal⁹,& uerba & facta erũt mala.Item xp̃s dicit,ex abũdantia cordis os loquiƭ.Luc.vj.Bonus hõ de bono thesauro cordis sui.s.profert bona.Mat.xij. Iob.xx. Gaudium hypocrite ad instar puncti. Si sit aliquis religiosus uel alius, qui fingit se esse bonũ,& non est,per modicum tempus poterit decipere gentes, cet hy-

et hypocrisis uel malicia sua cito discooperiet, sed si persona uadit bona intentione, semper crescit & multiplicat eius fama, ergo bonus hō de bona ueritate facit bona opa: a fortiori, de⁹ cū sit summū bonū, nō poterit facere nisi bona opera. Si ergo hō qui est bonus accidentaliter, facit bona opa, multo melius igitur ille qui est bonus essentialr, & immēse, & habet infinitā bonitatem, facit opa bona. Et ideo possumus dicere, Oīa bene fecit. Vnde sciatis ꝙ in illis sex dieb⁹ quibus creauit mundū, quolibet die fecit bonū. Primo die uidit deus ꝙ esset bonū, & sic de alijs diebus. Et cōcludit, Vidit deus cuncta que fecerat, & erant ualde bona. Et hic notant doctores magnū secretū super istā epilogationē. i. cōgregationē uerborū, Erant ualde bona. Et declarāt sic, Sicut in una cythara sunt plures chorde, & quelibet chorda ꝑ se separata facit bonū sonū, concordia autem sonitus sonantiū chordarū est ualde bona, sic & deus in cythara. i. in mundo isto mlta miracula fecit, & taliter ordinauit ꝙ non pōt esse melior ordinatio. Et tñ licet q̄libet res de se esset ualde bona. tñ consonantia oīm erat ualde bona, si sol nō haberet tantā claritatem, non cōsonaret cū alijs rebus. Ideo dicit Sap. xj. Oīa in mēsura, & numero, & pondere disposuisti. Sol enim factus est in mensura sibi debita, quāuis sit multū magnus. Dicunt enim philosophi ꝙ minima stellarum est maior tota terra. Ecce quō celū est magnū. Iam illud mensurauit deus sua sapia. Item terra magna est, sed & illā mēsurauit sua sapiētia. Idē de aqua, & alijs oībus. Itē disposuit de⁹ oīa in numero. Itē deus numerauit omnes stellas celi. Iā scit deus quot dies & quot noctes esse in mūdo debent. Itē iam scit deus & ab eterno sciuit quot grana arene debebāt esse in mari. Item quot frondes in arboribus, finaliter oīa numerauit. Item quot reges, & quot imperatores debeāt esse ī mundo, & quot debeant ire ad paradisum, & quot uiri & mulieres debeant esse in mūdo, & quot debeant ire ad padisum, & quot ad īfernū. Nūc uenit q̄stio. Vos dicitis ꝙ de⁹ nūerauit quot hoīes & mlieres irēt ad celū, & iā sunt noīa eorū in celo scripta, iuxta illud, Gaudete & exultate, quia noīa uſa scripta sunt ī celis. Lu. x. Nō oportet igit facere bonū, qa scīa dei nō pōt deficere. Pone adhuc hic materiā ꝑdestinatiōis, q̄ inuenies in sermone de ꝑdestinatiōe ad plenū. Tñ breuiter dicendū est, & sicut deus scit & ab eterno sciuit quot hoīes deberēt saluari, ita etiā scit & sciuit qb⁹ medijs, & ꝑ q̄ media. Non ergo debem⁹ omittere opa bona, sed diligēter ea implere, ut certā nſam faciam⁹ uocationē, & ut salutē cōsequi ualeam⁹. De hoc uide. b. Th. j. pte. q. xxiij. de ꝑdestinatione dei, & etiā primo script. de eadē materia. Scđo uideam⁹ de opibus gubernationis gñalis, quō deus gubernat oīa. Si unus senescall⁹ gubernat bene senescalliā suā cū discretione & iustitia, dicit hō, Iste senescallus est sapiēs, qm̄ patriā suā bene gubernat. Ita est de deo. Iam possumus faciliter uidere quō gubernat elementa, sicut unū tripudiū. Iam scitis ꝙ in choreis un⁹ tenet manū alteri⁹, & ille q̄ est primus tenet seu portat unā manum solutā, ita est de elemētis. Nā quodlibet elementū duas habet qualitates. Primo ignis est calidus & siccus. Itē aer est calidus & humidus, aqua frigida & humida. Item inquantū frigida se tenet cū terra &c. acsi nos uolum⁹ facere tripudiū rotūdū. Terra inq̄tū sicca tenebit se cū igne, inq̄tū ignis etiā est sicc⁹. Ecce ergo quō de⁹ gubernat oīa cū magna sapiētia. Item hodie uigebat bonum tempus, & cras nō. Item hodie mare erit impetuosum propter uenti fortunā, & forsitan cras erit suaue & tranquillū. Itē arbores in estate ꝑducunt flores & fruct⁹, ī hyeme uero nō, & sic de alijs, de⁹ gubernat oīa cū sua sapientia. Iō Dauid inquit in ꝑo, Quā magna sunt opa tua dñe, oīa in sapiētia fecisti. Posset aliqs facere unum argumentū. Frater, uos dicitis ꝙ de⁹ est gubernator generalis, qui omnia sua sapientia gubernat, uidetur ꝙ non, quia qui-

quilibet bonus gubernator euitat mala de patria sua, & tñ nos uidemus ꝙ deus permittit multa mala, ergo uidet̃ ꝙ non sit bonus gubernator. Rñdeo & dico, ꝙ de⁹ mala q̃ sustinet & permittit ĩ mũdo, nõ euitat, quia nõ cõgruit sue sapĩe illa uitare, al's destrueret res liberas. Nã ipse dedit liberũ arbitriũ creaturis hũanis, & nõ cõuenit sue sapĩe ꝓhibere liberũ arbitriũ, sed dat cõsilia bona. Et Dyonisius dicit, Nõ est diuine sapĩe creaturas destruere, sed cõseruare. Ecce auto. Deus ab initio cõstituit hominẽ, & reliquit eũ in manu cõsilij sui, glo. intel̃ .i. in potestate liberi arbitrij, & adiecit illi ꝓcepta & mãdata. sequit̃, Qđ placuerit ei, dabitur illi. Eccl̃. xv. Dr̃ia est inter ꝓcepta & mandata, qm̃ precepta sunt fortiora q̃ mãdata, qa mãdata sunt affirmatiua, uelut dicere, Sabbata sc̃tifices. Itẽ, honora patrẽ tuũ. Exo. xx. sed precepta sunt negatiua, sicut, Nõ adorabis deos alienos. Itẽ, Nõ assumes nomẽ dei tui ĩ uanũ. Itẽ nõ furtũ facies. Ista sunt ꝓcepta, & nullo mõ licet facere contra ea. Dicũt docto. ꝙ mãdata obligant semp, sed nõ in omni casu, seu nõ ad semp. sicut, Honora patrẽ tuũ, qm̃ si pater se facit infidelẽ, tunc filij nõ tenent̃ ipsum honorare, non ergo obligãt mãdata in oĩ casu. Sed cõtra precepta nullo mõ est faciendũ. Nota tñ ꝙ doctores distinguũt ꝓcepta, & dicunt ꝙ quedã sunt affirmatiua, quedã negatiua. Negatiua obligãt semp, & ad semper, uerum quia prima ꝓcepta hñt speciale nomen, quia dicunt̃ mãdata, & ideo potest hoc nomẽ preceptũ poni tm̃ ꝓ negatiuis, secundũ regulam topicã, & iõ dicit, Adiecit illi ꝓcepta & mãdata. Sequit̃ in autor. Apposuit tibi deus aquã & ignẽ, ad qđ uolueris porrige manũ tuã, aquã id est gratiã, ignẽ .i. pc̃tm̃. Ad quod uolueris porrige manũ tuã. sequit̃, Añ hominẽ uita & mors, qđ placuerit ei dabit̃ illi. No. qđ placuerit &c. Si quis uult saluationẽ, habebit: si dãnationẽ, idem. Tñ sunt plures mẽdaces circa hoc, qm̃ oẽs hoĩes uolũt, ut dicũt, ire ad paradisum, & tñ nullo mõ se preparant, quia cũ debent sequi iter paradisi. s. humilitatem, liberalitatẽ, castitatẽ, patiẽtiã, charitatẽ, abstinẽtiã, & diligẽtiã, ista eñ perducũt hoĩem ad salutẽ, tñ sequunt̃ iter qđ per ducit ad infernũ. s. supbiam, auariciã, luxuriã &c. Et si aliqs querit, uultis uos ire ad paradisum? diceret, tã bene q̃ uos, sed falsum dicũt, quia iter inferni tenẽt & nõ padisi. Itẽ si dicat̃ usurario, uel rapto ri, quo uultis uos ire? dicũt, ad paradisum, & falsum dicũt, qm̃ sequunt̃ iter inferni, scilicet usurã & rapinã, q̃ ducũt hominẽ ad infernũ. Itẽ tam oẽs xpiani ... li, quã Iudei, siue Saraceni, oẽs dicũt ꝙ uolunt ire ad paradisum, sed falsum dicunt, quia iter inferni sequunt̃, & sic de alijs. Ecce quare dicit scriptura, Ante hominẽ uita & mors, bonũ & malũ. Nã dñs uellet ꝙ oẽs saluarent̃, & ideo si ... sequamur iter paradisi, saluabimur, quia hoc iter bonũ & acceptũ est corã ... re nr̃o deo, qui uult oẽs hoĩes saluos fieri, & ad agnitionẽ ueritatis uenire. Unus est enim mediator dei & hoĩm homo ... Iesus, qui dedit redẽptionẽ semetipsum ꝓ oĩbus. j. Tim. ij. Nũc mouet̃ qõ. Quare si iam scit deus ꝙ eris dãnat⁹, quare ergo creauit te? Dico ꝙ creauit te ut ... esses, & eris, si teneas bonã uitã, & si con tinues bonã uitã usq; in finẽ, saluaberis. Vñ debetis scire, ꝙ seruat in nobis deus modũ quem seruat q in domo sua ha... aliquẽ malũ hoĩem & proditorẽ. Et supponamus ꝙ aliquis rex det alicui militi in domo sua existẽti, malo, & proditori uillas, & castra, qui miles quãto rex ... plura dat, tanto ipse miles perseuerat ... gis in ꝓditione, qđ facit ipe rex de ... nõne destruet eũ? Profecto ita de⁹ facit, quãuis simus mali, facit nobis multa bona, ut malicia nostra auferat̃. Fecit nos ad imaginem suam, & lauit nos in baptismo, ut essemus boni & mundi &c. ... liter si in malis perseuerauerimus, destruet nos. De ista tñ malicia uide ad lõgum in sermone de predestinatione, & hoc sufficit de sc̃da parte. Tertio uideamus opera redẽptionis hũane nature. Et hoc duobus modis declarabo. Pr̃ia pars erit

erit speculatiua, respiciendo diuinitatẽ eternalẽ. Secunda erit speculatiua simul & moralis. Quo ad partẽ primã dicunt philosophi & multi alij, quare Iesus, cũ posset facere remissionẽ gñalẽ, se incarnauit, & uoluit sustinere labores & passionẽ, & maxime cũ dicat philosophus, ꝙ frustra fit ꝑ plura qđ põt fieri ꝑ pauciora? Rñdeo, ꝙ istud argumentũ uenit per ignorantiã uel per inaduertentiam. Pro quo sciendũ est, ꝙ differẽtia est inter deũ & hominẽ. Virtutes quas nos habemus nõ sunt essentia nostra, similiter nec bonitas nec iustitia in iudice iusto, imo sunt accidentia, & sunt qualitates aduentitie, quia q mõ est iustus, forte erit postea iniust9, & iniustus cõuertitur qñq;, & fit iustus. Itẽ mĩa magna ṽt9 est, marie in diuitibus, q tã de bonis tꝑalib9 q̃ spũalibus dãt indigẽtibus. Magna eñ uirtus est, sed est qualitas aduentitia in hoĩbus, qa una ꝑsona misericors põt effici crudelis, tñ in deo totũ est cõtrariũ, iustitia enim in deo est essentia, sua diuinitas, mĩa dei est sua essentia, & non qualitas aduẽtitia. Vnde dico sicut deus nõ põt dimittere suã essẽtiã, ita nec põt dimittere suã mĩam nec iustitiã. Ita dicit apostol9, De9 fidelis ꝑmanet, & seipsum negare nõ põt. ij. Thim. ij. Iudex in mundo isto quãdoq; facit tantã iustitiã, ꝙ nihil erit de misericordia, sed ĩ deo simul est, & concurrit iustitia & misericordia. Pro quo Dauid in ꝑo.c. Misericordiã & iustitiã cantabo tibi domine. Auscultate & attendite, si deus dixisset hoĩbus, Remitto uobis oĩa peccata uestra, & simus amici, deinceps custodiatis uos, hoc esset maxima misericordia, tamẽ ubi esset iustitia? Et si dixisset, Peccastis cõtra me, ego uolo ꝙ oẽs sitis dãnati, magnus rigor iustitie hoc eẽt, tñ ubi esset mĩa? Vñ cõueniẽs fuit ꝙ ĩ redẽptione nr̃a seruaret mĩam & iustitiã. Rigor iustitie magn9 fuit dare sanguinẽ suũ ꝑciosum pro omnibus. Misericordia fuit, ꝙ ipse qui non tenebatur, nec erat obligatus, uoluit soluere precium pro omnibus, quare ratio, quam dicunt infideles, Frustra fit per plura &c. nullius est efficacie siue ualoris, sed prouenit ex magna ignorãtia, quoniã bene oĩa fecit, & possumus dicere uerbum thematis, Admirabãtur dicentes, Bene omnia fecit. Et hoc est quod dictum fuit ex parte dei, considerando suam diuinitatem. Tamen si consideremus ex parte nostra, dico ꝙ propter mala & peccata, in quibus nos eramus, ipse uoluit facere redemptionem. Primo propter peccatũ Ade & Eue ipsi fuerũt relegati de paradiso terrestri in mundũ istum, sed filius dei uoluit descẽdere, & incarnare se in uentre uirginis gloriose, ut per suum descensum nos ascenderemus. Et ecce quõ fuit conueniens opus istud ꝓ redẽptione nostra. Ita malum istius mundi incepit in muliere sponsata, & ideo uoluit deus ꝙ bonum ueniret per mulierem uirginẽ desponsatã, uirginẽ .s. Mariam. Item Adam & homines si remansissent in paradiso terrestri, nullũ malũ neq; dolorem habuissent. Sed post aliquod tꝑs fuissent suscepti & translati in celum. Vnde deus dixisset sancto Michaeli, Fac ascendere illos in celum, & propter hoc uoluit dei filius sustinere dolorem & pasiones in isto mundo, ut credentes & obedientes sibi nullũ dolorẽ sustinerent in paradiso. Itẽ per peccatũ uenit ignorantia in aĩa, qm̃ secũdũ qđ dicit philosophus, aĩa est tanq̃ tabula rasa, in qua &c. in qua in principio sue creationis nihil erat depictũ, ꝓpter hoc uoluit Christus predicare in mũdo isto, & dare legẽ euangelicã, ut nos habeamus scientiã. Item Adã quando peccauit, fuit ligatus per Luciferum, & seductus, & propter hoc dei filius uoluit ligare Luciferum. Itẽ quia propter peccatũ hoĩes flagellabanť in ĩterno, iõ uoluit dei fili9 flagellari, ut sibi credentes & obediẽtes a talib9 flagellis liberarenť. Itẽ qa per pc̃m̃ erat dãnatus ad corruptionẽ, propter cõtrarietatẽ quatuor elementorũ, uoluit fili9 dei iudicari corã quatuor iudicibus, ut sibi credentes & obedientes liberarenť a corruptiõe & mortalitate. Itẽ filius dei uoluit corona-

ri, ut sibi credẽtes & obedientes reciperẽt eternã glorie coronã. Itẽ per lignũ, hoc est fructũ ligni, homines fuerũt condẽnati ad patibulũ inferni, ideo xp̃s dei filius dixit patri, Pater uolo in patibulo crucis leuari, ut credẽtes & obediẽtes de furca inferni liberẽtur finaliter oẽs. Sic sua sapientia deus ordinauit oĩa, ꝙ nihil fuit superfluũ. Quare bene oĩa fecit. Iõ dicit .ij. Mach .j. Benefaciat uobis deus. Quare nos cogitantes ista magna opera possumus dicere thema, Admirabantur omnes &c.

Dñica.xij.post trinitatẽ. Sermo.ij.

Precepit eis ne cui dicerent. Mat.vij. Ser. erit de sancto euan. presentis dominice, quia cõtinet multa secreta sacre scripture speculatiua & moralia, & habebim⁹ multas bonas doctrinas speculatiuas & morales. Saluteẽ uirgo Maria. Sanctũ euange. hodiernũ declarat nobis tria opera uirtuosa & miraculosa de Christo.

Primum est humanalis incarnatio.
Secundum diuinalis miseratio.
Tertium uirtualis humiliatio.

Primũ allegorice seu figuraliter. Secundum rropologice seu moraliter. Tertiũ historice seu literaliter. De tertio & finali loquitur thema, Precepit eis ne cui dicerent. Et hoc fecit ex uirtuali humilitate. Dico primo ꝙ euangeliũ hodiernum ostendit nobis de xp̃o primum opus uirtuosum, quod est humanalis incarnatio in utero uirginis pro nostra saluatione. Hoc ostenditur in principio euangelij, quando dicitur, Exiens Iesus, de finibus Tyri, uenit per Sidonẽ ad mare Galilee, que est inter medios fines Decapoleos, & adducũt ei surdum & mutũ, & deprecabant eũ ut imponat illi manum. Dicet aliquis, Et quomodo ostẽditur hic humana incarnatio? Dico ꝙ bene, sed subtiliter. In incarnatione autem filij dei fuerũt sex mysteria .f. terminus a quo, uia p quã uenit, terminus ad quẽ, modus eius uiuendi, necessitas nostra, & finalis utilitas. Ista sex puncta siue mysteria subtiler ostendũtur in principio euãgelij. Primo terminus a quo oñditur cũ dicit, Exiens de finibus Tyri .i. plasmationis, secundũ interpretationem Hebraicã, uel creationis. Nota primũ elementũ, quasi fundamentũ creatiõis est terra. Dauid, Initio tu domine terrã fundasti. p̃s. cj. Secundũ ascendẽdo est aqua. Tertium aer. Quartũ ignis. Deĩde celũ, quod a philosophis dicitur quinta essentia. Et sunt decẽ celi. Primũ est Lune. Secundũ ascẽdendo est Mercurij. Tertiũ Veneris. Quartũ Solis. Quintũ Martis. Sextũ Iouis. Septimum Saturni. Octauũ celũ stellatũ .i. firmamẽtũ, in quo sunt site oẽs stelle cõmunes. Nonũ primũ mobile secundũ philosophos, quod theologis dicit celũ cristallinũ. De quo celo dicit, aque que super celos sunt. Decimũ celũ dicitur empyreũ, in quo sunt angeli & beati, ubi sunt nouẽ ordines angelorũ, archãgelorũ &c. Super omnes aũt est cathedra dei. De istis finibus exiuit xp̃s, ueniẽs ad humanã incarnationẽ in uterũ uirginis, non de celo Lune, nec Mercurij &c. de finibus Tyri .f. creatiõis, de finibus angelorum. De hoc prophetarũt Dauid, & Salamõ filius ei⁹, Dauid dicit, A summo celo egressio eius &c. p̃s. xviij. Dicatur contra Iudeos, qui hoc exponũt de sole &c. Itẽ Salomõ dixit, Procul & de ultimis finib⁹ preciũ .f. nostre redemptionis. Prouer. ulti. Secũdo uideamus uiã per quã uenit, quia dicit euangelium ꝙ uenit per Sidonẽ .i. [illegible] centẽ, uel secundũ interpretationẽ Hebraicã, taciturnitatẽ. Ecce uirgo Maria que fuit tacẽs. Bern. Virgo regia ip̃a est uia per quã saluator uenit ad nos. Taciturna fuit, quia licet libẽter audiret uerba bona & sancta, raro tñ loquebat. Ideo habebat paruũ os, ut patet in Veronica, q depixit btũs Lucas. Iõ Luce. ij. Maria aũt cõseruabat oĩa ỽba hec, cõferẽs in corde suo. Bonũ signũ est in muliere taciturnitas, & malũ signũ est loquacitas. Tertius terminus ad quẽ uenit, oñdit cũ dicit, ad mare Galilee .i. rota uolubilis, secundũ interp̃tationẽ Hebraicã. Ecce uia plena amara, q̃a secũdũ Boet. mũdus amar[illegible]

nibus

nib⁹ est respõsa, q̃ rotat & uoluit per quatuor anni tẽpora secũdum cursum solis. De qua potest intelligi illud Ezech. x. Ecce apparuit rota una. s. pn̄s uita. Xp̄s non uenit ad regnãdũ in hoc mũdo, imo dicit corã Pilato, Regnũ meũ non est de hoc mũdo. nec uenit ministrari, sed ministrare. Mat. xx. Ad illũ terminũ ad quẽ. s. pn̄tẽ uitã, uenit xp̄s ad sustinẽdũ amaritudines. Autoritas. Et sunt uerba Christi hoĩs ad deũ patrẽ, Dn̄e si sic uiuitur, scilicet in hoc mũdo secũdũ tuã ordinationẽ, & in talib⁹. s. Iudeis uitiosis uita spũs mei corripies me. s. in passione. Esa. liij. Propter scelus populi mei percussi eum &c. & uiuificabis me. s. in resurrectione gloriosa. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Nota, xp̄s sustinuit tres amaritudines in hac uita. Prima fuit amara. secũda fuit amarior. tertia fuit amarissima. Prima fuit abstinẽtiarꝫ, ieiuniorũ, uigilarũ, & laborꝫ, qa cũ nõ esset nisi .xxx. annorꝫ, estimabat̃ .l. annorꝫ. ut patet. Ioã. viij. Secũda fuit amarior. s. ꝑsecutio dura Iudeorũ, q oĩa dicta & facta xp̄i calumniabant̃, & in malũ interpretabant̃, & sua miracula demonibus attribuebant. Ista amaritudo tangebat cor eius ex eorũ dãnatione. Tertia fuit amarissima. s. eius captio, litigatio, flagellatio, mors, & passio &c. Quarto uidẽdũ est de suo mõ uiuẽdi, cũ dicit̃, Inter medios fines Decapoleos, a deca quod est decẽ, & polis ciuitas. s. prouincia decẽ ciuitatũ, & signat decẽ ꝓcepta decalogi, que sunt quasi decẽ ciuitates fideles, in pacis abũdãtia & securitate cõsistẽtes. Euge serue bone & fidelis, qa ĩ modico fuisti fidelis, eris potestatẽ hn̄s supra decẽ ciuitates. Luc. xix. Inter istos medi⁹ uixit xp̄s, qa in medio cõsistit ꝟtus. Nolite putare qm̄ ueni soluere legẽ aut prophetas, non ueni soluere, sed adimplere. Matt. v. Diceret aliqs, & est argumẽtũ Iudeorũ, Ex quo xp̄s seruauit legẽ, quare nos nõ seruamus? Sed istud argumentũ ꝓcedit ex ignorantia, imo dico ꝙ ex q̃ xps seruauit legem, nos nõ debem⁹ seruare. Quia sicut uoluit suspẽdi in ligno crucis ne aliquis sibi credẽs & obediẽs suspẽdatur in furca inferni. Ita uoluit seruare legẽ Moysi, & eam cõplere, & eidẽ finẽ dare, ne nos eã seruaremus. Iõ apl̄s, Finis eñ legis xp̄s est, ad iusticiã oĩ credenti. ad Ro. x. Quinto uidẽda est necessitas, q̃ erat ex ꝑte nr̄a, que ostẽditur cum dicit̃, Et adducunt ei surdũ & mutũ. Nã, scd'm Bedã, hõ audiẽdo ꝟba antiq serpẽtis surdus est, & cec⁹, & mutus ad laudãdũ deũ. Surditas autẽ priuat hoĩem a fide, q̃ nõ põt haberi nisi per auditũ. Fides est ex auditu. ad Ro. x. Et qa mutus nõ poterat creatorẽ suũ laudare, iõ de surdis & mutis dicit Dauid, Aures habent, & non audiẽt, neq; eñ est spũs. s. laudis ĩ ore ipsorꝫ. ps. cxxxiiij. Sexto finalis utilitas. cũ dicit̃, Et deꝑcabũtur eũ ut imponat illi manũ. s. operatio salutaris, quasi eñ quinq; digiti sunt, euangelica predicatio, ꝟtuosa cõuersatio, dolorosa passio, gl'iosa resurrectio, & miraculosa ascẽsio. Dauid, Fiat manus tua ut saluet me. ps. cxviij. Dico secũdo ꝙ euangeliũ hodiernũ ondit de xp̄o aliud opus ꝟtuosum, quod est diuinalis miseratio, qua motus fuit ad curãdũ surdũ & mutũ, cũ dicit, Et apprehendẽs eũ de turba seorsum. usq;, loquebat̃ recte. Septem cerimonias seruauit xp̄s curãdo illũ infirmũ, que sunt necessarie in curatione cuiuslibet infirmi ex pc̄õ mortali. Prima ibi, Et appheẽdẽs eũ, ecce cordis cõtritio, per quã hõ liberat̃ a diaboli captione, & apprehẽdit̃ a xp̄o, & ligat̃ cathena gratie. Ista captio est benedicta. Apl̄s, Sequor si quo mõ cõprehẽdã, in quo & cõprehensus sum a xp̄o Iesu. Ad Phil̃. iij. Secunda ibi, de turba seorsum. Ecce praue societatis dimissio, que inuenit̃ ĩ hoc, ꝙ xp̄s nõ uoluit curare inter gẽtes, sed extra. Que nocitura tenes, q̃uis sint chara relinq. Tertio misit digitos suos in auriculas eius. Ecce de obediendo ꝓceptis propositio. Ratio, quia sicut sunt digiti decem in manibus, sic sunt decem precepta ad meritorie operãdum, ad que omnia opa meritoria pn̄t reduci. Omnia que locutus est dn̄s faciemus, & erimus obedientes. Exo. xxiiij. Quarta ibi, expuẽs tetigit

linguam eius. Ecce oris cōfessio necessaria, quia sicut expuens purificat stomachū, ita cōfitēs purificat aīam ab omnib⁹ maculis culpe. Si cōfiteamur pctā nr̄a, fidelis est deus & iustus, ut remittat nobis pctā nr̄a, & emūdet nos ab oī iniqtate. j. Ioā. j. Sed quare xp̄s primo expuit, & tetigit linguā eius? Respōdeo, q̄ hoc fecit, ac si diceret xp̄s, Si ego fui cōfessus, & tu etiā debes cōfiteri. Nota hic q̄ xp̄s bis fuit cōfessus ī uita ista, non de pctis suis, quia nullū pctm̄ habuit unq̄, sed cōfitebatur populi pctā, ac si essent pctā sua propria. in p̄s. Saluum me fac deus. ubi Dauid loquebatur in p̄sona xp̄i dicēs, Deus tu scis insipiētiā meā, & delicta mea a te non sunt abscondita. Nota q̄ peccata ꝓpria populi dicit sua. A te non sunt abscōdita. Glosa dat hāc similitudinē. Si man⁹ uel pes fecerit alicui offensam, & caput siue os peteret ueniā, que nō fecerūt offensam. Sed hoc dicit propter cōiunctionē mēbrorū & capitis. Ita etiā & nos sumus membra, & xp̄s caput. ad Ro. xij. Mēbra fecerunt offensas & peccata, & xp̄s pctā mēbrorum dicit esse sua. Scd'o fuit cōfessus in morte in lecto crucis, qn̄ dixit, Hely hely. i. deus meus &c. sequitur, Lōge a salute mea uerba delictorū. qa ergo primo ipse fuit cōfessus, ideo & tu cōfitere peccata tua. Quinta ibi, suspiciēs in celum. Ecce attēta oratio, quā post cōfessionē homo debet recipere, iuxta illud, Fili peccasti, ne adijcias iterum, sed de pristinis deprecare ut tibi dimittātur. Eccli. xxj. Sexta ibi, ingemuit. Ecce penitētialis oneris susceptio. Sicut animal ex onere ingemiscit, ita corpus ex onere penitentie. Ideo dicit Dauid in persona penitentis, Afflictus sum, & humiliatus sum nimis, rugiebā a gemitu cordis mei. p̄s. xxxvij. Septima ibi, effata, quod est aperire. Ecce iniuriarum remissio, per cordis apertionem. Et debitorum restitutio, per sinistre apertionem. Eleemosynarū quoq; largitio per dextre apertionem. Etiam os est aperiendum ad eucharistie communionem, & sic curatur homo a spirituali infirmitate, & ideo sequitur, Et statim aperte sunt aures eius, & soluta est uinculū lingue eius, & loquebatur recte. Dico tertio q̄ ostendit sanctum euāgelium de Christo uirtualem humiliationem, cum dicit, precepit eis ne cui dicerent. usq; , & mutos loqui. Questio est hic, quia dicit textus, Precipit eis ne cui dicerent, & post dicit, Quanto autē magis eis precipiebat, tanto magis plus p̄dicabāt. Est questio, utrū illi peccabāt an nō. Et uidet q̄ peccabāt, qa faciebat cōtra mādata xp̄i. Huic questiōi respondet sanctus Tho. q̄ non peccabāt, quia non faciebāt cōtra mādatū xp̄i, qn̄ eīn xp̄s precepit eis ne cui dicerēt, hoc dicit tali gestu & modo, quod innuebat q̄ nolebat uanā gl'iam, & ex alia parte inflāmabat corda illorum ut miracula predicarent ad dei laudem & honorē. In hoc ostēditur perfecta humilitas, q̄ habet duo, primo fugere uanā gloriam, & honorē dei q̄rere de bonis operibus. Mat. vj. Attendite ne iusticiam uestrā faciatis coram hominib⁹, ut uideamini ab eis, alioquin mercedē nō habebitis apud patrē uestrū qui in celis est. Nota q̄ uana gloria, siue gloria mūdi potest esse in bonis operibus tripliciter. Primo uelut dn̄a. Secūdo uelut socia. Tertio uelut ancilla. Primo modo est peccatū mortale. Secundo modo est ueniale. Tertio est meritū. Primo modo uelut domina est uana gloria, qn̄ quicquid persona facit, hoc facit ꝓpter uanam gloriā mundi, ut uideatur, laudetur, reputetur &c. tunc opera illa sunt pulchra, ut poma, sed int⁹ est uermis inanis glorie, & tunc est peccatum mortale. Propter hoc dicit, Attendite &c. Secūdo est uelut socia, quando homo incipit opus bonum sctā & bona intentione, ut sermonem uel aliud, sed post uenit uana gloria cogitando, O modo dicetur q̄ tu es bonus uel aptus &c. tunc est ut socia, quia associata est operi bono, tunc non est peccatum mortale, sed ueniale. Nota de beato Bernardo, qui in tempore suo erat de maioribus mundi predicatoribus, & cum semel predicaret sancta & bona intentione pro honore dei & salutione

uatione animarũ, & declarando illa magna secreta scripture, conuerteret multos, uenit ad eũ uana gloria. Cogitauit dimittere sermonẽ, sed nõ fecit, sed respõdit uane glorie dicens, Nec pro te in cepi, nec ꝓ te desistã. Tertio uelut ancilla, & tunc nõ solum non est peccatũ mortale, nec ueniale, sed meritoriũ, quia est perfectionis apostolice, quãdo prelatus, episcopus, uel predicator appetit bonã famam, ut sua predicatio faciat fructum, quia si reputatur ribaldus, eius doctrina nullũ fructũ faciet. Sed sicut miles q habet militare, querit bona arma & instrumenta. Ita instrumẽta predicatiõis sunt bona fama, sancta uita, bona consciẽtia. Ideo Greg. Sancti predicatores laudari appetunt, ut reuerẽtius audiantur. Reuerenter desiderãt, ut maiorẽ fructũ faciant. Talis uana gloria est ancilla, qa cuius uita despicitur, restat ut eius predicatio contẽnatur. Ideo xp̃s Mat. v. Sic luceat lux uestra corã hominib⁹, ut uideãt opera uestra bona, & glorificẽt patrẽ uestrũ qui in celis est. Sed sicut cãdela extinguitur modico uento, ita persõne parue spiritualitatis modico uento inanis glorie. Sed sicut magnus ignis nõ extinguitur uento, imo magis accẽdit, ita persona multum spiritualis. Iõ dicit xp̃s, Sic luceat lux uestra &c. Secũdũ quod habet uera humilitas & perfecta, est ꝙ bona opera fiant in laudẽ dei. Ideo xp̃s instigabat illos inuisibiliter, ut publicarent miraculum in laudem dei & honorẽ. Deo gratias.

Dñica. xij. post festũ trinita. Sermo. j.

HOc fac & uiues. Habet uerbum istud originaliter Luc. x. & recitatum est statim ĩ euãgelio hodierno. Sermo noster erit de sancto euangelio hodierno. Si placet deo habebimus multas bonas doctrinas pro nostra instructione, defectuũ correctione, & animarum cõsolatione. Salutetur uirgo Maria &c. In sancto euangelio hodierno Christus ostendit nobis tria multum necessaria ad saluationem nostram, scilicet,

Primum est cognitio de ueritate diuinali.

Secundum dilectio de charitate integrali.

Tertium operatio de pietate fraternali.

Sine his trib⁹ nullus potest saluari, & de quolibet istorũ dicit the. Hoc fac & uiues eternaliter in paradiso. Dico primo ꝙ xp̃s ostẽdit ꝙ habeamus in hac uita cognitionẽ de ueritate diuinali, ut cognoscamus deum sine errore & falsa opinione, quia alias homo qñ uadit in aliũ mũdũ, non cognoscit a deo. Amen dico uobis nescio uos, scilicet noticia approbatiõis. Matt. xxv. Et dicẽt, O domine ego sum religios⁹, ego cleric⁹, uel laic⁹ de tali ciuitate. Amẽ dico uobis qa nescio uos &c. Et concordat ap̃ls di. Omnis q ignorat ignorabitur. j. ad Cor. xiiij. Quia ergo ista cognitio de ueritate est ita necessaria nobis ad sciendum in hoc mundo, ideo xp̃s eam nobis ostẽdit in principio euangelij di. Beati oculi qui uidẽt q̃ uos uidetis. Mattheus addit, & btẽ aures q̃ audiũt que uos auditis. Mat. xiij. Dico uobis ꝙ multi prophete & reges. Mattheus addit, & iusti uoluerunt uidere q̃ uos uidetis, & audire que uos auditis, & nõ audierũt, imo cũ illo desiderio decesserũt. Nõ credatis, ꝙ loqueretur solũ de uisione corpali, qa Iudei ẽt uidebãt presentiã xp̃i corporalẽ, tñ nõ erãt probati seu btĩ. Sed ap̃li & discip̃li xp̃i erãt beati, qui extra uidebãt p̃ñtiã xp̃i corporalẽ, & intus oc̃lis anime uidebãt xp̃i diuinitatem, & ista uisio faciebat eos btõs. Idẽ de auditu, qa etiã Iudei audiebãt ỽba eius corpaliter, sed non obediẽtial̃r ut ap̃li &c. Dico eñ uobis ꝙ multi prophete, ut Moyses, Esaias, Hieremias, & multi reges, ut Dauid &c. Quia ex quo deus pr̃ ꝓmisit filiũ suũ incarnãdũ, & btĩ patres ita ardẽter desiderabãt eum uidere & audire, ꝙ moriebant desiderio, dicentes, O quale tp̃s erit illud, qñ de⁹ incarnat⁹ ibit p terrã, & p̃dicabit illa secreta celestia. Dicebat Thobias de se, Beatus ero si fuerint reli-

reliquie seminis mei ad uidendũ claritatẽ Hierl̃m. Tho.xiij. Alij, scd'm q̧ tangit Amb. dicebãt, qñ ueniet? qñ nascetur? qñ apparebit? putasne uidebo? putasne durabo? putasne hic me ĩueniet illa natiuitas? O si oculi mei uidebũt qđ credo in scripturis dei. Sed apl̃i uidebãt eũ, stabãt cũ eo, comedebãt & bibebãt cũ eo, & ambulabãt cũ eo. Ideo dicebat eis, Btĩ oculi q̃ uidẽt que uos uidetis &c. qui uidebãt eũ nõ solũ oculis corporis, sed etiã aĩe, scilicet credendo, etiã obediẽdo, & audiebãt eũ nõ solũ aurib⁹ corporalibus, sed etiã aĩe. Si bñ attendistis, xp̃s ponit duos modos cognitionis de ueritate diuinali. Primo. s. uidẽdo. Secundo. s. audiẽdo, q̃a aliter nõ põt haberi. Ideo ad cognoscendũ deũ summe sunt necessarij uisus, & auditus. Ex uisu eñi sine audientia naturali ratione possumus scire illa que pertinẽt ad unitatẽ dei. Hoc etiã philosophi ostẽderũt, clare dicẽtes q̧ est unus deus, un⁹ princeps, una prima causa, & un⁹ prim⁹ motor. Hoc etiã q̃libet intellectu uigens põt uidere, & scire, q̃a sicut ille q̃ intrat palatiũ optime ordinatũ & gubernatũ, q̃tũcũq; sit rudis, statim cognoscit sine hoc q̧ dicatur sibi, q̧ magnus dñs & potens est q̃ illud palatium fecit, ordinauit, gubernat, & regit. Ita de palatio hui⁹ mũdi, & eius ordinatione, & gubernatione potes cogitare & uidere, q̧ magnus dñs & potẽs est q̃ ipsum fecit, q̃a nihil fit a seipso, & ille est deus. Isto mõ antiq; q̃ nondũ habebãt libros, magistros, nec p̃dicatores, cognoscebãt deũ uidẽdo mundũ &c. Istã deductionẽ facit apl̃s dicẽs, Inuisibilia dei a creatura mũdi per ea q̃ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoq; ei⁹ ṽtus & diuinitas, ita ut sint ĩexcusabiles. ad Ro. j. Inuisibilia dei sunt attributa diuina. s. eternitas, omnipotentia, sapientia, excellentia, & hmõi, que p̃tinent ad unitatem essentie. Itẽ ex uisu scitur & cognoscitur q̧ quilibet dñs sapiens & potens, bonus & iustus, dat retributionem suis seruitorib⁹, bonos remunerando, & malos puniendo. Hoc igitur intellectu naturali possumus cognoscere, q̧ persona que uiuit & seruat dei precepta, a deo habebit remuneratiõẽ, que autem male uiuit, a deo habebit punitionẽ. Isti duo articuli. s. q̧ deus est oim creator, scd'o q̧ est bonorũ & malorũ retributor, fuerũt semp necessarij ad credendũ expresse, ut dicũt sc̃ti doctores, quia ad oculũ possunt uidere rationabiles. Autoritas. Sine fide impossibile est quẽq; placere deo. Credere eñ oportet accedentẽ ad deũ, q̃a est, & q̧ inquirẽtib⁹ se remunerator sit. ad Heb. xj. Scd'o ex auditu cognoscũtur secreta mysteria fidei catholice, quia ad ea nõ sufficit uisus corporalis, nec intellectualis. Iõ philosophi nescierũt ea, quia nec oculis, nec argumẽtis, nec rõnib⁹ possunt cognosci nec cõprehendi. Modo ex quo xp̃s nobis ea reuelauit, facimus rõnes & argumẽta de trinitate, de incarnatione, de morte & passione, de sacramento altaris. Sed nisi deus reuelasset, modicum ualerent argumẽta, & rationes, quia hec mysteria non ex uisu nec argumentis habẽtur, sed ex sola audiẽtia. Verbi gratia. Quilibet xp̃ianus tenet istam ueritatem in corde suo, q̧ xp̃s deus est, tres persone, pater, & filius, & spiritussanctus. Ista ueritas non p̃ oculos, nec per odoratũ, nec per nares, nec per tactum intrauit, sed per aures, q̃a audiuistis predicari illud. Tres sunt qui testimonium dant in celo, pater, uerbũ, & spiritussanctus, & hi tres unum sunt. j. Ioan. v. Dic similitudinẽ de uno sole. Item idem dicendum est de incarnatione filij dei, quam quilibet Christian⁹ credit firmit. Et q̧ in illa humanitate passus est, mortuus, & sepultus, & resurrexit tertia die, & ascendit in celum, fidem tenemus. Nam iste ueritates per audientiam illius uerbi, Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se equalem deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens &c. humiliauit semetipsum, factus patri obediens usq; ad mortẽ, mortẽ autem crucis, propter qđ deus exaltauit illũ, & dedit illi nomẽ qđ est sup omne nomẽ, ut ĩ nomine Iesu oẽ genu flectatur &c. ad Phil. ij. intrauerunt

in cor.

incor. Item de altaris sacramento nõ suf ficit uisus, qa nõ uidet a nobis ibi, nec suf ficit gustus siue tactus, sed p auditũ illius uerbi xpi, Caro mea uere est cibus, & san guis me⁹ uere est pot⁹. Io. vj. Illa ueritas intrauit in cor nostrũ. Caro illa Christi nõ est mortua, sed uiua. Ergo ibi est san guis, & aĩa, & diuinitas. Idẽ etiã põt dici de alijs articulis, & secretis fidei. Iõ apo stol⁹, Fides est ex auditu, audit⁹ aũt p uer bum xpi. ad Ro. x. Moralr habemus hic doctrinã, si ad nr̃am saluationẽ tã neces saria est cognitio dei per uisum, & audi tũ, qđ pc̃m est illorum qui nõ solũ audi unt uerbũ dei, imo nõ pmittunt ꝙ aliqui alij audiant. Nota contra illos, qui uadũt tumultuose in circuitu ecclesie, respiciẽ do mulieres, & turbãdo sermonẽ. O da mnati filij peccati, & dãnati patres q con gregauerunt pro talibus. Auisentur pa tres, ne dãnentur p filijs. Notate quõ fe cit dñs Carthusie, qui solũ dimisit centũ florenos filijs, qñ renũciauit seculo &c. Dicatur quõ q̃ male fiũt in ecclesia sunt maxima peccata, quia quod alibi posset fieri ꝟtuose, ut usus matrimonij, ibi esset maximum pc̃m, q̃to magis illa que de se sunt peccata in omni loco, ut qui uiderit mulierem ad cõcupiscendũ &c. in eccl̃ia est maius peccatum, imo sacrilegium. Iõ dicit scriptura, In terra sanctorũ. i. eccle sia, ad sancta opera dedicata, iniqua ges sit, & non uidebit gloriam domini. Esa. xxvj. Ideo precepit de⁹ antiquitus, dicẽs, Sabbata mea custodite, & sanctuarium meum metuite. Leuit. xix. Propt hoc in introitu ecclesie ponit aqua benedicta, ne a pc̃is cõphendatur hõ, & illi intrant ad respiciendũ mulieres, ad ridẽdum, & eas perturbandũ. Nõ sic Dauid, qñ intra bat tẽplũ dñi, dicebat, Ego autẽ in multi tudine mĩe tue introibo in domũ tuam, adorabo ad tẽplũ sanctum tuũ in timore tuo. ps. v. Dico secundo ꝙ in sancto euã gelio hodierno de ista dñica ostenditur dilectio de charitate integrali. Nõ suffi cit cognitio de ueritate diuinali, que in intellectu consistit, sed adhuc necessaria est dilectio de charitate integrali, que consistit in uoluntate. s. diligere deũ sup omnia, & proximum sicut seipsum. Ista est dilectio charitatis integre. Hoc au tẽ ostẽditur cũ dicit, Ecce qdã legisperi t⁹ surrexit. usq;, Hoc fac & uiues. qđ est thema. Cum aũt xps diceret apostolis & discipulis, Btĩ oculi &c. qdam doctor uo lẽs tẽtare Iesum, ut haberet uanã gloriã, cogitãs confũdere xp̃m, credẽs ꝙ fuisset faber lignari⁹, & nunq̃ didicisset, propo suit sibi subtilẽ questionẽ, di. Quid faciẽ do uitã eternã posside bo, quasi uellet di cere, Vos dicitis ꝙ uisus & auditus sunt necessarij ad saluationẽ, & nũquid requi ritur aliud? Rñdit Iesus, In lege quid scri ptũ est, quomõ legis? Et ille, Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota aĩa tua, & ex oĩb⁹ uiribus tuis, & ex omni mẽ te tua. Dixitq; illi Iesus, Recte rñdisti, hoc fac, & uiues. Quatuor modos ponit in dilectione dei. s. diligere dñm deũ ex toto corde, itẽ ex tota aĩa, item ex oĩbus uiribus, itẽ ex tota mente, quod idem est qđ summe, & sup omnia diligere debes deũ, ac si diceret, tu potes diligere patrẽ, & matrem, sororẽ, & fratrem, sed magis deum. Tu potes diligere uxorem & fi lios, sed plus deum. Iõ xps, Qui amat pa trẽ & matrẽ plusq̃ me, nõ est me dignus. Et qui amat filiũ aut filiã super me, nõ est me dignus. Matthei. x. Amor dei debet esse sicut oleum super aquam in lampa de cordis. Amor creaturaꝝ debet esse ut aqua frigida sub oleo amoris dei. Modo si aliquis interrogaretur, an diligat deũ super omnia. Rñderet ꝙ sic. Sed ad pro bam, utrum dicitis uerũ an falsum? Quia dicit Grego. ꝙ signum dilectionis exhi bitio est operis. Verbi gratia. Si uos uel filius habetis aliquam infirmitatem, & uelletis curari, & dicitur uobis, uadatis ad talem bonũ hominẽ, qui est ad minus sortilegus uel coniurator. Et deus prece pit uobis, ꝙ pro nulla re mundi acceda tis ad illum, quid facietis? Si uaditis ad eum, patet ꝙ plus diligitis filium q̃ deũ. Item si perdidistis aliquid, sic probatur dilectio dei. Si uos responderetis, Ego diligo filiũ meum, sed magis diligo deũ, quia p

quia ꝓ filio meo nõ facerẽ cõtra ꝓceptũ eius. Itẽ de re perdita. Idẽ de compatre seu amico capto, caueatis ꝙ ꝓ nullo iuretis falsum, nec etiã ꝓ patre, imo nec ꝓ persona propria. Itẽ deus ꝓcepit ꝙ festa colantur & sanctificentur, dicens, Memẽto ut diẽ sabbati.i.quietis sctifices. Exo. xx. Ecclesia declarat, ꝙ festum sanctificare est in quolibet festo audire missam, sermonem, & officia diuina. Nota cõtra uiduas, que post mortẽ uiri sunt ĩ domo per annũ, ꝙ nõ uadũt ad ecclesiã. Vidua bene debet abstinere, ne uadat ad epulas, nec ad nuptias, sed ire ad ecclesiã debet, alias uidetur quasi uindicta.q.d.quia uos deus interemistis uirũ meũ, non intrabo domum uestrã. Dicatur etiã cõtra illam cõsuetudinẽ, de puellis nõ eũtibus ad ecclesiã, & uultis ꝙ sint Iudee? qa nisi amor & deuotio refrenet mulierem, aĩs. &c. Quid eñ ipse faciũt in domo modo cũ sclauis & ancillis? mõ aũt hñt oportunitatẽ &c. Iõ sunt multe in mundo, q̃ anteq̃ ueniant ad nuptias pepererũt bis uel ter &c. Recordemini de uerbo apostoli dicentis, Patres nolite ad iracũdiã.s. dei prouocare filios uestros, sed educate illos in disciplina & correctione dñi. ad Ephe.vj. Disciplina signat missam, que repñtat xpi passionẽ, in qua xps fuit disciplinatus. Correctio signat predicationẽ, ꝑ quã peccata corrigũtur. De dilectione aũt proximi dicit Ioã. Charissimi, nõ diligamus uerbo neq; lingua.s.tm̃, sed opere & ueritate.j.Io.iij. Quia sicut quilibet uult bonũ ꝓ se, & uitat malũ, ita etiã &c. Nota aliquid contra deceptiones, q̃ fiũt cõcludendo ꝑ illud apl̃i, Dũ tp̃s habem⁹, operemur bonũ ad oẽs, maxime autem ad domesticos fidei. ad Gala.vj. Dico tertio ꝙ ostẽditur in sancto euãgelio operatio de pietate fraternali. Vnde sciẽdum, ꝙ postq̃ Christus dixit illi doctori, Recte rñdisti. Ille superbiuit, quia talis est cõditio uane gloriãtiũ quãdo laudãtur, & uolens se ostẽdere uoluit replicare, & dixit xpo, Quis est meus ꝓximus? Notate hic quomõ erat opinio Iudeorũ, & etiã forte nunc sunt illius opinionis, quia ꝓximus Iudei est solũ Iudeus, & nõ alij. Sed xp̃s ꝓbauit sibi oppositũ, & fecit sibi concedere ore proprio, ꝙ infidelis, & nõ I. deus erat proximus Iudei, & non solum Iude⁹. Qñ ille doctor dixit, Quis est me⁹ proximus? suspiciens Iesus in celũ dixit, Quidã homo descẽdebat &c. Nota parabolã. Desertum est illud in quo xps fecit quadragesimã, qd' Hebraice dicitur Ab-dõ, quasi sanguinolẽtũ, quia in eo latrones multos hoĩes occidebãt. Quis horũ triũ uidetur proximus fuisse illi? Rñdit doctor ille, Qui fecit misericordiã in illũ. Ecce quõ uicit eũ ex ore proprio. Nota ꝙ illi sunt ꝓximi, ad quos põt extẽdi beneficiũ mĩe & pietatis. Beati sunt proximi nostri, qa beneficiũ nostrum extẽditur ad eos, qa quãdo facim⁹ ꝑniam, ipsi gaudẽt ultra gaudiũ essentiale. Gaudiũ est angelis dei in celo super uno pctõre penitẽtiã agẽte. Luc.xv. Et beneficiũ eorũ extenditur ad nos, ipsi orant ꝓ nobis. Illi etiam de purgatorio sunt ꝓximi nostri, quia beneficium nr̃m qd' facim⁹ pro eis extenditur ad eos, sed nõ extenditur ad illos de ĩferno. Istã regulã dedit xps. Sic omnis ad quẽ põt extendi bñficium mĩe & pietatis, actiue uel passiue dicitur nr̃ proximus. Ecce qualiter xp̃s dicit eũ. Hic dico ego ꝙ ostenditur operatio de pietate fraternali. Quãdo xp̃s uoluit respõdere doctori querẽti, Quis est meus ꝓxim⁹? Xp̃s suspexit in celũ, ad denotandum secreta, q̃ tangũt ĩ rñsione xpi, quia dixit, Hõ qdã descendebat ab Hierlm in Hierico &c. Iste hõ est ille q de hac uita scilicet corporali ad mortem trãsit, & incidit inter latrones. Quia in morte cuiuslibet hominis ueniunt latrones.i.demones inferni. Virgo autẽ Maria obtinuit pro gratia singulari, ne uenirent in morte sua. Quod autem ueniant demones in morte, autoritas. Sunt spiritus q ad uindictam creati sunt, & in furore suo confirmauerunt tormenta sua. Et in tempore cõsummationis effundent uirtutem. Eccl'i.xxxix. Itẽ alia autoritas Dauid, Inhabitabunt.s.demones in camera abscõditi, quia inuisibiles sunt existentibus in

came-

camera,ipsi calcaneum meum.i.finē obseruabunt.Et spoliauerūt eū,qa per mortē dimittuntur omnia bona tēporalia.Semiuiuo relicto,quia in morte perdit homo uitā corporalem, & solū restat uita aīe in purgatorio torquēde. Quid ergo est a nobis faciendū? ꝑfecto deberemus cauere ne simus crudeles. ut sacerdos & leuita Iudei, sed simus ut Samaritanus misericordes,qui in illū fecit opera pietatis. Primo cū uino lauit eius uulnera. Ecce oratio,quā nos misericorditer debemus facere pro animabus purgatorij, oratio enī ut uinū calefacit ī dei amore, & facit plorare oculos. Secundo Samaritanꝰ infudit oleum. Ecce eleemosyne,q̄ sunt opꝰ mīe,per oleum significate. Tertio posuit eum super iumentum. Ecce afflictio corporalis. Iumentum est corpus. Ideo quando uos ieiunatis, uel portatis cilicium, uel peregrinationē facitis, aīa patris uel matris portatur in iumēto corporis uestri. Quarto dedit duos denarios.s.auri,stabulario. Ecce sacrificiū misse, in qua sunt multe dualitates. Prima dualitas est panis & uini. Secunda dei & hominis in Christo. Tertia quia missa est sacrificium & sacramentum. Quarta quia missa est oblatio & oratio. Quinta quia missa offert ꝑ uiuis & defūctis. Sed aui sec hic de missis sctī Amatoris. Deo gr̃as.

De eadem dn̄ica.xiij. Sermo.ij.

EGo cum rediero reddā tibi.Lu.x. Ab isto themate ego recipio motiuum p̄dicandi de retributione q̄ deus facit bonis personis & bonis q̄ fecerūt, & malis ex malis opibꝰ. Materia erit bona & utilis, qa quādo homo scit retributionem,citius inclinaẗ ad faciendū bona, & quādo scit punitionem,refrenatur a malis. Salutetur uirgo Maria. Hoc uerbū est dn̄i nostri Iesu xp̄i, cuilibet persone humane dicentis, Ego cū rediero reddam tibi. Pro declaratione huius uerbi & materie predicande introductione sciendū,ꝙ in sacra scriptura tā in ueteri testamento q̄ in nouo leguntur duo aduentus xp̄i gn̄ales ad istū mūdū. Primus est de mīa copiosa. Secundus est de iustitia rigorosa. Primus fuit quando uenit in hunc mundū natus de Maria uirgine, uerus deus & uerꝰ hō, & on̄dit se gentibus cum magna humilitate, & uenit ad dandū redemptionem, & gr̄am ad uitādū pc̄tā, & operandū meritorie, quia licet āteq̄ xp̄s ueniret, alique ꝑsone, sed pauce uitassent peccata, & fecissent bona opera, ut Iudei in terra promissionis, qa tunc solum ibi cognoscebatur deus. Dauid, Notꝰ in Iudea deus, in Israel magnū nomen eius.p̄s.lxxv. Ideo uenit ad dādū redemptionem gn̄alem omnibus, quia non solū illi qui ignorabant deum ibant ad infernū, sed etiam boni. Ideo ad oēs liberandū, & prouidendū ꝑ sancta sacramenta, ne damnarentur, uenit xp̄s. Nā cum essemus paruuli, sub elementis mūdi eramus seruientes. At ubi uenit plenitudo tēporis, misit deus filium suum natum ex muliere, factū sub lege, ut eos q sub lege erant redimeret. ad Gal.iiij. Iō dicit ipsemet, Ego ueni ut uitam habeāt, & abundantiꝰ habeant. Ioan.x. Nota abūdantius.s.q̃ in ueteri testamento. Secundus aduentus erit de iustitia rigorosa, & iste erit in fine mūdi, qn̄ scd̄m rigorem iustitie dabit unicuiq; quod meretur, qa bonis dabit gloriam eternam, & malis penam eternam. Et de hoc aduētu dicit ipse in themate, Ego cum rediero reddā tibi.q.d. Iam non dabo tibi retributionem secundum bona que facis, nec punitionem de malis, sed cum rediero in secundo aduentu reddam tibi. Amore uestri quesiui quot retributiones facit deus de bonis & de malis que facimus. Et inueni ꝙ tres.

Prima datur in hac uita temporali.
Secunda in morte corporali.
Tertia in iudicio generali.

Et de tertia loquitur thema prīcipaliter. Dico primo ꝙ deus in hac uita iam dat retributionem de bonis & malis que facimus. Quia illis qui tenent bonam uitam deus dat retributionem, quia experimentaliter uidetur quod bona uita & sancta secum portat delectationes., & dulce-

dulcedines cordis, quietē, & leticiā mētis. Ecce quaſr de⁹ dat bonis iā in hac uita retributionē aliquā, ſed nō plenam & pfectā, qa illam dabit in gl̃ia. Per oppoſitum, mala uita iam ſecum portat in hac uita punitionē aliqualē, qa licet mali & pctōres ad extra rideāt, & letentur, & tripudiēt, tñ ad intra amari ſunt & triſtes in aīa, qa uermis cōſciētie ſemp remurmurat & remordet. Sicut enim ſanitas corporis ſecū portat leticiam, & cōſolationem, ita ſanitas aīe. Qñ aūt quatuor q̃litates corpis. ſ. caliditas, & frigiditas, humiditas & ſiccitas, ſunt in debita cōuenientia & pportiōe, homo eſt ſanus & letus. Per oppoſitum qñ in qualitatibus & cōplexionibus eſt inordinatio, tunc ſequunſ īfirmitates, dolores, febres, & hō eſt triſtis, nec delectaſ in aliquo ppſ corporis infirmitatem. Ita de aīa eſt, in qua ſunt q̃tuor qualitates, & cōplexiōes, ſcilicet quatuor uirtutes morales. ſ. prudētia, que ordinat animam ne diaboli tētationibus, corporis inclinationib⁹, mūdi occaſiōib⁹ cōſentiat, & aīa peccet cōtra deum. Alia uirt⁹ eſt iuſtitia, que ordinat circa pximum ne ipm quouis modo ledat, ſed reddere facit unicuiq; qđ ſuum eſt. Iſta eſt iuſtitia. Bern. Iuſtitia eſt uirt⁹, cuiq; quod ſuū eſt tribuēs. Itē tertia eſt tēperātia, que ordinat in diuitijs, honorib⁹, & pſperitatib⁹, ne homo faciat exceſſum. Itē quarta uirtus eſt fortitudo, hominem pficiens ne in aduerſitatibus deſiſtat a bonis opibus. Qñ iſte qualitates ſiue ꝟtutes ſunt bene ordinate & pportionate, aīa eſt ſana & leta. Itē conſequenter, qñ intellectus eſt clarus p fidē, & uoluntas ardens p deuotionē, memoria recordatur de bñficijs acceptis, & ſenſualitas eſt ſubiecta rationi recte & uolūtati, tūc aīa eſt ſana & leta. Nihil dulcius q̃ reſpicere in mandatis dei. ſ. ea ſeruando. Eccłi. xxiij. Per oppoſitum infirmitas anime importat triſtitiā, qñ predicte uirtutes & complexiones anime ſunt inordinate, tunc enim non cuſtodit ſe a diaboli tentationibus, immo conſentit ſibi, nec a carnis inclinationib⁹, immo ſequiſ eas, nec a mundi occaſionib⁹, immo placent. Qñ intellectus nō eſt clar⁹ in fide, ſed dubitat in fide. Voluntas eſt īordinata p malas uolūtates, odia, & rancores. Memoria non recordatur de diuinis beneficijs, ſed de iniurijs. Sēſualitas eſt negligens in executione bonorum operū. licet uos rideatis extra, anima triſtatur & dolet intra, & plorat. Aug. Iuſsiſti dñe, & ita eſt, ut omnis animus inordinat⁹ pena ſit ſibi. Sed illi qui tenent bonā uitā & ſanctam, & ſunt ordinati in anima, tantam habent letitiā & cordis dulcedinē ꝙ non poſſet lingua explicari. Patet ergo ꝙ bona uita & mala iam in hoc mundo ſecum portant aliquā retributionē. Si uultis hoc clari⁹ uidere, declaret p ſingula pctā mortalia, & p uirtutes oppoſitas. Verbi gr̃a. Nā pctm̃ ſupbie dat amaritudinē, & hūilitas dulcedinē. Igiſ ſecum portāt retributionē. Quid eſt ſupbia, niſi deſideriū & cupiditas honoris? Videt ſupbo ꝙ oēs deſpiciāt eū. Primo uxor, ſecundo filij, & alij, qa nō uideſ ſibi ꝙ faciant ei tantam reuerētiā quantā debēt. Ecce dolor. Idē qñ intrat, uel qñ per plateam trāſit, ſi non oēs ſurgunt. Ecce dolor, uidetur ſibi ꝙ deſpiciant eū. Sed humiles, licet fiant eis honores magni, nō curant, neq; inflātur, immo dicit hūilis, Non nobis dñe, non nobis, ſed nomini tuo da gl̃iam, uiuit qete. Patet ergo quod dixi. Itē dicit ſupbus, talis iā eſt uicarius uel baliuus iuratus &c. & ego nō. Humilis aūt regratiaſ deo ꝙ nō habet illud onus regiminis. Iō dicit ſuperbis xp̃s, Diſcite a me, qa mitis ſum, & humilis corde. Mat. xj. Item auar⁹ de omnib⁹ habet dolorē, qñ eñ auarus eſt ī mēſa, & uidet uxorē, & filios, & familiā, bene comedentes, dicit, O miſer, ego ſum iam deſtructus. Idem de uino. Et intm̃ dolet, ꝙ non habet delectationē cibi nec pot⁹. Itē qñ uidet ſaccū farino diminutū, dicit, O miſer pdit⁹ ſū ego. Qñ dormit, ſomniat latrones, ſi ſentit mures, credit ꝙ ſint latrones, ſi eſt bonum tp̃s, triſtatur quia non eſt chariſtia. Ecce quō ſecum ducit punitionem. Perſona aūt liberalis letatur & gaudet

gaudet qñ uidet uxorē, & filios, & familiā comedētes, dicēs, Comedamꝰ, qa deus ꝓuidebit nobis, si nos seruamꝰ pcepta sua. Et ita comedūt, & cenāt ordinate, & cū leticia, cōfidētes de deo, dicēdo, Dñe ego laborabo in officio meo bñ & legaliter, de residuo uos ꝓuidebitis nobis. Iō Dauid in ps, Exurgat deus. dicit, Iusti.i.liberales epulent̃, & exultēt in cōspectu dei, & letent̃ in leticia. Item pctm̄ luxurie magnā penā secū ducit, qm̄ philocaptꝰ de aliqua domicella, uidua, moniali, uel maritata, uadit de die & de nocte cū armis, & cū magnis periculis, nō pōt comedere nec dormire, sed facit sicut stultus. Et si cōsequit̃ intentū suum, statim dicit, nō sum cōtentus, sed cū alia haberē maiorē delectationē, uel seruabo aliū modū, ut magis delectet̃, quia dicit philosophus ꝙ cōcupiscentia carnalis infinita est, & non habet terminū, sed quāto plꝰ usitat̃, tāto plꝰ crescit. Et uultis cognoscere istū dolorē, quia est de luxurioso sicut de febricitāte sitibūdo, cui dat̃ potꝰ cū pluma &c. sic ēt de febre luxurie, qa habitat in ossibꝰ, & neruis, & uenis. Persona aūt casta si sit in mr̃imonio, cōtentat̃ de societate sua, siue sit iuuenis, siue antiqua, alba, uel bruna. Dicit uir, Sufficit mihi mulier mea, & uxor casta cōtēta est de uiro suo. Alij aūt q non sunt de mr̃imonio, ita parū loquunt̃ de illa materia, nec curāt, ac si nihil esset, & uiuūt leti & quieti. Iō Dauid in ps.lxxvj. Voce mea renuit cōsolari aīa mea.s.ī bonis carnalibꝰ, ergo &c. In quibꝰ aūt delectat̃, ostendit dicēs, Memor fui dei, & delectatus sum &c. Idē de pctō inuidie, quid est inuidia, nisi dolor & tristitia de bono alterius? quia qñ uidet ꝙ aliꝰ plus honorat̃, uel ditat̃, uel est in officio regine, in amore principis, tristat̃ summe, & frangit̃ p cor. Persona aūt charitatiua habet tantā cordis dulcedinē, ꝙ qñ uidet aliū in honore &c. letat̃ dicens, Dñe cōseruetis eū in bonis, sed dñe recordemini de me, quia ego sum creatura uestra sicut ille. Et ex ista charitate dñs sibi ꝓuidebit abundāter. Ideo dicit apl̃s, Fructus spūs est charitas, gaudiū, pax, patientia, benignitas, bonitas, lōganimitas, māsuetudo, fides, modestia, cōtinētia, & castitas &c. ad Gal.v. Gula etiā secū trahit dolorem corporis, qa cōmuniter gulosi sunt potatores, & habēt oculos rubeos & tremūt. Qñ aūt uinū est bene limphatū, mēbra ipsum refutant, & remanet in stomacho, & digerit̃. Sūt etiā guttosi, podagrici &c. Item gulosus semper famescit ante comestionē, & etiā dum comedit, qa uidet̃ sibi ꝙ nihil sufficit ei. Post comestionē etiā famescit, quia habet saccū.i. uentrē magne capacitatis. Persona uero tēperata & abstinēs comedit illud quo indiget, & sapit sibi, & nō ultra. Somnus sanitatis in hoīe parco, dormiet usq; mane, & aīa illius cū ipso delectabitur. Eccl̃i.xxxj. Ira etiā secū portat dolorē, qñ iracundus tristatur de aliqua iniuria, & est cum desiderio uindicte, semper est cum dolore cordis, cogitans circa uindictas, dicendo, tu facies sic &c. Postquā recepit uindictā, timet amicos illius &c. si capit̃, suspendit̃, si fugit, perdit bona sua. Persona aūt pacifica dicit, Vos mihi iniuriā fecistis ore, ego possem me uindicare de uobis, sed non uolo, quia deus non uult ꝙ in domo sua aliquis recipiat uindictā. Ideo ego parco uobis, ut deus parcat mihi peccata mea. Ideo dicit xp̃s, In patientia uestra possidebitis aīas ur̃as. Luce.xxj. Idem de peccato acidie. Acidiosus autē in oībus attediatur, in nullo inuenit saporem, sicut ferrū rubiginatur, qñ non est in usu, ita acidiosus. Dic contra mulieres dicētes, Ego portaui tantū. Modo per uirginem Mariā ego nolo facere coquinam, habeat ancillas. Solutio, & uos misera quid facietis? si eritis ociosa, etiam eritis luxuriosa. Homo nascitur ad laborem, & auis ad uolatum. Iob.v. Patet regula ꝙ uita bona & mala iam in hac uita portant secum aliqualem retributionē. De hoc autoritas, Nonne si bene egeris, recipies? Sin autem male, statim in foribus pctm̄ tuum aderit? Geñ.iiij. Nota in foribus, idest sentimentis, & in poten-

tijs aĩe, ubi scilicet sunt dolores. Dico secũdo ꝙ de⁹ dat aliã retributionẽ in morte corpali, qñ aĩa recedit a corpe, & ista retributio est maior q̃ prima. Dicit btũs Aug. in lib. de cura ꝓ mortuis habẽda, ꝙ aĩa recedit a corpe in aliquo illoꝝ triũ graduũ. Quia uel est totaliter perfecta, & bona, uel totaliter ĩpfecta & ĩpenitẽs, uel medio modo se habẽs inter bonã & malã. De primo qñ ꝑsona tenuit uitam bonã, & diligẽter uitauit pctã, uel si peccauit, fecit cõdignã pniam, & bona hora redijt ad deũ cõterendo de pctĩs, ꝓponendo citius mori q̃ ad pctã redire. Fecit magnas orationes, & corpis afflictiones, intm̃ ꝙ si in statera diuine iustitie ex una pte ponerent mala & pctã que fecit, & in alia bona, bona incõparabiliter excederẽt, & supexcrescerent. Qñ tales moriunt, statim euolant sine purgatorio ad paradisum, qa iam in hoc mũdo transiuerũt, & sustinuerũt purgatoriũ. Nõne uidetur uobis purgatorium esse, ieiunare in pane & aqua, portare ciliciũ, dormire ĩ terra, & sic de alijs? Iõ statim euolant. Autoritas. Cum dederit dilectis suis. i. personis sctĩs, somnũ. s. mortis, ecce hereditas dñi, filij merces fruct⁹ uẽtris. Sicut sagitte in manu potentis, ita filij excussorum. Btũs uir qui impleuit desiderium suum ex ipsis &c. ꝑs. cxxvj. Not. filij merces. i. merces filij, qa pater aliud salarium dat filio, & aliud seruo & captiuo, quia filio dat suã hereditatem. Ita xp̃s pater noster nobis filijs suis dat gl̃iam paradisi, que est sua hr̃ditas, qa illa est merces filij. Si dicatur, Et quis dat tantũ salariũ? Respondit, fruct⁹ uentris. s. uirginis Marie, qui est xp̃s Iesus, quia per suã passionem & mortẽ &c. Alij per oppositum sunt ita de mala uita & reprobata, ꝙ sciunt se uiuere in peccatis mortalib⁹, nec penitent, immo cõtinue agunt peccata, & semper uellent uiuere, ut semper possent peccare, ut dicit Greg. Non confitẽtur, nisi forte ex uerecũdia, nec cõicant in paschate, ut tenentur. Nolunt parcere inimicis, nec restituere, sed dicunt, ponã in testõ &c. Tales quando moriunt quo uadunt? Accidit eis ut falconi, habẽ[ti la]pidem ligatum ad pedes, qui licet [uelit] in altum uolare ex inclinatione natura[li], trahitur tamen põdere lapidis &c. [Sic] de aĩa, que naturaliter uellet in al[tum uo]lare, sed onus peccatorum, qđ si[bi] posuisti, trahit eã subito ad infernũ. [De] quibus dicit scriptura, Ducunt in bo[nis] dies suos, & in pũcto ad inferna de[scen]dunt. Iob. xxj. Ecce retributio huius gra[]dus, qui est secundus. Tertius grad[us con]sistit in medio. s. de personis perfect[e] uita, nec oĩno reꝓbatis, sed penite[ntibus de] peccatis, non tamen tm̃ quantum Ma[ria] Magdalena, sed si uera contritio [] est sine gratia, cõsitentur semel [] & cõicant, seruant pniam a cõfess[ore in]iũctam, sed nihil addunt, seruant p[rece]pta dei, & ieiunia ecclesie, quando [] moriuntur, nõ uadunt ad infernum [] subito euolant ad paradisum, qa n[] malum impunitũ, sed uadunt pur[] purgatorium, & ibi habent retrib[] grauissimarũ penarũ, omnes pe[] ius mũdi excedentium, & ibi habẽt [] plere tempus a deo determinat[] ab amicis iuuentur, qa intm̃ poss[] uari suffragijs, ꝙ. c. anni minuerent[] decem uel tres annos &c. No. hic [] heredes, & testamentarios, nolent[] stimonium cõplere, & contra m[] nolentes ire ad cemiteria, uel eccl[] quibus filij uel uiri sunt sepulti, [] efficacius cũ lachrymis orarent [] alibi. Sctã ergo & salubris est cog[itatio] ꝓ defunctis exorare, ut pctĩs solua[ntur] ij. Mach. xij. Ista est ratio, ut dicit [] quare in monumentis fiunt imagines [] ponuntur uexilla, ut illa uidentes pa[ren]tes & amici moueãtur ad orandum [] lis. Caueant tamen ne intentione [] tatis ponantur, qa tunc esset pctm̃. [] monumẽtum dicitur quasi monẽs men[]tem. Ecce qualiter scđa retributio [] morte corpali. Dico tertio ꝙ de⁹ dat a[]liam retributionem in iudicio g[ener]ali, & ista est maior alijs. Rõ, qa fit in aĩa & cor[]pore. Mõ aũt solum anime habẽt gl[oriam] in paradiso, uł penã in inferno, & corp[ora] nihil

nihil sentiũt. Aĩe beatorꝝ, Petri & Pauli, & aliorꝝ sanctorꝝ, sunt in celo in gr̃ia pa radisi, corpa aũt adhuc sunt in terra, & ni hil sentiunt de illa gloria. Itẽ aĩa Iude & Machometi, & aliorꝝ dãnatorum, sunt in penis inferni, corpa aũt eorꝝ sunt in terris incinerata, & nihil sentiunt de illa pe na adhuc. Sed quare prius anime habent gloriã uel penã q̃ corpa? Rñ est, qa in bonis operibus que fecim⁹, seu malis, aĩe prius operanť, & habent suũ meritum, uľ demeritum prius. Verbigratia. Si homo uult facere aliquod bonũ op⁹ meritori um, prius aĩa operatur cogitando, deliberando, & ordinando, & prius lucratur suum meritum. In executione autem operis corpus iungitur, & iuuat animam, faciendo opus qď anima ordinauit, ut orationes, uel eleemosynas, peregrinationes &c. Iõ aĩa prius habet suã retributionem. Spũs .i. aĩa, quidem prompt⁹ est, caro autem infirma. Mat. xxvj. Idem de malis operibus, qñ aliquis uult facere aliquod malũ, homicidiũ, uel furtũ, luxuriam, uel adulteriũ, aĩa prius tractat cogitando, deliberãdo, & ordinãdo. Iõ p prius aĩa habet suũ pc̃tm̃, deĩde ĩ executiõe corpus cõcurrit &c. Iõ in die iudicij corpora recipiẽt retributionem glorie uel pene, secundũ opera que fecerunt, qñ quelibet aĩa uirtute dei assumet suũ ꝓpriũ corp⁹. Iõ apľs, Oẽs nos manifestari oportet ante tribunal xp̃i. Rõ, ut referat unusquisq; ꝓpria corpis ꝓut gessit, siue bonum siue malum. ij. ad Corꝝ. v. De ista ultima retributiõe loquitur thema, Ego cum rediero reddam tibi.

De eadẽ dñica. xiij. post festum trinitatis. Sermo tertius.

Conclusit scriptura oĩa sub. pc̃tõ. Gaľ. iij. Istud uerbum in sc̃tã theologia est multũ difficile, & subtile ad intelligendum. Iõ modo id uolo uobis declarare, & habebimus speculationes intellectuales, & instructiones morales. Sed prius salutetur uirgo Maria &c. Pro huius uerbi declaratione sciendum, ꝙ in summa oĩa bona opera spiritualia & personalia, que habemus a deo in hoc mundo, sunt tria principalia.

Primo corpus materiale.

Secundo anima rationalis.

Tertio uita temporalis.

Licet autem habeamus alia bona, ut diuitias, honores, officia, & hmõi, tñ sunt bona accidentalia, & nõ personalia, nec essentialia. Sed corpus, aĩa, & uita, sunt bona personalia & essentialia. Corp⁹ est primum qď formatur a deo in utero matris, & uix est tam magnum ut auellana, & iam habet omnia mẽbra, & lineamenta. Ratio, quia prius fabricatur domus q̃ inhabitetur. Ita corpus humanum est ut domus terrestris, & aĩa seu spũs est inhabitator. De ista domo apľs. Scimus eñ quoniã si terrestris dom⁹ nostra hui⁹ habitationis dissoluatur, ꝙ edificationem ex deo habem⁹, domum nõ manufactã, sed eternam in celis. ij. ad Corꝝ. v. Deinde creatur anima, nõ de materia preexistenti, sed de nihilo, quia hoc est creare, & creando infunditur, & infundẽdo creatur, ad habitandum in domo corporis. Secundo, ex corpore & anima simul cõiunctis sequitur uita tpalis, & homo uiuit per annũ uel. v. uel. x. uel. xx. uel plures annos, secundum ꝙ deus dat tẽpus. Ecce omnia bona personalia. De istis autoritas. Formauit deus hominem de limo terre, quãtum ad corpus, & inspirauit in faciem eius spiraculum uite, quantum ad animam, & factus est homo in animam uiuẽtem. Geñ. ij. Nota formauit deus, nõ dicit creauit, quia corp⁹ de preiacenti materia fuit formatum, & inspirauit in faciem eius &c. quia licet tota anima sit in toto corpore, & tota in qualibet parte, secũdũ Aug. tñ opera aĩe pl⁹ apparẽt in capite, in quinq; sensib⁹, q̃ in alijs partibus corporis. Mõ dico secũdũ scripturã, ꝙ oĩa ista bona personalia ueniunt ad malam cõclusionẽ ex peccato, propter hoc dicit thema, Conclusit scriptura .i. concludendo dixit, omnia scilicet bona personalia concludens esse mala conclusione sub peccato .i. propter

peccatũ.Patet thema.Dico primo ꝙ primũ bonũ qđ habemus, est corpus materiale cũ suis mẽbris & officijs, & istud uenit ad malã cõclusionẽ scilicet mortis. Nec unquã intrauit aliquis in hunc mundũ, qui ab ista cõditione fuerit exẽptus, scilicet de morte corpali, non xp̃s, nec uirgo Maria mater sua, de quib⁹ magis uideret. Recte iste mundus est ut carcer mortis. Sicut isti prelati & dñi tenẽt iam unũ carcerẽ, de quo dicit, ꝙ si aliqui eo intrant, non exeũt, nisi per mortẽ. Ita est de hoc mũdo, quotquot intrant, non exeunt nisi per mortẽ. Et sicut ille qui intrat carcerẽ, dũ capit plorat, dicens, O miser &c. Ita qñ intramus in hunc mundũ, oẽs intramus plorando. Et si scirem⁹ loqui, & essemus interrogati, responderemus, Ploramus quia intramus carcerem &c. Ideo Eccłi.xlj. Noli metuere iudiciũ mortis, memento que ante te fuerunt, & q̃ superuentura sunt tibi. Hoc iudiciũ a dño omni carni. Nota, noli metuere iudiciũ mortis. Dicit philosophus in politicis, ꝙ dña est inter timorem & dolorẽ, quia timor nõ habet obiectum p̃ns, sed est futurũ cõtingens, & põt euenire uel nõ. Isto modo marinarij timẽt periculũ maris, quia p̃nt submergi uel nõ, & homicida captus timet furcam, in qua põt suspẽdi uel nõ. Sed dolor habet obiectũ p̃ns, q̃a dolor est de malo p̃nti, & ineuitabili. Sicut ille q ducit ad furcã ut suspendat, ille non dicitur timere, sed dolere, quia iam habet obiectũ p̃ns ineuitabile. Modo certũ & clarũ est, ꝙ iudiciũ mortis est ita ineuitabile, ꝙ non põt mutari, & sñia est iam data. Et hoc iudiciũ a dño omni carni. Et iam fit executio, quia currendo uadimus ad mortẽ, tp̃s ducit nos. Non enim habemus rationem timendi, sed dolendi. Sicut decapitandus, quia iam tenet caput ad gladiũ, nõ timet, sed dolet. Idem de nobis. Propter hoc dicit, Noli metuere iudicium mortis, sed supple dole, quia iã malum mortis p̃ns est. Ideo apostolus, Statutũ est oĩbus hoĩbus semel mori. ad Heb.ix. Patet ergo mala conclusio corporis materialis. Dicunt logici, ꝙ cõclusio semper infertur ex aliquo antecedente [illegible] ex premissis. Modo uideam⁹, unde, [illegible] quõ ista cõclusio, mors corporalis sequitur. Dico primo ꝙ enthimematice in-quit, scilicet ex uno antecedente, qui Adam peccauit, ergo homo moritur, [illegible]na cõsequentia est. Autoritas. Per unum hoĩem pc̃tm̃ in hunc mundũ intra[uit &] per pc̃tm̃ mors, & ita in oẽs hoĩes [mors] pertransijt. ad Roma.v. Hic aliquis posset arguere dupliciter. Primo p̃ hoc q̃d dicit, Per unũ hoĩem pc̃tm̃ &c. Cõtradiceret aliquis, Imo ex duobus hominib⁹ pc̃tm̃ in hunc mundũ intrauit, quia per Adã & Euã, quia primo peccauit Eua, ergo nõ ex uno antecedente, sed ex duobus sequitur mors. Rñsio. Dico q̃d q̃ ap̃ls dicit per unũ hoĩem &c. apostolus loquit p̃prie & subtiliter, quia licet [illegible] peccauerit. s. Adã & Eua, tñ mors [no] nit in nobis nisi per pc̃tm̃ Ade. Dicit [sanctus] Tho. in prima scđe, ꝙ si sola Eua peccasset, & nõ Adã, sola Eua portasset penam suã, & nõ Adam neq; nos. Et si Adã peccasset solus, & nõ Eua, Adam & oẽs nos fuissem⁹ puniti, sicut nũc sum⁹. Rõ, quia pater est principiũ actiuũ generationis filiorũ. Et sicut humanitas uenit ex patre instrumentaliter, ita etiã pc̃tm̃, quia soli homini precepit de⁹ ne comederet de ligno &c. Ex omni ligno paradisi comedes, de ligno autẽ scientie boni & mali ne comedas. In quacunq; enim die comederis ex eo, morte morieris. Geñ.ij. Sed argumentũ est cũ dicit. ita in omnes homines mors pertransit. Contra, quia dicit scriptura, ꝙ fili⁹ non portabit iniquitatẽ patris, sed anima que peccauerit ipsa moriet. Eze.xviij. Quare ergo nos ex peccato Adẽ patris nostri sumus puniti, & morimur? cũ nõ consenti[mus] pc̃tõ, quia nondũ eramus nati. Itẽ q[uod] nõ puniant ex pc̃tõ p̃ris, nec in corpore nec in aĩa, patet, quia nõ occidunt [filij p̃] parentibus. Deut.xxiiij. Non occidentur p̃res p̃ filijs, nec filij p̃ p̃ribus, sed unusquisq; p̃ suo pc̃tõ moriet. Vñ est ergo [q̃] filij Ade moriunt ex pc̃tõ p̃ris, & in a[ĩa] per

ibi ostendebant edificia de tẽpore Melchisedech, qui obtulit panẽ & uinũ. Figurabat uetus porta cõtritionẽ cordialem. Nã cõtritio cordialis ab initio mũdi usque modo fuit bona & uirtuosa, qa tanta põt esse contritio de peccatis, ꝙ sine hoc ꝙ trãseat scd'am uel tertiã portam, intrabit paradisum p portã ueterẽ. s. contritionis. Dicat hic miraculũ de pulchra meretrice, ueniente ad sermonẽ, credatis ꝙ nõ ex deuotione, sed quia ibi erãt homines, ideo ut uideret &c. ornauit se, ut hoĩes post sermonẽ peccarẽt cum ea, sed deus cogitauerat aliud, & a casu frater predicabat cõtra uanitatẽ & ornamẽtũ mulierũ, & cõtra immũdiciã luxurie, & quõ puniunt, & illa q̃ pri⁹ cachinnabat, incepit flere, & tant⁹ fuit ignis contritiõis, ꝙ subito & sine cõfessione fuit mortua &c. Ista intrauit p portã ueterẽ scilicet cõtritionis. Iõ bonũ est ꝓuocare se ad dolorẽ pctõrũ. Per istã portã intrauit Maria Magdalena, qñ uẽit ad pedes xpi &c. Per istã intrãt plures. Magnũ est affligere corp⁹ ieiunijs & disciplinis &c. Sed sup oĩa est afflictio cordis p cõtritionem. De ista porta autoritas. Conuertit me ad portã dom⁹, & ecce aque egrediebant subter limen domus ad orientem. Ezech. xlvij. No. peccãdo homo auertit a deo, & conuertit ad creaturas &c. sed in cõtritione cõuertit ad deũ, & uertit dorsum ad pctã. Ideo dicit, Cõuertit me ad portã dom⁹. i. ciuitatis. s. cõtritiõis. Subter limẽ dom⁹. Limẽ est memoria pctõrum, a quo ꝓcedũt aque lachrymarũ ex cõtritione, qñ religiosus, clericus, uel laicus dicit, O miser quid erit de me &c. & plorat &c. recognoscẽdo uitã malã quã tenuit. Itẽ dicit ad orientẽ. i. pñiam dei, significat ꝙ in contritione hõ debet hr̃e respectũ ad deũ, quẽ hõ offendit, nõ ad periculũ, seu honorẽ, uel famam, sed ad orientẽ. Qñ qs morit bñ cõtritus, de eo põt dici the. Porte ciuitatis &c. Quinta porta dicit porta pisciũ, hãc edificauerũt filij Asnaa, dicit aũt porta pisciũ. Rõ, qa per illã intrabãt piscatores portãtes pisces de portu Ioppes, qui nũc dicit Iaffa. Hec porta figurabat quintã portã paradisi. s. obedientiã supernalẽ ad dei mandata. Figurat eñ p pisces, quia sicut pisces deliciose, & leuiter uadũt. Ita obedientes deliciose & totalr debent se immergere, & cũ delectatiõe & letitia seruare mãdata dei & ecclesie, die dñica audire missam, cõpletã cũ silentio &c. Itẽ in quadragesima cõfiteri, in pascha cõicare, nõ uenire cũ tristicia, sed cũ leticia sicut ad cõuiuium. Idẽ de alijs. Iõ xps, Si uis ad uitã ingredi, serua man. Mat. xix. Patet ergo ꝙ obediẽtia est porta ad introitum paradisum. De ista porta autoritas, Btũs uir q implet desider. suũ ex ipsis, non confun. cũ loque. inimi. suis in porta. ps. cxxvj. No. ex ipsis. s. dei mãdatis, delectabiliter & nõ cũ fastidio ea seruando. Itẽ nõ cõfundet. s. p dãnationẽ eternã. Cũ loquet inimicis suis. i. diabolis, in porta, scilicet mortis, dicẽtib⁹, Nunquid tu eris dãnatus? nunqd tu fecisti hoc & hoc &c. Sexta dicit porta gregis. Hanc edificauit Eliasib sacerdos magn⁹, & fratres eius. Dicitur porta gregis. Rõ, quia erat iuxta tẽplũ, per quã intrabãt greges pro sacrificio faciẽdo. Figurabat sextã portã celi, q̃ dicit patientia martyrialis. Martyres enim recte dicunt oues, quia sicut ouis qñ ducit ad locũ mortis nõ clamat, nec se defendit, sic martyres nihil dicebant in quolibet ictu, nisi Iesus, & licet sentirent dolores, tñ patienter sustinebãt. Iõ de eis cantat ecclia. Cedunt gladijs more bibentiũ, non murmur resonat, non querimonia, sed corde tacito mens bene cõscia cõseruat patientiam. Ecce grex. De isto dicit Dauid ps. xliij. & recitat ab apło ad Rom. viij. in persona martyrũ, Propter te mortificamur tota die, estimati sumus sicut oues occisionis. O quot hoĩes, quot mlieres, o quot pueri, o quot puelle ĩtrauerũt p illã portã. De ista porta dicit Ioã. Btĩ qui lauant stolas suas in sanguine agni, ut sit potestas eorũ in ligno uite, & p portas intrẽt in ciuitatẽ. s. Hierlm. Apoc. xxij. Not. in sanguine agni, non dicit in sanguine ꝓprio, quia uirtute sanguinis xpi, quẽ habebant

bebant i memoria, qn̄ martyrizabātur, purificabant. Ideo dicit, Beati qui lauāt stolas suas. i. opera uite in sanguine xp̄i. Nota cū dicit; Et per portas intrent in ciuitatem. In alijs dicit p portā in singulari, hic uero dicit in plurali p portas, quare hoc? Rn̄deo, q̄ ad ostendendū q̄ martyriū nō solū est ex una uirtute. Aliqui credūt q̄ solū sit martyr qui morit p fide xp̄i. Non est ita, imo moriēs p quauis uirtute resistendo peccatis martyr efficit. uerbi gr̄a. Ioannes Baptista non fuit mortuus ex questione fidei explicite, sed ex correctione p̄ximi, tn̄ martyr est. Prepotēs martyr, heremiq; cultor, canit ecclesia. Itē si mulier resistens ribaldis &c. & occidit p eos, martyr est cum beata Catharina. Ecce quātū deberetis uos custodire, imo dico fortius, sed bono modo, tn̄ intelligatis me. Si esset aliquis uir male nutritus, & uellet de corpore uxoris aliquid, quod esset contra deū, & uxor nolēs cōsentire interficeretur, martyr efficeret. Itē si aliquis dās bonū consilium p re publica, occiditur, martyr efficit. Patet q̄ p omni uirtute manutenenda efficitur martyr quis. Ecce quare dicit, Et p portas intrent in ciuitatē. Ideo xp̄s qn̄ fuit locut⁹ de martyrib⁹, dixit, Bti q persecutionē patiuntur p̄pter iustitiam, non dixit, propter fidē, qm̄ ipsorū est regnum celorū. Mat. v. Patet thema, Porte ciuitatis &c.

Dn̄ica. xvj. post trinitatem. de epistola. j.
Sermo notabilis quintus.

Flecto genua ad patrē dn̄i nostri Iesu Christi. ad Ephe. iij. Salutetur uirgo Maria. Pro declaratione huius uerbi, & introductione materie deuote quā uolo p̄dicare, sciēdū q̄ xp̄s dās f̄ram & doctrinā suis s̄ctis ap̄lis, & discipulis, & in p̄sona, quō est orādū, ōndit q̄ in n̄ris orationibus dirigam⁹ uerba ad deū p̄rem. Nō credatis tn̄ q̄ hoc fiat, qa pater sit maior filio &c. in potētia, uel sapiētia, uel uolūtate, uel q̄ maior sit spiritusancto. Quia sicut est una deitas, & una essentia in tribus personis, & etiā est una potētia, una sapientia, & una uoluntas. Et omnis ōro q̄ fit patri, fit etiam filio, & sp̄ūisc̄tō, quia cū nō sit nisi unus deus, adorando patrē, adorat fili⁹, & sp̄ūsanct⁹, & ita dicit in articulo fidei, Credo in sp̄m̄sc̄tm̄, dn̄m, & uiuificantē, qui ex p̄re filioq; procedit. Qui cū p̄re & filio simul adorat & conglorificat. Ideo siue faciatis orationem patri siue filio dicēdo, Adoram⁹ te xp̄e, uel sp̄ūisancto dicendo, Veni sancte spiritus &c. Simul fit p̄ri, & filio, & sp̄ūisancto. Quia adoratio, reuerentia, uel honor, q̄ uel q fit uni, fit etiam alijs personis, qa nō est nisi una maiestas, siue deitas. Ideo in orationibus ūris potestis dirigere patri, filio, uel sp̄ūisancto secūdū uestrā deuotionē. Sed diceres, Que est ergo ratio q̄ xp̄s ostēdit dirigere uerba p̄ri? Rn̄deo, q̄ inter alias cōditiōes orationi necessarias una est cōfidētia in orante obtinendi qd̄ iuste petit, nō dubitare si faciat uel nō faciat &c. Qui enim hesitat, similis est fluctui maris, qui a uento mouet & circūfert. Nō ergo estimet hō ille q̄ accipiat aliquid a dn̄o. Iac. j. Iō oranti est necessaria cōfidētia de diuina bonitate. Non cōfidatis de operib⁹ ūris bonis, qa illud nō debet dici cōfidentia, sed p̄sumptio. Sed dicatis, Dn̄e licet sim pc̄tōr, tn̄ cōfido de ūra bonitate &c. Dico uobis oīa q̄cūq; orātes petitis, credite qa accipietis, & euenient uobis. Mat. xj. Mō quō pōt haberi maior cōfidentia q̄ de p̄re? qa uulgariter dicit, Qui p̄rem habet iudicē, obtinebit cām. Itē ordinauit xp̄s ut dirigamus uerba ōronis ad patrē, qa istud nomē pater est nomē cōfidētie, p̄pt hoc xp̄s in ōrone quā ostēdit ap̄lis, dixit, Sic orabitis, P̄r n̄r &c. Mat. vj. Quare nō ostēdit eis modū orādi dicēs, Deus noster, uel creator noster, aut rex n̄r, seu imperator n̄r? Ratio, quia ista noīa sunt timoris, & terroris, sed pater dat cōfidentiā. Ecce rō quare xp̄s ostēdit dirigere uerba patri in oratione, licet etiā intelligat filius & sp̄ūsanctus. Et iuxta istā doctrinā orabat Paulus dicens, Flecto genua &c. Patet thema. Et sum

in materia predicāda super isto ꝟbo, Flecto genua. Et nūquid est ali⁹ modus orādi? Dico ꝙ sic. Octo eñ modos bonos & deuotos orādi inuenio ī sacra scriptura.

Primus est eleuādo oculos ad celum ex confidentia.

Secūdus deprimēdo caput ad terram ex uerecundia.

Tertius extendendo manus in altum ex indigentia.

Quart⁹ excusando ulnas ex cōsciētia.

Quintus tūdēdo pectus ex cōtritiōe.

Sextus inclinādo corp⁹ ex deuotiōe.

Septimus flectendo genua ex subiectione.

Octau⁹ ꝓstrādo se totū ex defectiōe. Quilibet istoꝝ modoꝝ habet bonā rōnē. De septimo loquit̃ thema, qa istū modū maxime seruabat apl̃s. Primus mod⁹ orādi est eleuare ocl̃os ad celū, quasi suspirādo, siue qs oret uocaliter, siue mentaliter. Rō huius oratiōis est propter cōfidētiam, qa de celo habemus oīa bona, quia iste mūdus nō est nisi fornax miseriarū, & tribulationū, a quo nō habemus nisi malū, ut illi tres pueri de quibus habetur in Daniel̃. iij. c. & a celo habuerunt bona. Ita & nos. Ex ista cōfidentia eleuam⁹ oculos quasi dicētes, Tu dñe scis qūo sumus in miserijs &c. Domine ante te omne desideriū meū, & gemitus a te non est abscōditus. ps. xxxvij. Et iste mod⁹ est ita naturalis ꝙ etiā bestie seruāt istū modū in necessitate posite. Legit̃ eñ Iohel̃. j. de fame magna & siccitate, qa nec inueniebatur herba nec aqua, propter quam animalia congregata ululādo leuauerūt oculos ad celū, licet nesciebant qd faciebāt. Bestie agri quasi area sitiens imbrē suspexerunt ad te, qm̃ exiccati sunt fontes aquarum, & ignis deuorauit speciosa deserti. Iohel̃. j. Itē ps. cxlvj. dicit Dauid, Qui dat iumentis escā ipsorum, & pullis coruoꝝ inuocātibus eū. i. rogātibus eū. Prima pena & prima pluma quā habent pulli coruorū est quasi alba, & coruus zelotypus de coruo suspicat̃ ꝙ nō sunt filij sui, & non dat eis pastū, nec permittit ꝙ mater det. q. d. Nūquid filijs alienis prouidebo ego? Sed qñ pēne & plume nigrantur, & efficiuntur nigre, tunc nutrit pullos illos. Sed tūc qrit̃, De quo uiuunt interim? Dicit glo. ꝙ deus mittit rorē de celo, qñ ipsi inuocāt sibilādo. Quāto ergo magis nos, q̱ sum⁹ rōnales, & cognoscimus creatorē nostrū in nostris necessitatibus, tribulationibus, & periculis, debemus ad eū recurrere, quasi dicerem⁹, Dñe derelict⁹ sum ab amicis, & ab omni humano suffragio. Autoritas de hoc ij. Paral̃. xx. Cū ignoremus quid agere debeamus, hoc solū habem⁹ residui, ut oculos nostros dirigam⁹ ad te. Iō orādo oculos nostros ad deū leuem⁹. Istū modum tenuit Dauid, qui de se dicit, Ad te leuaui oculos meos, q̱ habitas in celis. Ecce sicut oculi seruorū in manibus dñorum suorū. Sicut oculi ancille in manibus dominę sue, ita oculi nostri ad dñm deum nostrū, donec misereat̃ nostri. ps. cxxij. Auisentur hic mulieres si uolunt tenere bonū modū orādi, ne ostendāt aliam faciē. s. depictā, sed illā, quam a deo receperūt &c. Dicatur contra uitium mulierū fuco utentium. Lauent eā ut uirgo Maria cū aqua distillata. s. lachrymarum &c. quā spūssanctus dicit, Quam pulchra es amica mea, q̄ pulchra es. Oculi tui columbarū. Canti. iiij. Ideo hodie in mūdo sunt tot mulieres tribulate, & uarijs infirmitatibus grauatę, q̄ qñ orāt nō exaudiuntur, istis uanitatibus impedientibus orationis exauditionē. Hierony. Deus nō libenter aspicit uultus quos ipse nō fecit. Iō ammoneo uos ut in uestris necessitatibus poteritis secure recurrere ad deum, sicut illa sancta mulier, contra quā fuerat data sententia &c. que flens suspexit in celū, erat eñ cor eius fiduciā habens in dño. Daniel̃. xiij. Secundus modus orādi est per oppositum, deprimendo caput ad terrā. Iste procedit ex uerecūdia. Quilibet nostrū scit & credit ꝙ deus uidet & scit omnia pctā hoīm, q̄tūcunque secrete fuerint facta, q̄ & si homines pñt latere, non tñ deū. Quādo ergo hō orat, & recordatur peccata sua, deprimit caput. q. d. O deus qūo respiciā &c. Istū modū ostēdit

bis

bis pueri, quia si pater, mater, uel magister redarguit eos de aliquo minus benefacto, quãdo cogitãt tunc intra se di. O pater uel mater uidit quod ego feci hoc &c. ex uerecundia inclinant caput, non audent eleuare caput, & est bonũ signũ in pueris. Ita de nobis, quãdo uenimus corã patre & magistro nostro deo, & matre uirgine Maria in oratione, cogitãdo quod sciũt omnia per nos malefacta, deprimamus caput suspirando, & plorãdo, & iste modus orandi optimus est. Istũ modum tenuit ille sanctus hõ Esdras di. De⁹ me⁹ cõfundor, & erubesco leuare faciẽ meã ad te, quoniam iniquitates nostre multiplicate sunt super caput nostrũ, & delicta nostra creuerũt usq; ad celum. j. Esdre. ix. Nota differentiã inter iniquitates & delicta, licet uulgariter pro eodem sumantur, tñ proprie loquendo & stricte, differunt, quia iniquitates proprie loquendo sunt defectus facti de directo contra proximum. Sed delicta sunt pctã facta directe contra deum. Verbi gratia. Si uos uaditis in hortũ, uineam, uel campũ, recipiendo fructus &c. contra uolũtatẽ domini sui, istud est iniquitas. i. non equitas. Sed quando uaditis ad diuinos &c. pro sanitate, uel pro filijs, uel ad inueniendum perditum, hoc dicitur delictum, quod ascendit usq; ad celũ, quia tangit deum de directo. Itẽ si loquendo cum aliquo homine dicitis mendaciũ, uel diffamando aliquem, hoc est iniquitas. Sed iurare, blasphemare, est delictum. Item si seruitis uel laboratis in possessione alicuius dñi, & defraudatis eum in seruitio, hoc dicitur iniquitas, sed quando non facitis seruitiũ deo debitũ, sicut est in dominica audire missam &c. est delictũ &c. Tertius modus est extendẽdo manus in altũ, sicut fit cõiter in eleuatione corporis Christi. Iste mod⁹ prouenit ex indigentia. Attendatis quanta sit indigentia humana, plus omnibus animalibus indigẽtes sumus, tã in corpalibus quam spiritualibus. Primo in corporalibus cogitate quantũ tardatur creatura, hoc est hõ, antequam possit ire, & cũ instrumẽtis ostẽditur sibi modus ambulãdi, & unus capreolus uel pullus perdicis adhuc habens testã de ouo in capite currit. Item animalia iã nascũtur cũ ueste sua, ut agnus, canis, uulpes, & sic de alijs, pro hyeme & estate, sed nos nec cũ lana, nec cũ pelle, imo si uolumus nos induere, oportet depredari ouẽ, & recipe lanã, & parare. primo lauando, filãdo, texẽdo, quassare in molẽdino, colorare, suere, suspendere &c. quot labores? Idẽ de cibis. Animalia non seminant, nec colligũt, nec faciũt prouisionẽ. Nos uero si uolumus uiuere, oportet habere cãpos, uineas, bestias, arare, seminare, metere, portare ad horreũ, triturare, pinsere &c. Itẽ animalia non faciũt domos, iam inueniunt domicilia sua, sed nos oportet emere fundũ, ponere fundamenta, habere lapides, calcem, portas, fenestras &c. Itẽ animalia hñt arma sua, catus ungulas, & leo, bos cornua, & ceru⁹ etiã, lepus tibias ad fugiẽdum, arma sunt defensiua, cyrogrillus iam habet sua castra & spelũcas &c. Sed nos oportet perquirere ferrũ, post liquefacere, deinde malleare, deinde cultellos fabricare &c. Patet ergo indigentia humana in corpalibus. Idem in spũalibus in aĩa, dicit Philosophus, quod intellectus hoĩs est a principio tanquam tabula rasa, in qua nihil est depictũ, sed sicut pergamenũ albũ. Animalia in prima die habent totam sciam & industriã, statim quando est natus capreolus, catulus, agnellus, iam scit ubi inuenit ubera, & quis ostendit sibi quod ibi sit suum nutrimentum? Et puer etiam, qui habet ubera ad duos digitos distantia, morietur fame, nisi a matre ponant in ore eius. Item pullo apponat lapis preciosus, & panis, sciet eligere & comedere de pane, & nõ de perla. Iã habẽt suã sciam. Sed si puero detur cãdela ardens, tangit digito, si pruna, mittet in os. Ecce defectus. Itẽ agn⁹ uel capreolus inter centum oues cognoscet matrem suam in balatu, sed non sic pueri &c. Idẽ dicit Ambro. in hexamerõ, quod perdices furantur sibi oua adinuicẽ, sed quãdo pulli sunt nati, in uoce cognoscũt matrẽ suã &c. & puer unius anni nõ cognoscit parentes. Itẽ agnus uel capreolus

lus

lus ſi uident lupũ, ſtatim fugiũt, iã ſciũt quod eſt eis inimicus. Itẽ pullus qñ uidet miluũ. Sed ſi lup⁹ uenerit ad puerũ, reſpiciet eũ, nec timebit eũ. Itẽ animalia ſciũt ſuas medicinas, licet nõ ſtuduerũt ĩ mõte Peſſulano, ut patet de muſtella contra uenenũ ſerpentis, & de ceruo. Et nos niſi ſtudeamus in medicina, neſcim⁹ qd ſit bonũ ſeu malũ. Patet ergo noſtra magna indigẽtia tã in corpe q̃ in anima. Iõ Dauid in p̃s. lxxviij. Cito anticipẽt nos mĩe tue, quia pauperes facti ſumus nimis, ſcilicet plus q̃ beſtie. Ex iſta rõne, qa indigemus bonis ſp̃ualibus, extẽdimus dexterã, & qa indigemus bonis corpalibus, extendim⁹ ſiniſtrã, quaſi dicẽdo deo, O mi domine detis mihi. Leuemus corda noſtra cũ manibus ad dñm in celos. Threno. iij. Iſtũ modũ oſtẽdũt nobis paupes, nã ſi in hac uilla modo ab aliquo diuite fieret ordinatio, & publicaret̃ quod daret duos florenos de feneſtra ſua oĩ ueniẽti. O quot uenirent extẽdẽdo man⁹, dicẽdo, Dñe detis mihi. Ita xp̃s diues, qa dñi eſt terra. m. cccc. &. xxviij. anni ſunt quaſi, ꝙ fecit unã ordinationẽ dicẽs, Petite & accipietis, oĩs qui petit accipit. Lu. vj. Iõ orãdo extẽdimus manus quaſi dicam⁹, O dñe ſum paup, detis mihi. Auiſentur hic hoĩes, q iuxta illud ap̃li, Volo uiros orare in oĩ loco, leuãtes puras man⁹ ſine ira. i. appetitu uindicte, & diſceptatione, ideſt placitãdo, cõtendẽdo, ſeu accuſando. j. Timo. ij. Nota puras manus. ſ. a luto uſure. Abacuc. ij. Vt ei q multiplicat nõ ſua. Vſq;, quo, & aggrauat cõtra ſe denſum lutũ &c. A fimo luxurie. ad Phil. iij. Oĩa arbitror ut ſtercora, ut xp̃m lucri faciã. A ſanguine. Eſa. j. Cũ extenderitis manus ueſtras, auertã oclos meos a uobis, & cũ multiplicaueritis orationẽ, nõ exaudiã. Manus eĩn ueſtre ſanguine plene ſunt. Multi eĩn extẽdũt manus in oratiõe in uanũ. Rõ, quia nõ hñt manus mũdas. Quia ſicut uos nõ daretis eleemoſynã paupi, immũdiſsimas manus habẽtis, ſic nec deus. Quart⁹ mod⁹ eſt cruſando ulnas, & procedit ex cõſciẽtia, qñ hõ cogitat dicens, O miſer de meis p̃ctis iã factus eſt proceſſus in curia iuſtitie dei, & ſentẽtia data. Aĩa q peccauerit ipſa morietur. Eze. xviij. Iõ recurrit hõ ad crucẽ. q. d. Verũ eſt ꝙ multa p̃ctã feci, ſed dñe filius ueſter fuit ſuſpẽſus in cruce, ne aliquis ſibi credẽs & obediẽs ſuſpẽdatur in furca inferni. Iſte modus oſtẽdit nobis ſententiatis ad mortẽ de aliquo crimine, qñ eis datur ſn̄ia a iudice uel principe, ſentẽtiatus facit tũc iſtũ geſtũ, cruſando ulnas. Nõ eſt cõtẽtus extẽdere manus dicens, O dñe parcatis mihi, ego promitto uobis ꝙ decetero ero correctus. Bonus modus eſt. q. d. Mihi aũt abſit gloriari, niſi in cruce dñi noſtri Ieſu xp̄i, in quo eſt ſalus, uita, & reſurrectio nr̃a &c. ad Gal. ul. Quintus modus eſt tũdẽdo pectus iunctis digitis. Iſte modus procedit ex contritiõe. Rõ, qa a corde procedũt omnia bona uel mala que facim⁹, qa ſi aliqs faciat aliquod bonũ, nõ tñ ex corde, ſed ui, nõ habet meritũ. Idem de malo, ut ſi aliquis ponit gladiũ in manu mea dicẽs, per corpus &c. uos percutietis iſtũ, & uiolenter manũ meã mouerit percutiẽdo proximũ, ſibi imputabitur. Autoritas. De corde exeũt cogitationes male, homicidia, adulteria, fornicatiões, furta, falſa teſtimonia, & blaſphemie. Hec ſunt q coinquinãt hominẽ. Mat. xv. Iõ percutit̃ cor quaſi radix, qa ſi in ueſtro uiridario haberetis arborẽ malã, infructiferam, eradicaretis eã, & non ſinetis creſcere, qa iterũ poſſet pullulare. Iſta mala arbor eſt p̃ctm̃, cuius radix eſt cor, rami ſunt ſenſus. Iõ percutitur cor tanq̃ radix, nõ oculus, nec auris, quia rami ſunt, ſed cor. q. d. Iã eĩn ſecuris ad radicem arboris poſita eſt. Mat. iij. De iſto bono mõ dicã uobis miraculũ quod a xp̄o recitat̃ Lu. xviij. de quodã hoĩe male uite, & peccatore publico, qui ſemel uoluit orare, & aſcẽdit in templũ, & conſiderãs p̃ctã ſua, non audebat templo appropinquare, nec audebat ex uerecundia p̃ctõrum oculos ad celũ eleuare, ſed percutiebat pectus ſuũ dicens, Deus propitius eſto mihi p̃ctõri. Dicat̃ neſciẽs aliã orationẽ. De iſto dicit Chriſt⁹. Amẽ dico uobis, quia deſcẽdit hic iuſtificatus

in do-

in domũ suã &c. Lu. xviij. Sextus modus
est inclinando corpus ex deuotione usq;
ad genua. Rõ, quia uera deuotio non est
nisi delicamentũ anime, quia sicut super
bus stat erectus, & persona humilis & de
uota inclinatur ex teneritate anime. Iõ
in persona deuota loquẽs xp̃s sanctis an
imabus dicit, Fulcite me florib⁹, stipate me
malis, quia amore langueo. Canti. ij. Aĩa
enim deuota est ut mulier generosa, q̃ hinc
inde sustẽtatᶠ. Sic aĩa est, ostendẽs suũ de
licamẽtum, & inclinatᶠ &c. Istum modũ
seruãt deuoti, clerici, religiosi, quia quã-
do dicunt, Gloria patri, ad ultimum uer-
sum psalmorũ, semper inclinãt se, & quã
do transeunt corã altari. Sed iam nõ cu-
rant istas inclinationes aliqui, sed bene
inclinãt mulieribus, & dominabus, sed
deo quasi nihil. Iste modus est ita deuo-
tus, ꝙ pl⁹ seruatᶠ in missa q̃ alij modi. Quin
quies enĩ inclinatur sacerdos in missa.

Primo dicta cõfessione accedẽs ad al
tare, qñ dicit, Aufer a nobis domine cun
ctas &c.

Secũdo post ablutionem digitorũ, qñ
dicit, In spiritu humilitatis, & animo cõ
trito suscipiamur domine a te &c.

Tertio postq̃ dixit, Sanctus, incipit ca
nonem dicens, Te igitur clementissime
pater &c.

Quarto post corporis eleuationẽ, qñ
dicit, Supplices te rogamus omnipotens
deus &c.

Quinto postquam sacerdos dixit, Ite
missa est, uel benedicamus domino, uel
requiescãt in pace, quãdo dicit, Placeat ti
bi sctã trinitas &c. Patet ergo ꝙ iste mo-
dus est ualde deuotus, quia ita seruatᶠ in
ecclesia, & etiam ecclesia orat pro eis in
quadã collecta di. Inclinãtes se dñe maie
stati tue propitius intẽde. Septimus mo
dus orandi est flectẽdo genua, & iste ue
nit ex subiectione. Istũ modum tenebat
apls. Iõ dicitur in themate, Flecto genua
&c. Ratio, quia sicut Christus cum patre,
& filio, & spiritusancto est creator ani-
marum, & formator corporum, ita etiã
est dominus. Et sicut creauit, ita conser-
uat in esse, & occidit, dans bonis gloriã,
& malis penam. Ergo quia est dominus
corporis & anime, sibi flectẽda sunt duo
genua, dextrũ in signum ꝙ est dominus
anime, & sinistrũ, qa est domin⁹ corpis.
Si aũt fiat reuerentia regi, uel alicui do-
mino temporali, sibi est flectẽdum genu
sinistrũ solũ, quia solũ est dominus cor-
poris, & non habet dominium in animã.
Prelato uero spirituali dextrum genu fle
ctendum est, qa habet dominiũ super ani
mã, absoluendo, dispẽsando &c. Confes
sori duo genua, quia tenet locũ dei. Itẽ
qñ petitis benedictionẽ ab aliquo sacer-
dote. Viuo ego, dicit dominus, qm̃ mihi
flectetᶠ omne genu. ad Ro. xiiij. Iõ dicit,
Flecto genua. Nõ dicit, genu. Ideo patet
hic quod pctm̃ est illorum qui in eleua-
tione corporis xp̃i non flectunt duo ge
nua, quasi nõ credãt Christum dominũ
anime & corporis, nec amouẽt caputiũ.
Itẽ qñ in sero pulsatur Aue Maria, nõnul
li paruã uel nullã exhibent reuerẽtiam.
Itẽ quãdo dicitᶠ, Qui propter nos homi-
nes, & propter nostrã salutẽ descẽdit de
celis, & incarnat⁹ est de spiritusancto ex
Maria uirgine, & homo factus est, crucifi
xus &c. debẽt duo genua flectere. Dicatᶠ
miraculũ quod accidit Rome in ecclesia
dũ eleuaretur corpus xp̃i. Quidã iuuenis
ita fortiter ligatus erat, ꝙ nõ potuit fle-
ctere genua, subito uenit diabol⁹ in for
ma uisibili, dans sibi alapã, dicens, O pro
ditor xp̃iane, pro quibus tm̃ fecit xps. Si
xp̃s fecisset cẽtesimam partẽ pro nobis,
quam fecit pro uobis, nocte & die serui
uissemus sibi genibus flexis, & subito in
terfecit eũ. Cogitate quid sit de illa ani-
ma. Octauus modus est prosternendo se
totum usq; ad terram, & iste modus pro
cedit ex defectione. Istũ modũ seruat ec
clesia solũ in hebdomada sancta, quãdo
leguntur passiones. Et quando dicitur,
Emisit spiritũ, prosternimus nos. Ratio,
quia in nocte passionis in oratione se ꝓ
strauit. Iste modus signat nostrã defectio
nem, innuens ꝙ ad terram oportet nos
redire, & quasi homo iã se reputans mo-
riturum prosternitur. Iste modus mouet
cor ad preparandum se. Sicut senten-
tiatus

tiat⁹ quãdo ducitur ad furcam, parcit, & petit ut ſibi parcaẽ, remittit, & cõfitetur. Ita debemus nos facere, qa iã uadim⁹ ad mortẽ. Iõ non ſolũ ſemel in anno, ſed ſepe confiteri, & cõmunicare debem⁹, parcere inimicis, & reſtituere. Ideo Dauid de iſto modo dicit, Venite adoremus, & ꝓcidamus ante deũ, ploremus corã dño qui fecit nos, qa ipſe eſt dñs deus noſter &c. pſ. xciiij. Si dicatur ab aliquo, De iſtis modis quem ſeruabo? Rñdeo qđ ſcđm qđ ſpirituſſanctus mouet uos, ſeruetis illum modũ deuote continuando.

De eadem dominica. xvj. poſt feſtũ trinitatis. Sermo ſextus.

OBſecro uos ne deficiatis in tribulationibus. ad Ephe. iij. Sermo noſter erit quõ debemus ſuſtinere tribulationes & aduerſitates. Nam dicit Grego. ꝙ magna imperfectio eſt nelle habere bona & proſperitates, & neſcire uel nolle ſuſtinere mala & aduerſitates. Sicut enim habemus duo brachia ad amplexandum proſperitates, ita ad ſuſtinendum aduerſitates. Sed primo ſalutetur uirgo Maria. Secũdũ ꝙ experiẽtia uſualis declarat de quolibet die, uita pñs eſt plena laboribus, aduerſitatibus, & tribulationibus, intm̃ ꝙ poſt unã conſolationem plures ſequũtur tribulationes, talis eſt conditio huius mũdi. Et põt declarari per regulam philoſophie di. Omne mediũ participat naturã extremorũ. Declaratur in quatuor elementis, de qb⁹ duo ſunt in medio. ſ. aer & aqua. Aer recipit ab igne caliditatem, ab aqua humiditatẽ, ideo eſt calidus & humidus. Patet quomodo medium participat naturã extremorũ. Item aqua participat cum aere ſuperius in humiditate, cũ terra inferius in frigiditate. Iõ aqua eſt humida & frigida. Idem patet in aĩalibus. Nam ſi equus ſit inter magnã niuẽ, & magnum ignẽ, ex uno latere participabit cum niue in frigiditate, ex alio cũ igne in caliditate. Idẽ patet in hominib⁹ de uillis que ſunt in finibus regnorũ, qa participãt cũ utroq; idiomate. Ideo loquuntur mixto modo. Patet regula philoſophie. M. do uideamus pſens uita ubi conſiſtit. Dico ꝙ eſt in medio inter paradiſum, qui eſt ſuperius, & infernũ q eſt inferius in centro terre, & ſunt contraria in oĩbus, quia cõditio paradiſi eſt gaudere, letari, & de nullo triſtari &c. Letitia ſempiterna ſup capita eorũ. Gaudiũ & letitiã obtinebũt, & fugiet dolor & gemitus. Eſa. xxxv. Cõditio uero dãnatorũ in inferno eſt dolere, triſtari, laborare in penis cõtinuis, & de nullo conſolari, ĩmo quicquid fit pro eis, uertitur eis in luctum & triſtitiã. . . ſciunt qa nihil prodeſt eis. Si fiat oratio pro patre uel matre, & ſi eſt in inferno, & tu neſcis, triſtatur, qa nihil ſibi pđ. Item propter inuidiam de amicis q . . uantur, dolent. Itẽ ſi dãnantur, quia eorũ pena augmẽtatur. Sicut quando igni a . . duntur ligna, ignis augmentatur. Vnde damnati plangendo dicunt, Defecit gaudium cordis noſtri, uerſus eſt in luc . . . chor⁹ noſter. Cecidit corona capitis noſtri. Ve nobis, qa peccauimus. Propterea meſtũ factum eſt in dolore cor noſtrum. Thre. v. Mõ audite rõnẽ ex quo nc . . mus in medio. Nã ſuperius eſt paradiſus, ubi eſt ſummũ gaudiũ, & inferius infernus, ubi eſt ſumnia tribulatio & triſtitia. Et quia ex regula nos participamus naturã extremorũ, habem⁹ hic aliqua gaudia comedẽdo, bibẽdo, delectando &c. & habemus etiam tribulationes, aduerſitates, quia infern⁹ eſt nobis propinquus, plus abundant tribulationes. Gaudia em . . mundi ſunt gutte, que diſtillant de faſo ſpirituſſancti, qui diſtillat in te unam guttã, in alio aliã &c. Ideo Boetius, qui licet fuiſſet philoſophus, fecit libros Theologie dicẽs, Omnis dulcedo felicitatis . . mane multis amaritudinib⁹ eſt reſperſa. i. inuoluta. Et ita abundãt tribulationes. Vnde apl's exhortans nos dicit, Obſecro uos &c. imo patienter ſuſtineatis, non . . mittendo amorẽ dei, nec pdere deuotionem debetis, nec bonã uitã. Patet thema. Inuenio in ſacra ſcriptura tres rationes maxime, quare nõ debem⁹ deficere, ſed patiẽter ſuſtinere tribulationes & aduerſitates.

tates, qa p tribulationes huius mundi Homo depurat a magnis defectibus. Hō pseruatur a multis offensionibus. Hō augmētat mītū ī gratijs & meritis. Istis tribus nō debemus deficere in tribulationibus, sed patienter sustinere. Iō dicis in themate, Obsecro uos ne deficia tis in tribulationibus. Dico primo q̄ hō per tribulationes & aduersitates huius mūdi depurificatur a magnis defectibus, quia de peccatis preteritis, de quibus nullus potest se excusare, tribulationibus, infirmitatibus, & aduersitatibus, si patienter recipiantur, nō murmurādo contra deū, nec indignādo, sed dicendo, Domine, ex quo uobis placet, faciatis de creatura uestra sicut uobis placuerit, purificatur. Dico q̄ tunc homo depuratur, & purificatur anima de peccatis & defectibus. Ratio. Quando peccator cōfitetur cōfessori omnia peccata sua, nullum abscondēdo, & in fine dat sibi penitentiam, si peccator humiliter recipit, & seruat illā penitētiā, anima depuratur, & deus sibi remittit peccatum. Hec est fides nostra certissima. Fiat ergo ratio. Si penitentia data a simplici confessore & p̄cōre purificat aīam, si illam seruatis humiliter, q̄to ergo magis purificatur ex pnīa data a papa Iesu, ut sunt tribulationes, & aduersitates, quia omne malū pene est a deo. Creditis uos q̄ xps delectetur quando estis in lecto infirmus, uel quādo aliquam aduersitatē habetis? profecto ut sic sibi non placet, sed sicut placet confessori, quādo peccator seruat pnīam per eum iniūctā, non q̄ illa pena placeat confessori, sed in quātum ex illa remittuntur sibi peccata. Ita placet xpo propter p̄cōrū & penarū remissionē, q̄n nos patiēter sustinemus pnīam p eū nobis iniunctam. s. tribulationes. Nā uobis dedit febres, illi dolorem capitis, alteri dolorē stomachi, torsiones & c. cholicā passionē, pditiones filiorū, & bonorū tēporaliū, lapides, siccitates, mortalitates, & sic de alijs. Omnia ista sunt pnīe a papa Iesu iniūcte. Si ergo seruando pnīam simplicis cōfessoris homo depuratur, q̄to magis ex pnīa pape Iesu? Imo p̄ nostra cōsolatione dicā plus. Q̄n uaditis fodere, lauare, secare ligna, & ad similia, totū hoc est pnīa. Postq̄ eñ Adā peccauit, deus in forma alicuius honeste persone uenit ad Adā, ut audiret eius cōfessionē, & Eue, & abscōderūt se quemadmodū aliqui abscōdūt sua p̄cā, sed tandē audiuit, quibus auditis, Ade iniunxit pnīam di. Maledicta terra in opere tuo. In laboribus comedes ex ea cunctis diebus uite tue. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terre. In sudore uultus tui uesceris pane tuo. Gen̄. iiij. Eue autē iniunxit pnīam dicēs, Multiplicabo erūnas tuas. In dolore paries filios tuos. Et sub uiri potestate eris, & ipse dominabitur tui. ibidē. Ex quo patet q̄ oēs tribulationes huius mundi pnīe sunt date a papa Iesu. Aut. Benedictū eñ nomē tuū deus patrū nostrorū, q̄ cū iratus fueris, mīam facies, & in tēpore tribulationis p̄cā dimittes his q̄ inuocāt te. Thob. iij. No. secreta. Primū, cū dicit patrū nostrorū. Patres nostri sunt patriarche, prophete, apostoli, & martyres &c. qui nos in fide genuerūt, & illi semper habuerūt tribulationes, intm̄ q̄ dicit unus de maioribus eorū, Per multas tribulatiōes oportet nos intrare in regnū celorū. Act. xiiij. Itē Dauid, Multe tribulationes iustorū, & de oībus his liberabit eos dn̄s. ps. xxxiij. Mirū est q̄ curabant infirmos &c. & seipsos curare non poterāt. Paulus suscitabat mortuos, & non poterat sanare se a dolore lateris. Q̄n ergo dicit, De⁹ patrū nostrorū, reducit nobis ad memoriā exēpla tribulationū s̄cōrū. Scd'm secretū tangitur cū dicitur, Cū iratus fueris. s. scd'm iudiciū hominū, q̄n uenit siccitas, mortalitas, grādo, terremot⁹, & huiusmodi, dicitur est iratus. & dicit, mīam facies, & certe ita est, qa sicut medic⁹ q̄n aperit uel penetrat uulnus, uel scīdit mēbrū putridū, uidetur esse iratus cōtra infirmū, dās ei dolorē, cū tñ faciat mīam, qa pro sanitate corporis. Ita de tribulationibus hui⁹ mūdi uidetur nobis q̄ de⁹ sit iratus, cū tñ faciat mīam, ut sanet a plagis peccatorum. Ideo dicit, Cū irat⁹ fue-

ris mĩam facies. Et cõcordat Abacuc.iij. Cum iratus fueris, mĩe recordaberis. Et declarat cũ sequitur, Et in tẽpore tribulationis pc̃tã dimittis. Sed quibus? R̃ndet, His q inuocant te. Nõ credatis ꝙ oĩbus q habent tribulationes remittantur pc̃tã, qa illi q impatiẽter recipiũt, uel murmurãdo cõtra deũ dicẽtes, Ego ieiuno, uel uado ad missam, & siñia, ecce deus dat mihĩ aduersitates, & non tali &c. Talis non solũ nõ purificatur, imo magis deturpaᷣ. Sed qñ patiẽter recipiũt, dicentes, Dñe, mala que patimur, pc̃tã nr̃a meruerunt, & qa ego faciebã paucã pnĩam, uel nullã, uos dñe dedistis mihi istã, talis purificatur. Iõ dicit, His qui inuocãt. i. intꝰ uocãt te. Patet ergo rõne & autoritate ꝙ ex tribulationibꝰ purificamur &c. De ista materia audiatis pulchrũ ṽbũ Gregorij, cũ tribus siñitudinibus. Quod fornax auro, qđ lima ferro, qđ flagellũ grano, hoc facit tribulatio uiro iusto. De primo quando argentarius liquefacit aurũ, & bullit, uidetur habere dolorẽ aurũ, tñ purificaᷣ. Itẽ qñ hõ habet febrẽ, tunc est in fornace, & uidetur bullire, sed si habet patientiã, aurũ. i. aĩa, purificatur a mixtura falsi metalli pc̃tõrũ. De scđo qñ ferrũ limaᷣ, clamat, ac si patiatur, tñ purificatur a rubigine, & remanet lucidũ. Ita in doloribus hõ clamat. Itẽ mulier cũ parit, dicit multa, O maledicta Eua. Et decetero nõ accedam ad uirũ &c. lima doloris tenet uos. Idem de dolore dentium, tunc ferrum limatur, quia omnes sumus rubiginati peccatis. Iõ qñ limatur hõ in doloribus, non debet dicere mala uerba, quia pc̃tm̃ est, sed clamare põt hõ, qa dolor mitigaᷣ. De tertio, quod flagellum grano, quãdo laborator flagellat bladũ, uidetur eius inimicus, tñ hoc facit ut granũ purificetur a paleis. Idẽ de nobis. Cogitate ꝙ iste mũdus sit area, nos uero blada. Flagella sunt tribulationes, tempestates lapidum, fulgurum, mortalitatum, siccitatum, & similium. Ideo fiũt processiones &c. & uidetur ꝙ deus sit iratus, sed hoc facit ad purificandũ nos a paleis uanitatum &c. Igitur dulciter & patienter sunt tribulationes suscipiende, qa sicut seruãdo penitẽtiã cõfessoris patiẽter purificatur cõfessus, sed nõ si seruat eã cũ ira, & impatienter dicẽdo, Maledictꝰ sit cõfessor, qa talẽ penitentiã mihi dedit, qa sic hõ nõ purificatur, sic hõ purificatur a pc̃tis, si aduersitates sustinetis patienter & gratãter. s. tñ dicatur, Talis pnĩa dat mihi magnum tediũ, tñ ex quo confessor iniũxit mihi, seruabo eam propter remissionẽ pc̃tõ meorũ, tunc est bona. Ita de xp̃ianis, qui in tribulationibus patientes sunt & grati &c. Ideo dicit apostolus, Obsecro uos &c. Dico secũdo &c. Prima ratio dicit q hõ purificatur a pc̃tis p̃teritis, & ista dicit ꝙ hõ preseruatur a pc̃tis futuris. s. ne fiãt. Et ecce quõ. Quot sunt qui ex tribulatione tẽporali retinẽtur ne peccẽt? Erit enim aliquis qui eũdo ad lupanar uulneratur in capite a tegula &c. & pc̃tm̃ non fit. Itẽ de multis in lecto iacentibus. Quot mulieres essent uane & pompose, & deus dat eis plagã aliquã, uel infirmitatem, & uiuent bene & honeste. Verbi gratia de Magdalena, & Martha sororibus simul nutritis, & pulcherrimis, que post mortẽ parentum remanserunt equaliter domine. Que fuit causa ꝙ Magdalena fuit ita peccatrix, ꝙ perdidit nomen? Martha uero fuit semper uirgo? Gratia dei & tribulatio. Nam dicit Amb. ꝙ Martha fuit illa mulier, q̃ duodecim annis habuit fluxum sanguinis, itm̃ ꝙ fuit facta macilẽta, fine colore, fetebat. Qñ Magdalena cecidit in peccatum, Martha cecidit in infirmitatẽ, quia alias fuisset ut Magdalena. Quãdo Mag. fuit curata in anima, & etiã Martha ĩ corpore. Patet ergo ꝙ tribulationes preseruant a peccatis futuris. Quot mulieres sunt caste ex tribulatione? uel qa habẽt parlã in oculo, uel est gibbosa, uel curua, tũc nullꝰ curat de ea. O benedicta infirmitas, que facit seruare castitatem. Et quot homines infirmi orant deum ut sanentur? Sed quia deus scit ꝙ essent ribaldi, nõ exaudiuntur. Ideo Dauid de se, & de peccatore dicit, Tribulatio & angustia inuenerunt me, quasi perquirant hominẽ. Iõ mandata tua meditatio mea est. s. ad

dū.ſ.ad ſeruandū. Patet ergo recte, quia ſicut frenū uel cham⁹ refrenat & retinet equū, quia ſi ille qui equitat nō teneret frenū in manu, nō poſſet equū regere. Iō tribulationes frenū ſunt, eq̄ eīn ſunt cor pora nr̄a, ſeu ĩordinati motus & tētatio nes, ſed tribulatio refrenat ea, tūc eīn hō recurrit ad orōnes, & ad pſonas deuotas. exemplū de beata Petronela filia beati Petri febricitante. Iō dicit ſcriptura allegorice, Nolite timere, ut enim probaret uos uenit deus.ſ. tribulando, & ut terror illi⁹ eſſet in uobis, & nō peccaretis. Exo. xx. Ergo non debetis deficere in tribulationibus, ſed patiēter ſuſtinere. Dico tertio q̄ hō per tribulationes augmentatur in meritis & gratijs. Nota ſimilitudinem de illis qui faciunt caldaria, quia de uno fruſto ferri faciunt unum caldariū magnū.ſ. percutiēdo cū martello, & hoc uerum eſt ſi ſit ignitū, qa ſi eſſet frigidū, citius frangeretur. Malleationes ſunt tribulationes. Si amore dei, deuotione, & patiētia igniti, patienter ſuſtinuerint tribulationes, augmentabunt eos in ſanctitate & meritis. Patet ĩ Iob, qui fuit malleatus. Itē una die perdidit ſeptem milia oues ab igne celi, quingēta paria boum, quingentos aſinos, tria milia camelorū, ſeptem filios, & tres filias. O quot ibi fuere flagellationes, & aduerſitates. Itē uxor eiecit eum de domo. Item eodem die fuit percuſſus in corpore, & in ſterquilinio poſitus. Sed erat ferrum ignitū in deuotione. Dicit textus q̄ in omnib⁹ his non peccauit Iob, neq; ſtultum quid contra deum locut⁹ eſt, ſed dicebat, Nudus egreſſus ſum de utero matris mee, & nudus reuertar illuc. Dn̄s dedit, dn̄s abſtu. &c. Iob. j. & fuit augmentatus in tanta ſctītate, q̄ multum notabiliter fuit in maiori ſctītate q̄ ante. Sed ſi fuiſſet ferrū frigidum per impatiētiam dicendo, Maledictus qui me fecit, non ſolum perdidiſſet bona, ſed etiā aīam. Ideo apl̄s de ſe & alijs dicebat, Glr̄amur in tribulationibus, ſciētes q̄ tribulatio patientiā operatur. ad Ro. v. Nota, gloriamur. Non ſolū ſupportamus patiēter, ſed gl̄iamur. Qd̄ in tribulationibus ſit gloriandū, pōt declarari per parabolā de duobus pauperib⁹ obligatis dn̄o in magna quātitate, ſub pena mortis. Certa die uocati nihil ſoluerūt, quia nihil habebant. Quibus dn̄s pi⁹ cōpatiens ſecrete & ſigillatim maſſas auri inuolutas pānis rudibus proiecit in captiuitatem, uni fregit caput, qui iratus ſe uolēs uindicare, remiſit maſſā. Alteri fregit brachiū. Sed poſtq̄ fuit dies, recognouit & inuenit maſſam, & gloriabatur di. Deo gratias, non curo de fractione brachij, ex quo habeo uñ ſoluā dn̄o &c. Iſte euaſit, & alius fuit ſuſpenſus. Ita quilibet noſtrum obligatur deo p̄ quolibet pctō mortali, magno uel paruo, ſeptem annis de pn̄ia, quia peccat contra ſeptem dona ſpiritusſancti. Iā eſt tēpus taxatū in iure. Sed qualitas pn̄īe eſt arbitraria. De hoc tamen ſuperius in quodam ſermone latius inuenies. Modo pro quolibet pctō mortali computa ſeptem annos de pn̄ia, forte eſt hic aliquis qui obligatur deo in decē milib⁹ annorū de pn̄ia. Et remediū eſt lucrari indulgentias, facere pn̄iam, q̄t dies lucrantur, tot reſecantur, & ſi in hoc mundo non completur pn̄ia, in purgatorio complebitur. Sed qui in hoc mundo non uult incipere, nec penitere, nec ſatisfacere, in inferno patiet̄, ſed nō ualebit aliq̄d ſibi. Iō pius dn̄s mittit maſſam auri, uel globū.ſ. tribulationē coopertā, ſed intus eſt theſaurus. Iō attēdatis q̄ nō p̄ijciatis foras per impatiētiam, murmurando uel blaſphemando, ſed debetis dicere, deo gratias, dicendo, Non poſſum ſoluere debitum, qa dn̄e ego ualde modicū ſolui. Sed modo cito poſſum ſoluere. Ideo Iac. Omne gaudium.ſ. in corpore & in aīa exiſtimate fratres mei, cū in tētationes uarias incideritis, ſcientes qa probatio fidei ueſtre patientiam operat̄, patientia autē opus perfectū habet. Iac. j.

De eadem dn̄ica. Sermo. vij.

LAtitudo, lōgitudo, ſublimitas, & p̄fūdū. ad Eph. iij. Iā uidetis q̄ iſtd̄ ṽbū īdiget magna declaratiōe. Sed ſalutet̄ ṽgo Ma. Et ut ĩtelliga-

telligatis qūo signat res altas & utiles ad nostram salutem, sciendū est ꝙ apl̃s inter alias orationes deuotas, quas faciebat xp̄ianis, ista erat p̄cipua, dicēs ꝙ deus daret xp̄ianis latitudinem. Hoc patet in ep̄la cū di. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem dn̄i nostri Iesu xp̄i, ut possitis cōprehendere cū oībus sc̄tis que sit latitudo, longitudo, sublimitas, & ꝓfundum. Et q̄a talis apl̃s & tātus, de quo creditur ꝙ sit de maiorib⁹ sc̄tis paradisi, petebat istas quatuor dimensiōes q̄titatiuas, potestis scire, ꝙ significant res utiles.

Nam latitudo est beneuolentia, uel dilectio generalis.

Longitudo est pſeuerantia, uel duratio temporalis.

Sublimitas est sapientia, uel intentio supernalis.

Profundū est pn̄ia ul' hūiliatio ꝟtualis. Ecce latitudo &c. De istis quatuor uolo mō loqui, audite. Dico p̄io ꝙ apl̃s orat petēs ꝙ nos xp̄iani hēamus latitudinem cordis .s. beneuolentiā, & dilectionē gn̄alem. Tam gn̄alis debet eē ista dilectio, ꝙ in corde xp̄iani debēt recipi oēs gentes p dilectionē, & nō debem⁹ dicere, Ego diligo oēs, sed nō talē, qui interfecit patrē meū &c. ul' furatus est mihi hoc, uel diffamauit me, tales nō hn̄t cor latū, sed angustū. Vultis ꝙ dicā uobis unum mirabile? Lati⁹ debet esse cor xp̄iani q̄ celum ul' terra ī beneuolētia. Diceres, Q̄uo possibile esset? Dico ꝙ est possibile, qd' declaro sic. Celū ēpyreū licet sit immensurabile, tn̄ nō potest retinere, nec recipere nisi bonas pſonas & sc̄tās, nō eīn recipit infideles, nec malos xp̄ianos, sed latius debet esse cor xp̄iani, q̄a ibi nō solū bone pſone, sed ēt male, & nō solū xp̄iani, sed ēt infideles, ut Iudei, & Agarēi, dn̄t recipi in dilectiōe. Xp̄iani boni dn̄t diligi, ut conseruenť in fide catholica, ut saluenť, mali aūt ut ad uerā pn̄iam reducanť. Iudei ꝟo amādo & desiderādo diligi dn̄t, ut illuminēť ad ueritatē fidei. Idē de alijs infidelib⁹. Patet ergo ꝙ cor xp̄iani debet eē latius celo. Itē cor xp̄iani ēt debet esse lati⁹ q̄ terra, q̄a cor xp̄iani debet cōtinere p dilectionē gn̄alem & uiuos, & mortuos, de paradiso, & purgatorio, & de inferno. De paradiso, laudando deū de eoꝝ saluatiōe. de purgatorio, orando ꝓ eoꝝ liberatiōe. de inferno, nō rogādo ꝓ eis, q̄a eēt cōtra deū, nec desiderādo ꝓ eis paradisum, sed diligēdo in eis imaginē dei, ad quā facti sunt, nō diligēdo eoꝝ maliciā, sed quasi cōpatiēdo imagini dei, ut sic ꝙ ita cruciet, sicut esset cōpatiēdū imagini xp̄i si ꝓijceret in ignē. Ecce q̄d est latitudo. Et xp̄ian⁹, qui habet istā latitudinē, pōt dicere cū Dd', Ambulabā in latitud'. q̄a mādata tua exquisiui. p̄s. cxviij. No. ambulabam, aliqui hn̄t cor ita angustū & captiuū, ꝙ nō diligunt nisi se, ex quo ipi hn̄t sufficientiā nō curāt de alijs, etiā si habēt affines &c. Alij modicū plus, q̄a diligūt se, & uxorē, & filios, & alios amicos, & ex quo eorū domus habet ꝓuisionē de pane, uino, & de alijs, qui uoluerit moriať fame, nō curant. Alij diligunt se, & oēs de uicinantia uilla, sed nō extraneos. Alij diligūt solū amicos, sed nō inimicos. Tales hn̄t cor angustum, & nō possunt dicere, Ambulabam in altitudine, scilicet in restrictiōe. Itē q̄a mādata tua exquisiui. Preceptum dei est habere istā latitudinē cordis, dicit eīn, Audistis q̄a dictū est antiquis. Diliges ꝓximū tuū, & odio habebis inimicum tuū. Ego aūt dico uobis, diligite inimicos uestros, bn̄facite his qui oderunt uos. Et sequitur, Si eīn diligitis eos qui uos diligūt, quā mercedē habebitis? nonne & publicani hoc faciunt. Mat. v. Etiā bestie diligūt bn̄factores suos. Ecce quare dicit, Ambulabā &c. Et dicit, Oīs cōsummationis .i. pfectionis uidi finem, latum mandatū tuū nimis, q̄a nō habet finem. p̄s. cxviij. Nota omnis cōsummationis, oīs stat⁹ seu cōditio huius mūdi finē habebit. Verbigr̄a. Dn̄iū tpale, ut esse regē &c. finē habet p mortē. Itē p̄latiōes, ut esse papā &c. finem habet. Religio clericatus finem habet p mortem. Matrimonium etiā finem habet per mortem, intantū ꝙ si moriatur hodie uir uel uxor, & in crastinū resuscitaretur, posset ducere aliam uxorē,

morē, uel ipsa aliū uirū. Itē reuerentie & alij honores finē habent p mortē, sed mādatū de dilectione pximi nō habet finem, imo in morte augmentat, qa beati plus diligūt se & nos plus q̄ nos. Qui habet istā latitudinē cordis, pōt dicere, Eduxit me in latitudinē, qa prius habebā cor angustū, saluum me fecit, qm̄ uoluit me. ps. xvij. Dico secūdo q̄ lōgitudo est perseuerantia, uel duratio tpalis. s. q̄ in bona uita, deuotiōe, pnīa, pseueretis hodie & cras &c. plus & plus. Nullus dicat, ego seruiā deo p annū, uel p duos annos, sed usq; ad mortē seruire deo in bona uita debem⁹. Rō theologicalis, quia seruitiū debet esse secundū salariū quod hō petit. Si uos petitis magnū salarium, magnū seruitiū tenemini facere. Hoc enim rō dictat, & equitas. Mō uideamus qd̄ salariū pmisit xp̄s suis seruitoribus. Dico q̄ gloriā paradisi, q̄ nō dat ad annū uel duos annos, sed quandiu deus erit deus. i. sine fine. Iō ex quo ipse dat salariū, qd̄ durat quādiu ipse est, & ipse semper erit deus, uos tenemini ei exhibere seruitiū quādiu fueritis in mūdo. Null⁹ dicat, Ex quo seruiui xp̄o. x. annis uel. xx. modo uolo qescere, quia nō haberes salariū, sed cōtinua de die in diē, de anno in annū. De ista longitudine dicit David, Domū tuā. i. personā deuotam, q̄ est dom⁹ dei, decet sctītudo dn̄e, in lōgitudinē dierū. ps. xcij. Aliter hō nō haberet salariū. Nā si aliqs in magna sctītate seruiuit deo cētū annis, & p horā ante mortē dimisit seruitiū dei, peccādo mortaliter, qa aliter nō dimittit, dānat, quia nō cōtinuauit. Aliqui ex ignorātia faciunt hic qstionē di. Mirabile est hoc, q̄ ego seruiuī deo p centū annos, & p horā dimitterē seruitiū ex aliquo pctō mortali, q̄ pter hoc pdā totū seruitiū qd̄ feci. Nā reputaret rex crudelis, si militē qui ei seruiuit. x. annis, p unā displicētiā priuaret salario toti⁹ sui seruitij, nisi esset crimē lese maiestatis &c. Cū ergo deus sit summe bonus & misericors, ergo nō uidet q̄ pter unū pctm̄ qs debet dānari. Respōdeo, ista similitudo de seruitio regis nō est ad ppositū, qa seruitiū qd̄ facit miles regi, & op⁹, & labor, & seruitiū, totū est militis, & rex nihil facit in illo seruitio. Ideo p unā displicētiā miles nō debet perdere salariū, alās crudelis esset rex. Sed in seruitio qd̄ hō facit deo, ieiunando, & seruādo bonā uitā &c. labor, opus &c. hoc totū est dei, qa hō de se nihil posset, & maiorē grām facit de⁹ homini in hoc, q̄ hō deo. Dicat hic parabola de mercatore, qui cōmisit capsulā preciosissimā uni, ut portaret usque ad portā dom⁹, qui attediatus, qn̄ fuit iuxta domū, in quēdā torrentē piecit fardellū. Quo facto, iuit ad petendū salarium, nunquid merebat salariū? Patet q̄ non, imo meruit magis furcā. Sed diceret qs, Videt q̄ meruit tale, quia portauit capsulam &c. Solutio. Non portauit usq; ad portā, sed p ecit, & fures tulerunt illud. Ideo &c. Idē est in pposito. Seruitiū dei nihil aliud est, q̄ portare fardellū. Verbi gr̄a. Qn̄ religiosus intrat ordinē, recipit onus fardelli a mercatore xp̄o portādū usq; ad portā padisi, q̄ ē mors. Si anq̄ sit ad portā, pijcit fardellū p uitā malā, nō solū non meret salariū, sed & penā. Idē de clerico & laico. Ecce quō decipiunt illi qui dicūt, Videt crudelitas q̄ totum seruitiū centū annorū &c. perdat, qa pieciste fardellū tibi cōmissum a xp̄o mercatore, & ideo dixit xp̄s, Esto fidelis. s. custodiēdo fardellū usq; ad mortē, & dabo tibi coronā uite. Apoc. ij. O quantū laboraret aliquis, si sciret q̄ ex suo labore posset acquirere coronā regis Aragonie, uel papatus &c. & mulieres coronā regine, cū tn̄ nō sunt alicui⁹ reputationis, respectu corone glie. Ecce quid uult dicere longitudo. Ideo Dauid in persona xp̄i, Lōgitudine dierū replebo eum, & ostēdam illi salutare meū. ps. xc. Dico tertio q̄ sublimitas, sapientia, uel intentio est supernalis. s. q̄ in oīb⁹ opibus nostris habeam⁹ intētionē sublimē ad deū. Verbi gr̄a. Si ieiunatis, ut bonā habeatis intētionē, sed si facit qs ut dicat deuot⁹ &c. intētionē habet bassam & puersam. Idē de oīone, & de alijs opib⁹ pnīe dicē

dũ eſt. Sed ſi habet ĩtẽtionẽ aliã, dicẽdo,
Ego ieiuno, & facio talẽ pñiam, ut ĩ iudi
cio diuĩo recipiaẽ mihi ĩ cõputũ de pctĩs
meis &c. Item do eleemoſynã, ut qñ aĩa
mea ad portã paradiſi ueniat, eleemoſy-
na deẽ ſibi. Itẽ quare dicis miſſam &c. Itẽ
quare ponis filiũ uel filiã in religiõe, &
ſic de alijs. Nã ſicut in floreno magis re
ſpiciẽ põdus q̃ color, uel ſon⁹, ita anteq̃
poſsitis intrare burſam paradiſi, reſpiciẽ
põdus intẽtionis. Nã que facta ſunt pro
pter uanã gl̃iam, nihil ponderant, qa uẽ
tus eſt. Itẽ nec ꝓ diuitijs ſeu honoribus,
quia uanitates ſunt. Eccl̃. j. Vanitas uani
tatum, & oĩa uanitas. Sed pondus eſt, qñ
fiunt bona opa ꝓ honore dei, & ſalua-
tione aĩarũ. Autoritas. In ſublimitate e-
ternũ glorie pondus operatur in nobis,
nõ cõtẽplãtibus nobis q̃ uidentur. Que
enim uideẽ, tpalia ſunt, q̃ autẽ non ui-
dentur, eterna ſunt. ij. ad Cor. iiij. Ergo
teneamus conſiliũ apl̃i dicẽtis, Siue mã
ducatis, ſiue bibitis, ſiue aliud quid fa-
citis, omnia in gloriã dei facite. j. ad Co
rinth. x. Dicaẽ exẽplũ de uitiſpatrũ, de il
lo ſancto hoĩe, qui qñ uolebat facere ali
quod opus, ſtabat modicũ cogitãdo in-
tra ſe. De hoc interrogatus quare ſtaret.
rñdit, Quia ſcio ꝙ bona opera nihil ua
lent de ſe niſi bona intẽtione fiant. Ideo
antequã facio opus bonũ, ordino inten
tionẽ meã. Sicut baliſtarius antequam
mittat ſagittã, aduertit ſignũ. Cogitare
ideo debes, quare uis ire ad eccleſiã, &
ſi ideo uadis ut uideas mulierẽ &c. Me-
lius eſſet nõ ire. Si intentio ſit, ut laudes
deũ, & impleas preceptũ de miſſa audiẽ
da, tunc uade, quia intentio eſt bona. Itẽ
cogita & cõſidera, quare das eleemoſy-
nam, & ſi ideo das ut dicaris miſericors,
melius eſſet nõ dare &c. Idẽ de oratiõe.
Idẽ de miſſa. Nã ſi principal̃r dicat pro-
pter pecunias, meli⁹ eſſet nõ dicere. Pa-
tet igiẽ, ꝙ ꝓpẽ prauitatẽ & nõ aduertẽ-
tiam intentionis multa bona opa perdũ
tur. Querit ſanctus Tho. in quotlibet. Si
religioſus uel ſacerdos predicat ꝓ uana
gloria, & poſt penitet, an ex illa pñia lu
cretur coronã, & meritũ, uel laureolam,
que habuiſſet ſi ſancta intentione predi
caſſet. Dicit ꝙ nõ, quia nunquã illa fuit
lucratus, quia fuerunt opera mortua, q̃
per ſequentẽ pñiam nõ uiuificantur, li-
cet pctũ ſibi remittaẽ ex illa pñia. Ideo
attendatis ꝙ ſemp̃ in operibus uĩis di-
rigatis intentionẽ ad deũ. De iſta ſubli-
mitate intentionis dicebat deus Iob, Si
habes brachiũ ſicut deus, & ſimili uoce
tonas, circunda tibi decorẽ, & in ſubli-
me erigere, & eſto glorioſus. Iob. xl. No
ta hic q̃ requiruntẽ in predicatore euan-
posset haberi de illo pane, nunq̄ aliud uellet comedere, nunq̄ posset hō mo. Nota cū dicit, decē uirginibus. Quare dicit decē? Nōne oēs xpiani sunt inuitati? Rñdeo, q̄ decē significat obseruātiā .x. preceptorū. Mō cū tali cōditione sumus inuitati, si obseruauerimus .x. p̄cepta. Cū dicit, ūgines, nonne alie poterunt intrare? Rñdeo, q̄ requirit ūginitas anime .s. in fide catholica, ne anima sit corrupta p falsam credentiā, opinionē, errorē, seu dubitationē. Ecce quare dicit, decē ūginibus, & quinq; ex eis erāt prudentes, & quinque fatue. Quia oīa opa facimus cū quinq; sensib⁹ corpis, q̄s aliqui bene gubernant, isti sunt sapiētes, alij aūt male, & hi dicunt stulti. Quilibet em̄ debet facere cōputum di. Ex quo ego sum inuitat⁹ ad istas celestes nuptias, ideo parabo me ne uadā cū ueste antiqua superbie. Iō induar ueste noua .s. humilitatis. Idē de ueste lutosa luxurie, quia porci nō intrabūt ad illud cōuiuiū. Idem de ueste nigra, de dolore .s. uel inuidia cōtexta dicēdū est, que nō est nisi dolor de bono alterius. Idē de ueste crapulosa gule. Idē de ueste perforata p irā. Idē de ueste plena tineis per acidiā. sequitur, Et que parate erant, intrauerunt cū eo ad nuptias, & clausa est ianua .s. inuitatis. Iō illi qui dicunt, Si ego sum predestinatus, uel inuitatus, si fuero paratus, uel nō paratus, illuc intrabo. falsum dicūt, quia ad hoc quod inuitatus intret ad nuptias regales, presupponitur q̄ sit hō preparatus. Ita ēt ad hoc q̄ predestinat⁹ soluet, requirit preparatio, ergo estote parati, quia qua hora nō putatis, filius hoīs ueniet. Lu. xij. Iō apl's, Induite uos sicut electi dei, sancti, & dilecti, uiscera mīe, benignitatē, humilitatē, modestiā, patientiā, supportātes inuicē, & donantes uobismetipis, si quis aduersus aliquē habet querelā, sicut & dominus donauit uobis, ita & uos. Super oīa aūt hec charitatē habete, quod est uinculū perfectionis, & pax xpi exultet in cordibus uestris, in qua & uocati estis in uno corpore, & grati estote. Col. iij. Itē ali⁹ dicit, Si ego nō sum p̄destinat⁹, ego nō intrabo &c. Dico q̄ si fueritis preparati, & hoc in fine, intrabitis. Dico secūdo q̄ est alia generatio, nō eterna, sed tpalis, qa in tēpore fuit facta. Mō sunt. M. ccccxxviij. āni. Cū ergo dicit, Quid uobis uidet de xpo, cuius filius? ut possimus respōdere, Virginis Marie. Sicut em̄ xps in prima gñatione habet patrē sine matre, ita in secunda generatiōe est oppositū, habet em̄ matrē sine patre hoīe. Itē in generatiōe eterna generat a patre sine distinctiōe personali, in unitate tñ essentie, sed gñatio ista tpalis habet oppositū, quia gñatur in unitate personali, & diuersitate essentiali. Nā diuinitas & humanitas, q̄ sunt due essentie seu substātie in xpo, non sunt nisi una psona. Nō credatis q̄ una psona sit xps, inq̄tū deus, & alia inquātū hō, & qa sic indut⁹ est humanitate, q̄ nō facit aliā personā. Hūanitas eī xpi assumpta est a filio in diuinis, in unitatem suppositi & psone. De ista gñatione auto. Gen̄. xv. Ad quā Iudei nō pñt respōdere, q̄ est qñ de⁹ Abrae loquēs de futuris, & de captiuitate Iudeoꝝ in terra Egypti, inter alia dixit, Generatio autē quarta reuertet huc. Quatuor em̄ legūtur generatiōes humane. Prima fuit sine homine & muliere, ut Ade, q nō habuit patrem neq; matrem. Scđa fuit de hoīe sine muliere, ut Eue. Tertia ē gñatio cōis de hoīe & muliere. Quarta fuit gñatio de muliere sine uiro, qualis fuit gñatio xpi, & de ista dicit, Reuertet huc .s. in gl'iam ubi ip̄e erat, & non dicit illuc. Sed Iudei male intelligētes, dicūt q̄ sicut gñatione prima intrauerunt Egyptū, ita in quarta redirēt. Cōtra hoc dicit, Reuertet huc .s. ubi ego sum, & nō dixit illuc .i. ubi tu Abraā es. Cū ergo q̄ritur, Quid uobis uidet de xpo, cuius filius est? Rñdetur, Virginis Marie excellētissime. De ista gñatiōe dixit angel⁹ Gabriel uirgini Marie, Ecce cōcipies in utero, & paries filiū, & uocabis nomē eius Iesum. Luc. j. Nota Iesum, nunqd est nomē eius hoc nomē xps? Dico q̄ fili⁹ ūginis nō habet aliđ nomē ꝑpriū, nisi Ies⁹ xps, & alia noīa cognomīa sunt, ꝑpter hoc soli huic noī Iesu fit reuerentia qñ noīat. Si istud

nomē Iesus p aliquē nominaret in celo, uel inferno, oēs flecterēt genua. Licet dicat decretū, & qñ nominatur in ecclesia, nō debēt flecti genua corporis, sed aīe. s. inclinādo. Iō apl's, Dedit illi nomē quod est super oē nomē, ut in noīe Iesu oē genu flectat celestiū, terrestriū, & infernorū. ad Phil. ij. No. sup oē nomē. De⁹ oēm ꝟtutē posuit in noīe isto Iesu, iō si huic nomini additis alia noīa, signū est ꝙ nō reputatis istud nomē Iesus sufficiēs, si deuotionē habem⁹ ad istud nomē, nō oportet recurrere ad diuinos &c. Dicat practica, quō signū crucis in noīe Iesu debent facere sup plagā propriā, uel filiorū, uel etiā iumētorū. Dauid, Hoīes & iumenta saluabis dñe &c. Itē idē dicēdū de mulieribus ꝓ filijs habēdis uel portādis, nomē eñ Iesu uenerari debēt. Itē idē dicēdum est ut liberentur a doloribus partus. Vñ autoritas. Meli⁹ est nomē bonū. s. Iesus, q̄ unguēta preciosa. Eccl's. vij. Dicat miraculū de isto noīe Iesus Act. iij. de illo paralytico, q quolibet die portabat ad portā tēpli ī Hierl'm p quadragintaquatuor annos, & petēs eleemosynā, Petrus & Ioannes semel cā orationis ascēderunt ad tēplum, ille petijt eleemosynā, & Petrus dixit, Argētū & aurū nō est mihi, qd' aūt habeo, hoc tibi do. In noīe Iesu xpi Nazareni surge & ambula &c. Iō rñdit Petrus Iudeis rectoribus, & doctorib⁹ Hierl'm, admirantibus de dicto miraculo di. Nec eñ aliud nomen est sub celo dato hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Act. iiij. Dico tertio ꝙ alia generatio seu natiuitas xpi est spiritualis in uera sanctitate, ex qua dicitur filius persone penitētis. Magnū mirabile est ꝙ xps possit fieri filius noster. Virgo Maria reputat sibi ad magnā grām ꝙ sit mr xpi, tñ quilibet uestrum si uult, potest concipere, & parere xpm. Pro cuius intellectu sciēdum ꝙ qñ aliquis tenet malā uitā, & uiuit in pctīs, quot pctā mortalia habet, tot demones habet secū. Autoritas. Dicunt duo euangeliste, Maria Magdalena de qua septem demonia exierāt. Lu. viij. & Mar. ul. dicitur de pctīs, qa non legitur fuisse demoniaca, sed qa stabat in pctō supbie, ideo habitabat in ea quidā demō, qui uocatur Leuiathā, qui tētat de supbia &c. Patet ergo tot demones habet hō, quot pctā, sed qñ de⁹ facit grām pctōri ꝙ conuertitur, redit ad deū, recipit bonū propositū &c. tunc demones fugiūt, & xps intrat in animā. Ecce quō fit gñatio spūalis, qa sicut eternaliter generatur a deo patre, & temporaliter a matre, ita spūaliter a penitente. De ista gñatione dicit Dauid, Hec est generatio q̄rētiū eū, querentiū faciē dei Iacob. Attollite portas pricipes uestras. usq;, rex glorie. Qñ ergo dicit, Quid uobis uidet de xpo, cui⁹ filius est? possumus respōdere, psone penitētis, qa sicut mulier q̄ cōcipit & parit, dicit mr. De hoc auto. Dicat cū xps pdicasset ī quadā domo, ꝟgo Maria uenit ut audiret sermonem, associata a parētib⁹ suis, & propter multitudinē gētiū nō potuit intrare, & stetit x̄ ad portā. Quidā Iudeus mala intētione, ut dimitteret sermonē, & dicerēt gētes, Ecce quō est carnalis, dixit, Magr, ecce mr tua & frēs tui foris stāt, q̄rētes te. Rñdens Iesus ait, Que est mr mea, & q sunt fratres mei? Quicūq; eñ fecerit uolūtatē prīs mei, q in celis est, ipse me⁹ fr, & soror, & mr est. Mat. xij. Nol q fecerit uolūtatē patris &c. s. pctōr faciēs pniam. Nō debemus desperare ex pctīs, sed facere pniam debemus. Talis dicitur mater xpi, quia ipsum cōcepit in utero memorie. Multi cōcipiūt xpm per bonū ꝓpositū, sed nō pñt parere per effectū exteriorē, mulier eñ cōcipit secrete, & cū delectatione, tamē cū labore portat, & parit cū dolore. Ita de nobis multi sunt q secrete & cū delectatione concipiūt xpm, audiendo sermones, uel bonas lectiones. Semē est ꝟbū dei. Luce. viij. Predicator est instrm spiritussancti, grauidās peccatores. Vnde quādo supb⁹, uan⁹, & pōposus, ꝓponit dimittere suā supbiā, & pctā, tunc concipit xpm, sed in ptu. s. humiliando se de statu, & ornatu, patitur nōnunq̄ dolorē. Idē de muliere ꝓponēte dimittere ornamēta, & uanitates &c. sed in effectu ibi est dolor. Idem de usurario, uel

latrone.

tione, quãdo ꝓponit satisfacere, cõci xpm, sed quando aperit taxiã, & uidet renum, dicit, O miser oportet me ista tituere, ibi est dolor, cũ posset hr̃dita filios. Itẽ uxor nõ posset tã ornate incedere. Idẽ de sacerdote, qñ ꝓponit dimittere cõcubinã, sed in ope qñ ipsa plo &c. ibi est dolor. Idẽ de hoĩe siue mu re, q ꝓponit recedere ab ĩpudica uita, necessariũ est, qa porci nõ intrabunt radisum, hi patiunt̃ in partu dolorẽ, & qñq; alleuiãt pc̃tm̃ ne dimittatur &c. de illo q ꝓponit remittere iniurias, ibi dimittantur pc̃tã a deo, sed qñ di- Et quid facietis? dicetur ꝙ estis fe- eus &c. ibi est dolor partus. Idem de oso, q ꝓponit abstinere, sed qñ uidet tas &c. ibi est dolor. Multi concipiunt m, sed nõ oẽs pariũt. Nimis esset si mu portaret cõceptũ fetũ ꝑ annum, uel os, sed a multis diutius portaĩ xp̃i conceptus &c. Autoritas. Sicut q̃ cõcepit, cũ appropinquauerit ad partũ, dolẽs clamat in doloribus suis, sic facti sumus. A facie tua dñe cõcepim⁹, & quasi paturiuimus, & peperimus spm̃ salutis. Esa. xxvj. Nota, a facie tua. Facies dei est predicatio. Rõ, quia sicut in facie cognoscitur ꝑsona, ita deus cognoscitur in predicatione. A facie tua dñe cõcepimus. s. a spiritusc̃tõ, & quasi parturiuimus. Parturire est laborare in partu, parere autẽ est qñ exit creatura ad extra. Ideo amore dei si cõcepistis affectũ, pariatis effectum &c.

De ea. dñi. s. xviij. post trini. Ser. iij.

Sicut mãdatũ dedit mihi pater, sic facio. Ioan. xiiij. In pñti sermone ꝓposui uobis declarare datã legẽ & scripturã sc̃tãm tm̃ q̃tũ uobis est necessarium ꝓ bono regimine huius uite. Salutetur uirgo Maria &c. Ad bonum regimen & gubernationem humane uite uirtuose uiuendo, & uitia uitando, multũ fuit necessarium ut deus daret mandata &c. Rõ, quia licet ꝑ intellectum & rõnẽ naturalẽ in aliquibus hõ cognoscat quõ se debet hr̃e erga deũ & proximũ, tñ in oĩbus nõ sufficit intellect⁹, nec rõ naturalis, qa aliquoties intellect⁹ & rõ iudicãt de aliq̃ esse bonũ & iustum, qd̃ tamen est uitiũ, & peccatum, ideo necessariũ fuit dare p̃cepta, dicendo, & hoc & hoc facietis, qa istd̃ placet mihi, & istd̃ nõ, nec istud facietis, quia istud displicet mihi, & ex quo hõ scit dei uoluntatẽ, homo nõ põt errare, tamẽ qñq; erraret, nisi uoluntas dei reuelata esset, cũ in oĩbus non sufficeret intellectus naturalis. Verbi grã. Nã de aliqbus uos intellectu naturali iudicatis esse faciẽdũ, dicẽdo, Et istd̃ bene põt fieri, & qd̃ pc̃tm̃ est? erratis. Qñ eñ mutuatis pecuniã, intellectus uester iudicat aliquid recipiendũ de interesse, qa ille de moneta ur̃a lucraĩ &c. Cũ ista ratione diuites usurarij uadũt ad infernũ, qa pecunia nõ est ur̃a, qa dñs nõ tenetur reddere cõputũ alteri. Vos aũt de oĩb⁹ habetis reddere cõputũ xp̃o. Vos autẽ solum estis dispensatores, ideo si contra uoluntatẽ & p̃ceptũ dñi dispensaueritis, damnationẽ incurritis ex pc̃tis. Vnde dicit preceptũ dñi, Non feneraberis fratri tuo ad usuram pecuniã, nec fruges, nec quãlibet aliã rem. Deut. xxiij Itẽ mixtionẽ carnalẽ soluticũ soluta homines non iudicãt esse pc̃tm̃ per intellectũ, & cũ ratione, sed dicunt aliqui, cui fit iniuria? q̃. si diceret, nulli. Sed falsum dicũt, quia fit iniuria regi xp̃o, patri mulierũ &c. Ecce p̃ceptũ, Abstineatis uos a fornicatione, ut sciat unusquisq; uestrũ uas suũ possidere in sanctificatione & honore, nõ in passione desiderij, sicut & gentes q̃ ignorant deũ &c. j. ad Thes. iiij. No. in sc̃tifica tione, hic apostolus rñdet tacite questioni, de qua non oẽs audent predicare, sed oportet ꝓ sanitate ꝙ medicus tãgat uulnera, licet corrupta, & fetida. Dicũt aliq false, Sed ego tangendo me &c. uolo recipere delectationem, quod pc̃tm̃ est, cui facio iniuriã? q. d. nulli, sed falsum dicũt, qa magis pc̃tm̃ est pc̃tm̃ molliciei, q̃ si cũ mr̃e carnali peccaret qs. Rõ, qa cõtra naturã. Ecce quare fuit necessarium mãdatũ. Ideo dicit ut sciat unusquisq; uestrũ uas suum &c. Itẽ si aliqs iniuriã uobis intulit, quid iudicat intellect⁹ uester? patet ꝙ ad

ꝙ ad uindictã, qđ nõ est pctm̃ est naturale, qa una formica uertit se uindicando. Sed falsum est, qa uindicãs se, xp̃m regẽ offendit, quod patet a simili. Nã si in palatio regis & in sua presentia recipiatis uindictã de iniuria uestra &c. regẽ offenditis. Ideo dicit scriptura, Si fieri põt, quãtũ ex uobis est, cũ omnibus hominib⁹ pacem habentes, nõ uosmetipsos defẽdentes charissimi, sed date locũ ire. Scriptũ est eñ, Mihi uindictã, supple reseruaui, & ego retribuam uel in hoc mundo, uel in alio. ad Ro. xij. & sic de alijs multis. Patet ergo quod nec intellectus, nec ratio naturalis sufficit q̃tum ad omnia ostendere quid sit uirtuosum, & faciendum, & qd pctm̃, & uitium, & cauendũ. Ideo ad meli⁹ gubernandũ uitam nostrã necessaria sunt mandata. Autoritas. Mandatum lucerna est, & lex lux, & uia uite increpatio doctrine. Prouer. vj. Ideo qui uult gubernare bene uitam suam, non debet se regere in oĩbus scđm intellectũ suũ naturalẽ, sed scđm dei mãdata, nõ scđm ꝓpriã suã apparẽtiã, sed scđm dei precepta, nõ scđm ꝓprias inclinationes, sed secundũ diuinas ordinationes. Tũc potest talis dicere thema, Sicut mãdata dedit mihi pater, sic facio. Nota, non dicit sicut mandata, in plurali, sed mãdata in singulari. Secũdũ istũ modũ loquendi in lege dei nõ est nisi unum mandatum. Pro quo sciendũ ꝙ scđm diuersas conditiones & proprietates mãdatorũ dei diuersimode annumerantur. Mãdata enim dei habẽt quinq; conditiones, quia mandata dei sunt

In ornamentum anime.
In firmamentum gratie.
In operationem meritorum.
In incrementum premiorum.
In regimen uite.

Et scđm hec diuersimode cõputant̃.

Scđm primã cõditionẽ sunt innumerabilia.
Scđm ṽo scđam sũt ĩ magno nũero.
Scđm tertiam sunt in paruo numero.
Scđm quartã in paucissimo numero.
Scđm quintã in nullo numero sunt.

Quia nõ est nisi unũ, de quo dicit thema, Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Dico primo ꝙ mandata sunt in ornamentũ aĩe, quãdo. s. in hac uita hõ gubernat se, & regit scđm mãdata dei, & non scđm ꝓpria sentimenta, uel inclinationes, uel scđm malã cõsuetudinẽ aliorũ, tũc aĩa ornat̃ ꝑceptis dei. Declaratio. Aĩa eñ iam per creationẽ habet maiorẽ pulchritudinẽ q̃ aliqua creatura corporalis. Rõ, quia est ad imaginẽ dei, quã non habet sol neq; luna &c. Si eñ imago imperatoris picta sit ita pulchra, q̃to magis aĩa a sancta trinitate picta ad imaginem suã, nisi ex pctĩs fiat nigra, sicut pulchra mulier, quãdo macularetur, esset turpis, ita anima ex pctĩs. Sed quãdo supra pulchritudinẽ aĩe uenit ornatus obseruãtie mãdatorũ dei, tũc est inestimabilis pulchritudinis, sicut de regina de se pulcherrima, quãdo ornatur uestimẽtis, aureis annulis, & corona, efficit̃ pulchrior. Ita de aĩa, intm̃ ꝙ si possetis eã uidere &c. nec modo dũ est in corpore, ipsamet uidet suã pulchritudinẽ, sed quãdo egreditur de corpore uidet. Autoritas. Si ignoras te, o pulcherrima inter mulieres, egredere. s. de corpore, & uidebis tuã pulchritudinẽ. Cañ. j. Secũdũ istã cõditionẽ mãdata sunt innumerabilia, ut capilli, qui sunt ad ornamẽtũ mulierũ scđm apostolum. j. Cor. xj. ubi dicit, Mulier si comam nutriat, gloria est illi. Sunt ergo mãdata ut sic innumerabilia, intm̃ ꝙ nullus doctor seu magister posset scire oĩa mãdata que sunt in ueteri testamento, & nouo, in decretis, decretalibus, clementinis &c. Diceret aliquis, ergo superflua sunt, ex quo nõ pñt sciri. Dico quod nõ sunt supflua, quia licet capilli mulierũ sint innumerabiles, nõ sunt tñ superflui, imo dat sibi ornatum. Ita de ꝑceptis. Iõ Dauid, Multiplicata sunt. s. precepta sup capillos capitis mei. ps. xxxix. Itẽ diceret aliquis, Que ergo poterunt seruari, si nesciuntur? Dico ꝙ bene. Illud quod tu scis uel credis esse mandatum dei, serua illud, ne facias contra. Alia autẽ mandata, si habes charitatem, omnia seruantur a te. Augu. dicit, Quicquid patet, & quicquid latet in diuinis co-

in codicibus, totũ tenet qui seruat charitate in moribus. Si ergo fiat questio, quot sunt mandata dei in oĩbus libris? Dico, si uolumus loqui de mãdatis secũdũ quod sunt in ornamentũ aĩe, innumerabilia sunt. Secũda cõditio mãdatorum est, ꝙ sunt in firmamẽtũ gratie. Ecce, quia tãdiu hõ stat in gr̃a dei q̃diu seruat eius mãdata. Rõ, qa gr̃a dei nõ ꝑdit nisi ex p̄c̄õ mortali, si unus hõ haberet omnia p̄c̄tã uenialia mũdi, ꝓpterea nõ ꝑderet gratiã dei. Et qñ dicũt alique glose, ꝙ multa p̄c̄tã uenialia equiualẽt p̄c̄tõ mortali. Nõ est uerũ loquẽdo eq̃parẽter, uel equalẽtiã. Quia si oĩa p̄c̄tã uenialia ponerentur in una parte statere, & unũ mortale ex alia parte, plus põderaret mortale p̄c̄tũ, sed bene dispositiue uenialia equipollent uni mortali p̄c̄tõ, qa faciũt hominem cadere in mortale. Ego inuenio ꝙ hõ potest peccare superbia, auaritia, luxuria, & tamẽ nõ erit p̄c̄tm̃ mortale, sed ueniale. Ideo septẽ p̄c̄tã nõ dicũtur mortalia, sed capitalia. Verbi gratia. Si aliquis superbiat, & quadit ornatus &c. nõ est p̄c̄tm̃ mortale, sed ueniale, sed fit mortale, si ex hoc despicit aliquẽ, uel si ex hoc furatur, uel facit usuras, ut posit incedere põpose, & ornate, tunc est mortale, quia cõtra p̄ceptũ dei. Item si mulier ornet se, & depingat amore sui uiri, ueniale p̄c̄tm̃ est, sed si ex suo excessiuo ornatu uel pictura concupiscitur ab alio, efficiẽ mortale, uel si ex hoc uir pauper habet facere usuras, rapinas, & ipsa mulier ad hoc eum induceret ut posit sic incedere, mortale est. Idem de p̄c̄tõ auaritie, si homo diligit pecunias, & custodit, tale est ueniale, sed qñ homo amore diuitiarum facit usurã, furtum, uel retinet salarium, uel non cõplet testamenta, non soluit decimas, tunc est mortale. Idem de luxuria, quando uir & uxor solũ propter solatiũ actũ matrimonialẽ faciũt, tũc ueniale est seruãdo modum, sed si cogitas de alio, uel de alia, quod etiam si non esset uxor sua, uel uir suus, adhuc miscerentur, uel si mutãt modum, mortale est. Idem de gula, qñ ꝓpter suauitatem uini uel panis homo comedit seu bibit parũ plus, ueniale est, sed qñ hõ inebriatur, & perdit sensum, efficitur mortale, quia cõtra dei mãdatũ. Vel si frãgit ieiunia, uel si ex nimio cibo & potu habet facere luxuriã, efficitur mortale. Idẽ de acidia, posset surgere de mane ad orandũ, & non facit, ueniale est, sed si ꝓpter hoc omittat audire missam in dñica die, mortale est. Idẽ, si hõ non cõfiteaẽ uel communicet in paschate. Sancti doctores diffiniunt diuersimode peccatum mortale. Augustin. in lib. de libero arbi. sic diffinit peccatum. Peccatũ est dictũ, factum, aut concupitum contra legem eternã. Itẽ Ambro. in libro de paradiso dicit, Peccatum est trãsgresio diuine legis, & celestium inobedientia mãdatorũ. Patet igitur ꝙ gratia dei non ꝑditur nisi ex transgressione mandatorum dei. Ideo dicit scriptura sancta, Deus ab initio cõstituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui. Adiecit mandata & precepta sua. Si uolueris mandata cõseruare, conseruabunt te, supple in gr̃a dei. Eccl̃i. xv. Secundum istam conditionem dico ꝙ mandata sunt multa, & non innumerabilia. Vnde a sapientibus possunt sciri & computari. Quia secundum Iosephũ tot sunt mandata q̃t sunt ossa in corpore humano, que sc̄d'm Physicos, qui in hoc inuenerunt, sunt. cclxviij. Tot sunt precepta affirmatiua legis dei inclinãtia ad opus bonum. Et sicut corpus sustinetur osibus, ita anima diuinis mandatis. Ideo Iudei, quando orant, omnia mẽbra mouẽt, quia quot sunt precepta, tot ossa mouentur, quasi dicendo cũ Dauid, Oĩa ossa mea dicẽt dñe, quis siĩis tibi? p̄s. xxxiiij. Diceret aliquis, Licet sciamus naturã istorũ mãdatorũ, tñ nescimus quot sunt, quomodo ergo pñt seruari? Rñsio, sicut scitis quot ossa habetis, licet non uideatis ea, que nihilominꝰ sustinent corpus, sic ista precepta, si gratiam habetis intra, uos sustinebunt, & gratia dei docebit uos quid faciendum sit, & quid uitãdum. Vos unctionem quam accepistis. i. gratiam ab eo, maneat in uobis, & non necesse habetis ut aliquis doceat uos, sed si

cut

cut unctio eius docet uos de oībus. Nō scripsi uobis quasi ignorātibus ueritatē, sed quasi scientib⁹ eā, & qm̄ oē mendacium ex ueritate nō est. Quis est mendax nisi is, qui negat qm̄ Iesus non est xp̄s. j. Ioā. ij. Si ergo fiat questio, Quot sūt mādata dei? R̄n̄sio, si uolumus loqui de eis, inquātū sunt firmamētū gratie, sunt tot quot ossa sunt ī corpore. Tertia cōditio mādatorū dei est, ꝙ sunt utilia ad operationē meritoꝝ. Si em̄ uolum⁹ mereri coram deo, oportet seruare eius precepta. Questio est de quo habemus maius meritū, uel de illo qđ facimus uolūtarie & ex deuotione, an de illo qđ facimus ex mādato dei. Verbigr̄a. Hodie nō est ieiuniū ex p̄cepto, si nō ieiunat hodie, & alia die ieiunat ex mādato, quod erit maius meritū? Multi dicūt qđ scilicet ieiuniū uolūtariū sit magis meritorium, falsum est, qa nō habet rōnem meriti, nisi unū, scilicet qa facitis bonū op⁹, sed preceptū habet duas rationes meriti. Prima obedientia seruādi preceptū. Sc̄d'a, qa est op⁹ bonū. Hic patet pc̄tm̄ multoꝝ, qui dimittūt illa que debēt facere ex dei mādato, & seruant ea que uolūtarie receperūt, dimittūt em̄ ieiuniū eccl̄ie, & seruant ieiuniū isti⁹ uel alterius sc̄tī ex deuotiōe. Alij dicūt, Eleemosyna est melior q̄ ieiuniū, qa dare eleemosynā est uolūtariū, & ieiunare ieiunia eccl̄ie est p̄ceptū, & sic negligūt ieiunia eccl̄ie, & omittūt nō habentes causam rōnabilem, & sine p̄lati autoritate, quare dānant̄, ēt si darēt tātā eleemosynā, ut redimerēt oēs captiuos. Itē multi religiosi nō seruāt ieiunia sui ordinis, & semel in hebdomada ieiunāt in pane, & aqua, uel in uigilia sanctorū, qui nō h̄nt uigiliā ieiunant, & qui h̄nt uigiliam nō ieiunant, qui recipiūt deuotionē, & omittūt dei ordinationem. Sed hoc nō sufficit. Propter hoc dixit xp̄s Iudeis, Ve uobis scribe & pharisei, hypocrite, qui decimatis menthā, & anetū, & cyminū, & relinquitis que grauiora sunt legis, iudicium, & mīam, & fidē. Hec oportuit facer̄, & illa nō omittere. Mat. xxiij. Iā m̄lti cl̄ici sunt, qui nō dicunt officiū, uel si dicūt, dicūt festinanter, ex alia parte dicūt psalmos, uel orationē sancti Augustini, sed male faciūt in hoc, ꝙ negligunt ea ad que tenent̄, qa maius meritū est seruare mandata dei, & ordinationē eius, q̄ illud qđ est uoluntariū. Dicatur historia ad ꝑpositū, que habet̄. j. Regum. xv. ubi legit̄ ꝙ Samuel qui erat p̄latus ut papa ex parte dei, p̄cepit Sauli, ut iret cōtra Amalechitas, & interficeret oēs homines, & mulieres, & iumenta. Saul autē seruauit de iumentis oues ꝓ sacrificijs. Ad quē Samuel, Melior est obediētia q̄ uictima. Ideo fuit depositus de regno, & habuit malum finē, quia ipemet interfecit se. Voluntarie em̄ fecit & elegit sacrificium, cum haberet mandatum ad oppositum. Ideo si uultis facere sacrificium de corp̄e uestro p̄ p̄niam, non omittatis obedientiam. Caueat uxor, si non placet uiro, portare ciliciū, uel alia, quia uir est dominus corp̄is uxoris. Idem de uiro dicendum est, sed detur uxori aliqua penitentia secrete. Caueat tamen a p̄nia preiudiciali. Idem de seruis uel captiuis dicendum est, ne defraudent dn̄m in seruitio. Reddite que sunt Cesaris Cesari, & que sunt dei deo. Mat. xxij. P̄rio ponit Cesār q̄ deus, qa ita uult de⁹ deuotionē, ne faciat iniuriā alicui cōtra dei ordinationē. Patet ergo ꝙ mādata sunt in op̄atione meritoꝝ. Et secūdū istā cōditionē mādata sunt decē, siue ī nūero denario, q̄ sicut. x. digitis op̄amur, ita. x. p̄ceptis meremur. Quinq; sūt principalia, q̄si digiti manus dextre, alia quinq; q̄si digiti sinistre manus. Serua mādata mea, & uiues, & legē meā quasi pupillā oculi tui. Liga eā in digitis tuis, & scribe illā in tabula cordis tui. ꝓuer. vij. Quarta conditio mādatoꝝ est, ꝙ sunt incremēta p̄mioꝝ. Querit. s. Tho. ī ij. ij. ī q̄ stat p̄fectio sp̄ūalis ap̄l̄ica, & sanctitas uite, in obseruantia mandatoꝝ an cōsilioꝝ? Multi errant dicētes ꝙ in cōsilijs, sed nō est uerū, immo stat in obseruātia mādatoꝝ charitatis dei & ꝓximi. Consilia autē dicit. s. Tho. solum sunt instrumenta & dispositiones perueniēdi ad perfectionē sp̄ūalem

...m. Verbigratia. Consiliũ de pauperta ...Si uis perfectus esse, uade & uẽde oĩa ...bes, & da pauperib⁹. Mat.xix. Dicit ...Tho. ꝙ illud consiliũ est instrumentũ ...cessariũ ut refrigereĩ amor diuitiarũ, ...perueniaĩ ad pfectionẽ charitatis. Cõ ...um est etiã de castitate. Vnde dicitur, ...sunt eunuchi q̃ seipsos castrauerũt pro ...er regnũ celorũ. Mat.xix. Item gladio ...scretionis debem⁹ abscindere omnes ...casiones peccati, recedẽdo a mala so ...etate, que est occasio mali. Nam nõ bi ...ere uinũ forte, non comedere carnes, ...ducere uxorem, sunt instrumenta ad ...utilia, ut subiectis carnalibus dele... ...tionib⁹, cor hoĩs in solo creatore de... ...et. Itẽ fugere dignitates, p̃lationes, ...siliũ est. Mat.xx. Quicunq; uoluerit ...uos maior fieri, fiat ut minister. Per... ...fectio ergo xp̃iana plus stat in obseruan ...mãdatorũ dei, q̃ cõsiliorũ. Aut. Finis ...cepti est charitas. j. Ti. j. Alia auto. est ...phos Dauid in p̃o. cxviij. Omnis cõsum ...mationis uidi finẽ. i. perfectionis, latum ...mandatũ tuũ nimis. Secundũ istã condi... ...tionem mãdata sunt duo solum, sicut in ...duabus tibijs ambulamus, ita in sanctita ...te uite duob⁹ mãdatis ambulamus, que ...sunt, Diliges dñm deũ tuũ ex toto cor... ...tuo, & ex tota aĩa tua, & ex tota mẽte ...tua, hoc est maximũ & primũ mandatũ. Secundũ aũt simile est huic, Diliges ꝓ... ...ximũ tuũ sicut teipsum. In his duob⁹ mã ...datis uniuersa lex pendet & prophete. Mat.xxij. Ergo si fiat questio, Quot sunt ...mandata? Rñdeo. Si loquimur de man... ...datis inquantũ sunt incrementũ p̃mio... ...dico ꝙ sunt duo. Quinta cõditio mã ...datorũ est, ꝙ sunt regula & norma uite, ...si uult regere uitã suã secũdũ intelle... ...ctũ naturalẽ solũ, uel secũdũ sensualita... ...tem, uel secũdũ cõsuetudinẽ malã aliorũ, ...uel patrie, ut de foris uel ferijs in dieb⁹ ...festiuis, deficiet & peccabit. Et si dicatur, ...Rex priuilegiat &c. Solutio. Rex nõ põt ...dispẽsare contra dei mandata. Ideo dicit ...Christus: Si uis ad uitã ingredi, serua mãdata. Mat.xx. Non dicit, serua inclinationes, uel serua cõsuetudines. Et iuxta istã con-

ditionem nõ est nisi unicũ preceptũ, sicut nec in toto corpore nõ est nisi unũ caput, a quo ꝓcedit tota gubernatio hominis, quia ibi sunt omnes sensus, & iudiciũ rõnis, & imaginatio, & sic tota regula moralis uite reduciĩ ad unicũ preceptũ, qđ est, Omnia quecunq; uultis ut faciãt uobis hoĩes, & uos facite illis. Hec est enim lex & ꝓphete. Mat.vij. Si habes seruitores & inimicos, nõ uis ꝙ seruitores uadãt ad loquendũ, uel habeãt consilia cũ eis, uel ꝙ recurrant ad eos in suis necessitatib⁹ te despecto, ideo nõ uadas ad uitia &c. Item nõ uelles ꝙ seruitores tui loquereĩ malum de te, ideo nõ sumas nomen dei tui in uanũ. Itẽ uelles ꝙ seruitores tui, quibus das ꝓuisionẽ, seruiãt tibi, iõ tu in dñica seruias dño tuo. Itẽ si uis ut filij tui honorẽt te, tu honora parẽtes, & sic de alijs. Patet ꝙ istud p̃ceptũ est caput aliorũ. De isto di. the. Sicut manda. d. mihi pater, sic facio.

Dñica xix. post trinitatem. Sermo. j.

ASCENDENS Iesus in nauiculam, trãsfretauit, & uenit in ciuitatem suã, Verbũ istud habeĩ originaliter Mat.ix. & recitatiue in euãgelio hodierno. Item sermo in p̃nti erit huius dñice, & habebimus mediãte dei gratia multas bonas doctrinas speculatiuas ad illuminationẽ intellectus, & morales ad nostre instructionẽ uite. Saluteĩ uirgo Maria. In sancto euãgelio hodierno declarantur tria magna de domino & saluatore nostro.

Primo presentia gratiosa.

Secundo clementia copiosa.

Tertio potentia uirtuosa.

In his tribus stat totũ euãgeliũ hodiernũ. Et de p̃io. s. de p̃sentia gratiosa, quia gratiose se ostẽdit in quadã ciuitate, de hoc dicit thema, Ascẽdẽs Iesus in Naz. in qua. s. desiderabaĩ. Ex quo Christ⁹ incepit predicare, noluit quiescere in una ciuitate, seu in una uilla, sicut sol nõ quescit ex quo oritur, quia si quiesceret in una parte, nõ illuminaret ĩ alia, nec calefaceret, nec fructificaret. Ita de Christo,

 qui

qui uenit ad illuminandũ in fide catholica, ad calefaciendũ in deuotiõe, & fructificandum in operibus pnĩe. Iõ laborabat non solum per terram, sed etiã p mare. Iõ dicit, Ascendẽs Iesus &c. Nota ciuitatẽ suam, scilicet conuersationis, qa licet esset dñs omnium, noluit tñ habere ciuitatem ppriam, sed qa illa ciuitas Capharnaũ erat maior & principalis in puincia Galilee, in qua xp̃s incepit predicare, ut dicitur Mat. iiij. Et qa in illa conuersabatur, reputabatur ciuis illi⁹ ciuitatis, queẽadmodũ dicitur de aliquo oriũdo uel habitante in aliqua ciuitate, Ecce ciuitas ura. licet parum ibi habeat, qa imperatoris est uel regis. Ita de xp̃o, & hoc tangit homilia hodierna dicẽs, Creator rerũ orbis terre dñs, postq̃ se pter nos angustarat in carne, cepit habere humanam p̃riam, cepit Iudaice ciuitatis eẽ ciuis. Et de hoc ad literã loquitur the. Ascẽdens Iesus in nauiculam, transfretauit, & uenit in ciuitatem suã. Modo intremus secreta. In uerbo thematis tãgũtur nouem secreta magna.

Primum incarnationis.
Secundum conuersationis.
Tertium passionis.
Quartum resurrectionis.
Quintum ascensionis.
Sextum gubernationis.
Septimum iustificationis.
Octauum iudicialis examinationis.
Nonum in celum regressionis.

Dico prĩo ꝙ oñdit secretũ sacre incarnatiõis, cũ dicit, Ascẽdẽs &c. Scd'm istam expositionẽ nauis est natura hũana. Rõ, qa ad formã nauis habuit prã strictã in principio generis hũani, nã solũ habuit duas tabulas. s. Adã & Euã, in natura gr̃e dei firmãtis. In medio. s. i xp̃i aduẽtu fuit lata, qa tũc credit fuisse maior mltitudo gẽtiũ, & extũc, quasi in fine, angustat, qa mũdus depp̃rat pter guerras & fames &c. De ista naui dicitur puer. ult. Facta est quasi nauis institoris. In istã nauẽ ascẽdit xp̃s, qñ in utero ṽginis assumpsit naturam humanam. s. corpus & aĩam. Not. dicit ascendit, & non dicit intrauit. nos oẽs intramus in istã nauẽ per portã sentine cum pc̃tõ, sed xp̃s nõ sic, sed aicẽdit &c. Et trãsfretauit, & uenit in ciuitatẽ suam. s. in mundũ, licet non cognouerunt eum. In ppria uenit, & sui eum nõ receperũt. Io. j. Scd'm secretũ est de sua ṽtuosa cõuersatione, secundũ hoc tunc nauis est pnĩa. Rõ ut supra. qa pnĩa a principio est stricta, qñ hõ incipit penitere, ualde penale est, sicut est ieiuniũ, ciliciũ, uigilie &c. Sed paulatim dilatatur, qa nõ tm̃ grauant pnĩe, qñ homo est assuetus, sed in senectute stringitur pter tedium, licet non tm̃ q̃tũ a principio. De hac xp̃s Mat. vij. Intrate per angustã portam. De ista potest etiã dici illud puer. vl. Facta est quasi nauis institoris, de lõge portãs panẽ suũ. i. merces animarum. Ista nauis est de tribus coopertũris.

Prima est tristitia contritionis.
Secunda confessionis.
Tertia satisfactionis.

Iõ xp̃s, Pnĩam agite. i. intrate in nauim pnĩe, appropĩquabit enim regnũ celorũ. Mat. iiij. In istã nauim ascendit Iesus statim. s. in natiuitate, qa nõ in palatio, seu in domo, nec in camera, sed in diuersorio uoluit nasci, & in hyeme, & nõ legit ꝙ ibi eẽt ignis &c. Sed ṽgo Maria posuit eũ in p̃sepio. Dicũt aliqui doctores, ꝙ hoc iõ fecit, ut in capite calefieret ab anhelitu bouis, & in pedibus ab asino. Item fuit receptio circũcisiõis. Itẽ fuga exilij in Egyptũ. Itẽ iuit per terram, & per mõtes, dormiuit super terram. Ascẽdẽs Iesus in nauiculam. i. in altiori gradu pnĩe, quã unq̃ fuerit. xxxiij. annis nauigauit, & uenit in ciuitatẽ suã. s. Hierl'm, ad portam passionis. Rõnem assignat Lucas euãgelist. di. Non capit sup. scriptũ pphetam. i. xp̃m perire extra ciuitatẽ Hierl'm. Luc. xiij. Tertiũ secretũ est de sua benedicta passiõe, secũdũ hoc nauis est crux. Ratio, quia si crux filo liniaretur, faceret figuram nauis, cum ista oportet nos nauigare ad celum. Si quis uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Mat. xvj. In istam nauim ascendit Iesus in monte Calua

[Cal]uarie, qñ fuit sibi dictũ, Iesu exue te, denudatus remãsit totus excoriatus, [&] fuit sibi dictum, Proijcias te sup lignũ [a]rum & strictũ, tunc xp̃s incepit naui-[ga]re mare mortis, & uenit in ciuitatem [i]inferni. Dñs uniuersorũ tu es. Hester [...]. Quartũ secretũ est de sua resurrecti-[on]e gloriosa. Secũdũ hoc nauis fuit cor[pus] mortuũ, qđ erat in monumento, & [in] die resurrectionis aĩa bñdicta ascẽdit [n]auim corporis, & trãsfretauit, & uenit [in] ciuitatem suã. s. in gloriã immortalita[tis]. Ideo hec oportuit pati xp̃m, & ita in-[tr]are in gloriã suã. Lu. vl. Quintũ secre-[tu]m est de sua mirabili ascensione. Secũ[du]m hoc nauis fuit societas animarũ san[cto]rũ, & ascendit primũ, & anime seque[ba]ntur, & uenit in ciuitatẽ suã. s. paradi-[si], de qua persona sua dicitur, In ciuitate [s]anctificata similr̃ requieui. Eccli. xxiiij. [Sex]tũ secretũ est de sua mũdiali guber-[na]tione. Secundũ hoc hostia est nauicu-[l]a, in quã ascendit xp̃s statim dictis uer[bis] consecrationis, & uenit in ciuitatem [.s.] ecclĩam xp̃ianã. De qua Dauid, Glo[r]iosa dicta sunt de te ciuitas dei. Quia [ip]se quotidie uenit, secundũ q ipe pmi[sit], Ecce ego uobiscũ sum &c. q̃diu dura[bit] mũd[us] tacim, & mũdus durabit, & in [ill]a die in qua deficiet mũdus, finiet. Se-[pti]mũ secretũ est de humanali iustifica-[tio]ne, & secũdum hoc nauis est consciã [hu]mana, que ad figurã nauis facta est, qa [in] principio. s. puericie, hoĩes strictã hñt [con]sciam, sed post modicũ dilatat in uiri[li] etate, in senectute aũt redit ad puerilem [...] & in istã ascẽdit xp̃s, qñ homo con[u]ertitur, qñ eñ homo stat in pc̃tĩs, tũc in [ist]a naui nauigat diabol⁹ cũ uento Aqui[l]onario, ut ducat ad portum inferni, sed [qñ] pc̃tõr recognoscit se, & malam uitam [qu]am tenet, di. O miser, ego sum religi-[osu]s &c. tũc xp̃s ascẽdit in nauim consci[en]tie, & uenit in ciuitatẽ suã, portãs pso[n]am ad portum & ciuitatem bone uite. [De] qua Eccl̃s. ix. Ciuitas parua, & pauci [in] ea uiri, qa pauci sunt modo qui tenẽt [bon]am uitam. Si in uno monasterio un⁹ [...], multũ est. Idem in uno collegio cl̃ri-corum. Idem in una uilla, si sit unus uel una, multũ est. Octauũ secretũ est de iudiciali examinatiõe. s. in iudicio, secũdũ hoc nauicula erit nubes. Tunc uidebũt filiũ hoĩs ueniẽtẽ in nube Lu. xxj. Transfretabit de celo, & ueniet in ciuitatẽ suam. s. uniuersitatẽ oĩm gentiũ p examinationem di. Ecce quid feci ego p uobis, oñdens uulnera ut stellas fulgẽtes, & unus angelus portabit crucem, alius clauos, alius coronã, alius lanceã, alius spõgiam, di. Quid fecistis uos pro me? Ibi erit dolor illis qui nihil poterũt ostendere. Nonũ secretũ est de regressu eius ad celũ. Postq̃ cõtra malos dederit sentẽtiã di. Discedite a me maledicti &c. Mat. xxv. tũc subito terra aperiet, & absorbebit eos, & claudent in inferno, & ĩ igne, & in fumo &c. etiã si alie pene nõ essẽt ibi, maxima & inestimabilis esset miseria, & post hoc ascendet xp̃s in nauiculã eccl̃ie triũphãtis, in quã ascẽdet eternaliter regnando, & ueniet in ciuitatẽ suã. s. paradisi. Nomẽ ciuitatis ex illa die dñs ibidem. Amen. Ezech. vj. Ecce quare dicit, Ascendit in nauiculam, & uenit in ciuitatem suam. Quare tota fides xp̃iana consistit hic. Dixi scđ'o q ostenditur de xp̃o clementia copiosa, cũ dicitur, Et ecce offerebãt ei paralyticũ. usq;, peccata tua. Marci. ij. dicitur q portabatur a quatuor. Ex deuotiõe portabant eũ ad xp̃m, qui tot mirabilia faciebat. Quorum fidẽ ut uidit xp̃s, dixit paralytico, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. In hoc innuit xp̃s, q ille ex peccatis infirmabatur. Ideo dixit, Confide. s. de sanitate obtinenda. Remittuntur tibi peccata tua, que. s. sunt radij infirmitatis tue. Ac si diceret medicus infirmo, postq̃ esset bene purgatus, Cõfidite, qa uos estis sanatus, qa mala materia iã expulsa est. Dicaĩ hic qũo oẽs infirmitates ueniũt ex pc̃tĩs, qa si nõ fuisset pc̃tũ Ade uł Eue, nũq̃ fuissem⁹ infirmi, nec senes, & ĩ morte celũ ascẽdissem⁹. Sed ex pc̃tĩs porta fuit aperta ad ĩfirmitates, & miserias &c. Iõ qñ hõ patit, statĩ debet accusaĩ seipm ex aliq̃ pc̃tõ dicẽs, Venit ex pc̃tõ mihi ista infirmitas,

quia deus nõ delectat̃ in tribulatiõe creature. Iõ statim debet recipere purgationẽ. s. cõfiteri, qa ex quo radix infirmitatis eijcit̃, hõ curat̃, al's sanitas nõ obtinerẽt. Iõ medici habẽt pceptũ sub pena peccati mortalis, ut ante oĩa faciãt cõfiteri infirmũ, priusquã recipiãt eũ in cura. extra de peñ. & re. cũ ĩfirmitas. Et esset bonũ, ꝙ anteq̃ ad eũ accederẽt, facerẽt eũ confiteri, ne post diceret infirmus, Ego sum mortuus, & anima curata. Leuiꝰ curatur corpus. Sed medici aliqui, proh dolor, nõ seruãt modo istã practicã, iõ &c. Sed xp̃s ut bonus medicus ꝓuidit prĩo aĩe, remittendo peccata, & post curauit corpus. Iõ Greg. Nulla nocebit aduersitas, si nulla dñet̃ iniquitas. Sed est hic q̃stio. Si infirmitas uenit ex pctõ, quid dicemus de pueris, qui nunq̃ peccauerũt, & tñ infirmant̃? Rñdeo ꝙ est multoties ex pctĩs parentũ, quia qñ puer patit̃, ipsi puniunt̃ ex dolore. Itẽ pueri ẽt cõcipiuntur in pctõ originali, ad qđ sequunt̃ iste penalitates. Sed est remediũ. Nã sicut faciunt isti dñi, qñ puer patit̃ febres, nutrix facit dietã, qa creatura, hoc est puer, nõ posset. Ita debetis uos parẽtes facere dietã penitẽtie, cõfitendo &c. Et si sanitas sit utilis puero, deus dabit. Moraliter hic super hoc qđ dicit̃ Mar. ij. ꝙ a quatuor portabat̃ ille paralyticus, & amore illorũ xp̃s curauit ipsum. Ideo dicit, Vidẽs Iesus fidẽ illorũ &c. Paralyticus est peccator, in pctõ mortali existens. Rõ, quia sicut paralyticus nõ põt se iuuare, nec aliquid facere, sic nec peccator põt facere opera meritoria. Licet põt ieiunare, eleemosynã dare, uel alias &c. tñ nõ sunt ibi meritoria. Auto. Me oportet opari opa eiꝰ qui misit me, donec dies est. Veniet nox. s. culpe, quando nemo põt operari. s. meritorie. Io. ix. Diceret aliquis, Ergo secundũ hoc qñ ego sentio me in peccato mortali, melius erit ut dimittã ieiuniũ, uel alia opa &c. ex quo nõ sunt meritoria. Dico ꝙ nullo modo sunt dimittenda, imo addenda sunt etiã alia. de pe. dist. v. falsas. Ratio, Licet nõ sunt meritoria grĩe, tñ ꝓficiunt ad multa alia. s. ad oĩa pericula uitãda, ad habẽdũ pacẽ, sanitatẽ, diuitias, bonã famam, amicitiã dñorũ, & qđ magis est, trahunt hoĩem de peccato. Ideo nõ sunt dimittẽda. Sed dicere debet intra se peccator, O miser, ego peccaui occasione mũdi, uel ex inclinatione carnis, seu tentatione diaboli, tñ nõ dimittã bona opera, quia ex istis uos dñe extrahetis me de pctõ &c. Sed glorie nõ sunt meritoria. Verbi gratia. Qñ aĩa uenit ad portã paradisi, & xp̃s dicit, Videamus quantũ tibi debet. & de operibus oĩbus factis in gratia dat remuneratiõnẽ. Sed de illis factis ĩ peccato, dicet, Illa nõ recipio in computo. Nam tibi satisfeci ꝓ illis in uita. Verbi gratia. De beata Magdalena, uel de beatis, Paulo, & Mattheo, qui aliquãdo fuerunt in peccatis, & faciebant multa bona opera de genere. Et qñ aĩa Magdalene uel Pauli uenit ad cõputũ cum xp̃o, dicit Christus, Tibi do gloriã tantã, qa tali die fecisti hoc & hoc, & etiã anima contentat̃, & regratiat̃ deo. Sed si uellet petere salariũ de factis, uel operibus factis in peccato mortali, diceret xp̃s, Nõ, quia in ira mea fecisti. Ideo dixit Iesus, Ego sum uitis uera, & uos palmites, qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructũ multũ, quia sine me nihil potestis facere, s. meritorie. Ioã. xv. Paralyticus est ergo ille qui stat in pctõ mortali. Nõ uideamus quõ curabit̃. Nam si debet curari, oportet ꝙ portet̃ a quatuor. Religiosus, uel clericus, uel laicus, si debet curari a xp̃o, oportet ꝙ a quatuor portetur. Quatuor portantes religiosum paralyticũ sunt, Obediẽtia gñalis, paupertas ap̃licalis, castitas angelicalis, diligentia cerimonialis. Quatuor portantes paralyticũ clericũ sunt, Casta cõuersatio, deuota laudatio, sctã celebratio, bona edificatio. Quatuor portãtes laicũ, Oratio quotidiana, missa dñicalis, cõfessio quadragesimalis, cõio paschalis. Et tali dicet̃ a xp̃o, Confide fili, remittuntur tibi &c. Dixi tertio ꝙ ostenditur de xp̃o potentia uirtuosa. Postquã xp̃s dixit paralytico, Confide &c. Pharisei & doctores ini-

inimici xpi, qui erant ibi, non auden
loqui, adinuicem ore in corde dixe-
: Hic blaſphemat. Xp̃s autẽ oſtendit
eſſe uerũ deũ & hoĩem. Verum deum
hoc, quia cognouit corda eorũ, quod
proprium deo, nos uero poſſumus co-
gnoſcere faciẽ, ſed nõ cor. j. Reg. xvj. Ho
uidet ea q̃ apparent, dñs autẽ intue
cor. Autoritas. Prauum eſt cor hoĩs,
inſcrutabile, quis cognoſcet illud? E-
go dñs ſcrutans corda. Hier. xvij. Cũ er-
go uidiſſet Ieſus cogitationes eorũ, di-
xit, Vt quid cogitatis mala in cordibus
ueſtris? Quid eſt facilius dicere? Dimit-
tuntur tibi pc̃tã tua. an dicere, ſurge & am
bula &c. Ecce quõ oſtendit ſe eſſe uerũ
deum. Iſtud ſignũ eſt Eſaie de Meſsia di
centis, Deus ipſe ueniet, & ſaluabit nos.
Tunc aperient oculi cecorum, & aures
ſurdorũ patebunt. Tunc ſaliet ſicut cer-
uus claudus. Eſa. xxxv. Ecce potentia uir
tuoſa. Moraliter hic ſuper hoc, qđ dixe-
runt Iudei cõtra deum, blaſphemat. No-
tandum q̃ duplex eſt blaſphemia. ſ. affirmatiua
& negatiua. Affirmatiua eſt, qñ attribui-
tur deo qđ ſibi non cõuenit. Negatiua,
negando de deo qđ ſibi cõuenit. Verbi
gratia. Vt intelligatis, & melius caueatis
quales blaſphemie ſint inter uos quãdo
iuratis de deo caput, cor &c. cũ enſe. ſ.
lingua ad modũ enſis facta, tunc eſt blaſ
phemia affirmatiua, quia attribuit deo
qđ ſibi non cõuenit. ſ. diuidi mẽbratim,
& uulnerari. Itẽ tales plures cõmittunt
blaſphemie per ludũ taxillorũ. Negati-
ua blaſphemia eſt, cũ dicitur, Ego deum
renego ſi facio, quia tollis deo fidelita-
tem quam ſibi debes ꝓ uana curioſita-
te. Non oportebit talibus uim facere tẽ
pore antixp̃i, quia iam ſunt aſſueti ad ne
gandũ Item in ludo dicit, Non põt deꝰ
facere q̃ ante ueniat zinck quã deux es.
Vultis ſcire qđ peccatũ eſt? Legitur. iij.
Reg. xix. Et Eſa. xxxviij. Dicatur hiſtoria
de Sennacherib rege de blaſphemia ne-
gatiua, quam dixit, Non põt deus ueſter
hoc facere quod liberet uos de manibꝰ
meis? & ex hoc mortui fuerunt. clxxxv.
millia. Ex iſta pena patet grauitas pecca
ti. Ideo non mirum, ſi habetis malũ tem
pus &c. imo miror quõ inuenitis aquã
&c. Ideo amore dei corrigatur, & fiat or
dinatio contra iuramenta, & ludos. Vn
de ſcriptura dicit, Domine maledicti e-
runt qui contempſerint te, & condem-
nati erunt omnes qui blaſphemauerint
te. Thobie. xiij.

Dominica. xix. poſt trinita. Sermo. ij.

COnfide fili, remittũtur
tibi peccata. Matth. ix.
Iuxta hoc thema uolo nũc
declarare omnes rationes
quas habemus confitendi
de deo in oĩbus neceſsitatibus noſtris,
& habendi gratiam dei in hoc mundo, &
gloriã in futuro. Credo q̃ erit bona ma
teria & utilis. Salutet̃ uirgo Maria. To-
ta ſcriptura ſancta clare, & manifeſte di-
cit & oſtendit q̃ nos debemus ponere
totam noſtram ſpem & fiduciam in ſolo
deo, & non in creaturis. Rõ, quia omnia
bona q̃ ſunt in hoc mundo, & fiunt, ſunt
a ſolo deo, tanq̃ a cauſa effectiua & prin
cipali. Creature autẽ nõ ſunt niſi inſtru-
menta, quibus mediantibus deus opera
tur. Licet ſine illis poſſet illa facere, ſed
utitur creaturis tanq̃ inſtrumentis, ut ſar
tor utitur acu, filo, urna, & alijs. Et quam
uis hoĩes nõ poſſent ſine creaturis ope-
rari. Autoritas. Diuiſiones operationũ
ſunt, idem uero deus, qui operat̃ oĩa in
oĩbus &c. j. Cor. xij. Et cõcordat autori-
tas ueteris teſtamenti di. Dñe dabis pa-
cẽ nobis. Omnia enim opera noſtra ope
ratus es in nobis. Eſa. xxvj. Oratio opus
noſtrũ eſt, ſed deus mouet linguã. Idem
de contẽplatione, ieiunio, uel peregri-
natione. Magiſter eſt bonus, qui malo
inſtrumẽto facit bonũ opus. Hoc funda
mento facto, ſi tu ſpas aliquid a creatu-
ris, uel ſanitatẽ a medico, nec ſpes in me
dico, nec cõfidas, ſed in deo, qui median
te medico uult te curare. Itẽ noli cõfide
re in agris, uineis, nec in bonitate tp̃is,
pluuia, uel ſole &c. tota fiducia debet eſ
ſe in deo, & non in inſtrumentis, quia
ſtulticia eſſet. Ecce quare tota confiden
tia debet eſſe in deo, & nõ in creaturis,

 que

que sunt sicut instrumentũ. Patet doctrina. Autoritas. Dauid loquens de personis, de quibus cõfidunt gẽtes, dicit, Nolite cõfidere in principibus, neq; in filijs hoĩm, in quibus nõ est salus. ps. lxv. Hoc dicit cõtra illos, qui uolunt hr̃e officia, dignitates, honores &c. & cõfidunt de amicitia dominorũ & principũ, Nolite cõfidere in principibus &c. quia hodie uel cras pñt deficere &c. Iõ sequit̃, Exibit spũs ei⁹. s. principis, & reuertet̃ in terrã suã, in illa die peribũt oẽs cogitationes eorũ. s. qui in principib⁹ cõfidebãt. Btũs cui⁹ de⁹ Iacob adiutor ei⁹, spes ei⁹ &c. Qui aũt oppositũ facit, maledicit̃ in scriptura sctã. Hec dicit dñs. Maledictus hõ q̃ cõfidit in hoĩe, & ponit carnẽ brachiũ suũ, & a dño recedit cor ei⁹. Hiere. xvij. Sed ille q̃ totã spẽ ponit in creatore, benedicet̃. ibidẽ, Bñdict⁹ uir q̃ confidit in dño, & erit dñs fiducia eius &c. Iõ dicit thema, Cõfide fili &c. Modo ĩ una parua summa ego epilogaui oẽs rationes, q̃ eleuãt & excitant cor creature ad confidendũ in creatore, & sunt septem,

Prima est fidelis integritas.
Secunda cordialis puritas.
Tertia lachrymabilis ubertas.
Quarta timoralis scrupulositas.
Quinta misericordialis largitas.
Sexta doctrinalis sedulitas,
Septima uirtualis firmitas.

Primo dico ꝙ prima rõ q̃ mouet cor ad cõfidẽdũ de deo est fides ĩtegra, qñ. s. hõ tenet fidẽ catholicã integre in corde, nõ dubitando in aliquo articulo, talis eleuat cor ad cõfidendũ, ꝙ obtinebit a deo quod petit. Rõ, quia uasalli & subditi fideles ualde confidunt de potentissimo dño suo diligente populũ, secus de infidelibus. Cum autẽ xps sit potentissim⁹, omnia potens, & sic uirtuosus, nulli dubium esse debet, quin diligat populum suum, quia probatio dilectionis est exhibitio operis, secundũ Greg. Solũ ergo restat ꝙ nos simus fideles sibi, & obtinebimus illa q̃ petimus ab eo. Hec fidelitas consistit in duodecim articulis fidei. Sicut enim rex uel dñs facit capitula cũ uasallis, ita xp̃s facit nobiscũ duodecim capl̃a in Credo cõtenta. Dicat̃ semel cũ protestatione. Si ista capl̃a seruamus, fideliter cõfidere debemus & possum⁹ de eo. Autoritas. In xp̃o Iesu dño nr̃o habemus fiduciã, & accessum in cõfidentia p̃ fidẽ eius. ad Ephe. iij. Nota, fiduciã habemus, qñ fidẽ integrã in corde tenemus, & confidentiã, qñ fidẽ ore cõfitemur in quolibet die mane & sero. Secundo eleuat & excitat cor ad confidendũ de deo cordialis puritas, qñ creatura non sentit in se pctm̃, de quo nõ fecerit pniam, & non fuerit confessus. Talis puritas dat magnã confidentiã. Rõ, quia quilibet cõfidit de amico dilecto & potenti, in quẽ nõ cõmisit offensam, & in necessitatib⁹ recurrit cõfidenter ad eum, secus si reputet eum offensum, quia forte diceret, uadatis. Ita est & de xp̃o, qñ sentim⁹ nos esse in pctõ. Si autẽ de preteritis pniam fecimus, confidere possumus, quia amic⁹ cordialis noster est, di. Vos amici mei estis, si feceritis q̃ ego p̃cipio uobis. Io. xv. Nota, si feceritis que ego p̃cipio uobis. Volo uos auisare de quinq;, q̃ precepit, q̃ tangunt honorẽ suũ. Primo ꝙ non sustineatis diuinos, nec sortilegos, quia hoc est de directo contra diuinã maiestatẽ. Vultis hoc cognoscere? capiatis simile. Si unus Agarenus ueniret huc, qui attraheret uasallos regis ad regẽ Agarenorũ, quid faceretis de illo? Si diuinus subtrahit hic gentes a xp̃i obedientia, ut obediant diabolo. Ecce preceptum dei, Anima q̃ declinauerit ad magos, & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponã faciẽ meã contra illã, & interficiã illam de medio ppl̃i sui &c. Leui. xx. Secũdo precipit ꝙ nomẽ suũ honoret̃, sicut de notabili persona homo loquit̃ cum honore. Tertio non debetis iurare in uanũ, nõ falso mõ ꝓ quocunq; lucro, quia parum lucrat̃ qui perdit aĩam suã. Ideo prouidere debetis ne nomen dei iuretur. Dñatores ppl̃i mei inique agũt, dicit dñs, & iugiter tota die nomen meũ blasphematur. Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa, quia ego ipse qui

loque-

Simile est reg.cel'.&c.Dico prĩo &c.Pro
intellectu huius thematis & humilitatis
diuine sciẽdum,ꝙ incarnatio cõparatur
matrimonio,& dicitur matrimoniũ, qa
tanta fuit unio & cõiunctio humanitatis
cum filio dei,ꝙ humanitas & diuinitas
non sunt nisi unũ in supposito hypostasi
& psona.Nõ credatis ꝙ humanitas sit u-
na psona,& diuinitas alia,sed sicut uir &
uxor.Ita iam nõ sunt duo, sed una caro.
Mat.xix.Ita deus & hõ in xp̃o nõ sunt ni
si una psona,& est articulus fidei, Qui li-
cet deus sit & hõ,nõ duo tñ,sed unus est
xp̃s &c. Mõ dico ꝙ ĩ ista bñdicta incar-
natione deus oñdit maximã humilitatẽ.
Si eñ uultis cogitare dei supioritatẽ &
excellentiã,& hoĩs inferioritatẽ, de⁹ est
altissimus,& sub se habet.x.gradus crea-
turaꝝ naturaliũ,& corpaliũ,&.x.gradus
spũaliũ. Primus gradus creaturaꝝ spũa-
lium altior alijs est Seraphinorum,scd's
Cherubinoꝝ,tertius thronorũ, quartus
dñationũ,quintus ṽtutũ,sextus potesta-
tum,septimus principatuũ, octau⁹ archã
gelorũ,nonus angelorũ, decimus aĩarũ
rõnabilium. Primus gradus creaturarũ
corpalium altior est celũ empyreũ, uel
primũ mobile secundũ aliquos philoso
phos, scd's celũ crystallinũ,tertius firma
mentũ,quartus est elementũ ignis,quin
tus elementum aeris,sextus elementum
aque,septimus elementum terre,octau⁹
de creaturis elemẽtatis sensitiuis,ut aĩa-
lium, & uolucrum, nonus de creaturis
elementatis uiuentibus non sensitiuis,

ut arborũ, decim⁹ de creaturis elemẽtatis, nõ habẽtibus uitã, ut lapides, & ſiĩa, Hõ ṽo eſt cõpoſit⁹ ex aĩa rõnali & luto, & ſic eſt de inferiori gradu creaturarũ ſpũaliũ quãtũ ad aĩam, & corpaliũ quantũ ad corp⁹. Formauit eñ de⁹ hoĩem de limo, & nõ de auro, uel de materia celi, ſed terre, q̃tũ ad corp⁹, & inſpirauit ĩ faciẽ ei⁹ ſpiraculũ uite q̃tũ ad aĩam. Geñ. ij. De⁹ ṽo altiſsim⁹ excedẽs oẽs gradus creaturarũ ſpũalium, & corpaliũ, uoluit hũiliari, nec recipiẽs creaturã ſpũalem, nec corpalẽ in altiori gradu, ſed in minori & ult. gradu. Iõ dicit ſcriptura, Qui cũ in forma dei eſſet &c. Phil. ij. Itẽ nuſq̃ eñ angelos apprehẽdit, ſed ſemẽ Abrahe. ad Heb. ij. Mõ ut melius intelligatis, dicat ſiĩitudo ſiue exẽplũ de rege uolente cõtrahere cũ filia ruſtici & paſtoris, ut exaltaret illud gen⁹. O quãta hũilitas, cũ tñ poſſet cũ filiab⁹ regũ cõtrahere. Ita fecit xp̃s. Noluit eñ recipere creaturã ſpiritualẽ, nec corpalẽ in altiori gradu, ſed uoluit ducere filiã ruſtici ad ſe, ut eã faceret reginã in paradiſo, & exaltaret oẽs creaturas, ſponſalia hui⁹ mr̃imonij facta fuerũt ĩ camera ſiue in palatio uteri uirginalis. De hoc Dauid, In ſole poſuit taber. &c. in p̃o. xviij. Celi enarrant. Nota, In ſole poſuit, quia ſicut inter creaturas uiſibiles ſol eſt pulchrior, altior, & clarior, & uirtuoſior, ſic inter oẽs ſc̃tõs & ſc̃tãs dei uirgo Maria eſt altior in dignitate, pulchrior in ſanctitate, clarior ĩ bonitate, uirtuoſior in benignitate. Et ſicut ſol orit de mane clarus & pulcher ſine corruptione, ita uirgo Maria genuit filiũ dei ſine uirginitatis leſione. Iõ dicit, In ſole. i. in uirgine ex excellentia ſolari & dignitate, poſuit tabernaculũ ſuũ. Virgo dicit tabernaculũ, quia ſicut tabernaculũ intra ſe cõtinet dñm, ita uirgo dei filiũ. Dauid, Sanctificauit tabernaculum ſuũ altiſsimus &c. ſed nuptie nõ fiunt in hoc mũdo, ſed in celo. De hoc dicit the. Simile eſt regnũ celorũ. &c. Nota ꝙ nõ cõparant ille celeſtes nuptie homini ſimplici, qui fecit nuptias, ſed hoĩ regi. Mõ attendatis ad pulchrã ſpeculationem, ut accendatis uos de gloria paradiſi. In nuptijs regalibus nõ ſolũ guſt⁹, ſed & oẽs ſenſus ſatiant, ut uiſus, audit⁹ &c. Idẽ eſt & erit poſt iudiciũ, qñ corpa ſimul cum aĩa erunt gl̃ioſa. Primo in nuptijs regalibus ſatiat uiſus, uidendo ornamẽta pannorũ, uaſorũ auri, & argẽti, intm̃ ꝙ ruſticus ore aperto reſpicit. Mõ cogitetis illud palatiũ celeſte quõ fuit ornatũ, non per hoĩes, nec ꝑ angelos, ſed ꝑ ſanctã trinitatẽ &c. Qñ ſc̃ti uidebũt oculis corpalibus poſt iudicium mirabunt, & dicet xp̃s, Fili, quare nõ cogitabatis ꝙ iſte loc⁹ quẽ ego paui & tãto ꝑcio emi, pulcherrimus deberet eſſe? De hoc Eſa. Tunc ui debis, & afflues, & mirabit & dilatabitur cor tuũ. Eſa. lx. Si aliud nõ eſſet niſi ſola dilectio uiſus, eſſet ineſtimabile gaudiũ. Secũdo ſatiat auditus. Iã ſcitis quot miniſtri, quot cant⁹ &c. in nuptijs regalibus exiſtunt. Mõ cogitate ſi chorde de cithara aut fiſtula &c. tm̃ uos delectant, quid debet eſſe in celo de cãtu angelorũ & uirginum? &c. Dicat de religioſo qui. ccc. annis ſtetit ſine cibo & potu, & non fuit antiquat⁹, audiẽdo cantũ angeli in forma auicule. De iſto cãtu dicit Io. Cãtabat q̃ſi canticũ nouũ añ ſedẽ dei. &c. Apo. xiiij. No. quaſi canticũ nouũ, quia ſicut cantus nouus delectat, ita ille &c. Tertio ſatiat odoratus. Si eñ uiola uel roſa tm̃ fragrat, & de creaturis corruptibilibus orit talis odor, cogitate qualis fragrãtia de corpe xp̃i, de eius uulneribus, & de corpore uirginis Marie &c. intm̃ ꝙ ſi hic eſſet mõ corpus gl̃ioſum, oẽs traheret ad ſe. Nam di. ſ. Tho. exponens Iob ad lr̃am. Iob. xlj. de balena, que eſt tã magnũ animal, quõ & quid comedit? Dicunt enim ꝙ habet anhelitũ ualde odoriferum, & qñ uult comedere, emittit anhẽlitum, & piſces ueniũt ad illam fragranriã, quos ipſa abſorbet. Si ergo de tali beſtia orit talis odor, quid debet eſſe de anhelitu xp̃i, Marie, & ſanctorũ, & ſi aliud nõ eſſet ibi &c. Salomõ q̃ habebat tot odores &c. qñ de⁹ dedit ſibi modicũ ſentire de illo fumo paradiſi, dixit, Trahe me poſt te, & curram⁹ in odore un-

re unguentorũ tuorũ. Cant.j. Quarto satiatur tactꝰ. Dicũt philosophi & alij theologi ꝙ magis delectat sentimentũ tactꝰ, ꝙ alia, iõ decipiunt luxuriosi &c. Dico ꝙ oẽs delectatiões luxurie essent in uno corpore congregate, nihil essent respectu delectationis purissimi & pudicissimi corporis glorificati, que tanta erit ꝙ nõ erit in eo uena, nec os, nec nerui, qn sentiant cõtinue tantã dulcedinẽ ꝙ nõ põt dici. Cogita delectationẽ quã habebũt angeli & ꝟgines, qñ angeli cũ ꝟginibus tripudiabunt, tangentes se ꝑ manus. O qualis delectatio. Auiso te ut sis bonꝰ. De istis tripudijs dicit ecclesia xp̃o, Qui pascis inter lilia, septus .i. circũdatꝰ choreis uirginũ, spõsus decorꝰ gl̃ia &c. Dauid, Adimplebis me letitia cũ uultu tuo &c. ps. xv. Delectatiões huiꝰ mundi q sunt in uisu, auribꝰ, uel gustu, & sunt defectiue, sed in paradiso erũt ꝑfecte & ꝑpetue in oĩbꝰ sentimẽtis. Iõ dicit, Adimplebis me &c. Quinto satiatur hic gustꝰ comedẽdo, bibendo &c. ita in paradiso. Est eĩn ibi cibꝰ & potꝰ etiã corpalis, sed nõ corruptibilis, ut dicit Machometꝰ de lacte &c. qa post iudiciũ habebimꝰ corpora ꝓciosissima. Iã scitis ꝙ in nuptijs regis dant esce ꝓciose, ergo etiã in nuptijs regis eterni. Certũ est ꝙ in iudicio resurgemus cũ corpibus nostris incorruptibilibus, & habebimꝰ intestina intus &c. Et ista intestina nõ erũt uacua, quia nõ est dare uacuũ, ergo plena erũt nõ de uẽto, uel stercore, ul fecibꝰ, siue immũdicijs, sicut mõ. Et di. s. Tho. in. iiij. ꝙ erũt plena dulcissimo liquore a deo creato, claro, dulcissimo, & incorruptibili, nec aliquis erit mãcus, sed oẽs erimꝰ in optĩa ꝓportiõe. Etiã guttur erit plenũ illo liquore, & erit cibꝰ & potꝰ. Vtinã sentiamꝰ hũc saporẽ. Et de isto cibo dicit xp̃s, Ego dispono uobis sicut disposuit mihi pater meus regnũ, ut edatis & bibatis super mensam meã in regno meo &c. Lu. xxij. Not. sicut disposuit, ut .s. cũ laboribꝰ & tribulationibꝰ ad illud ueniret. Ita disposuit nobis ut cũ labore & pnĩa ad illud perueniamus. Si unã guttã ut granũ sinapis illiꝰ cibi deus poneret in ore uestro uel meo, nũq̃ uellemus comedere. Ecce quare dicit, Sil'e est reg. cel'. &c. Iõ dicit Ioã. qui uidit sctõs comedẽtes & cãtantes dicendo, Gaudeamꝰ, & exultemꝰ, & demꝰ gloriã deo, qa uenerũt nuptie agni &c. Apo. xix. Dico secũdo ꝙ in euãgelio tangit puersitas humanalis, de qua dicit euãge. Et misit seruos &c. & ciuitatẽ illorũ succẽdit. Hic dico ꝙ ostẽdit ꝑuersitas humanalis, qa nolebant ire ad conuiuiũ regis. Ista peruersitas est hodie in mũdo. Nã xp̃s rex eternus parauit nobis conuiuiũ nuptiarũ, ut dixit. O quot hoĩes, maxime xp̃iani, sunt ĩuitati. Quilibet eĩn religiosus, clericus, uel prelatus, p̃dicans doctrinã euangelicã, est nũcius dei, uos inuitãs ad conuiuiũ. Sed gẽtes excusant se tripliciter. Quidã per indeuotionẽ spiritualẽ, quidã ꝑ affectionem terrenalẽ, quidã per indignationẽ cordialem. Primi renuũt uenire, quia ad spiritualia nullã habẽt deuotionẽ, nec sentimentũ, imo dicũt, Quid scit hõ de alio mũdo? De his dicit, Et nolebant uenire. Attẽdatis si inter uos sint aliqui de istis. Tales sunt qui diligenter curãt de corpore, & negligẽter de aĩa, qui prandium uel cenã corporis nunq̃ obliuiscunt, sed aĩe frequẽter. Cibꝰ aĩe est oratio de mane & de sero. Oñdat quõ dãda sunt fercula aĩe. Primo hõ orare debet & mẽsam benedicere, dicẽdo Pater nr̃, in quo continent .vij. petitiões, & Aue Maria, attente & deuote, quẽadmodũ hõ loquit regi uel regine. Sil'r de sero. Sed multi nõ curant, nec orant de mane nec de sero, nec orant ante mensam, nec ante cenã. Itẽ ꝓ aĩe refectione debemus festa celebrare, & rebus diuinis & orõnibus, que sunt fercula aĩe, intẽdere. Sed, proh dolor, multi postq̃ laborauerunt ꝑ totã hebdomadã, nesciũt dñicam dare deo. Itẽ sicut quolibet mẽse lauat camisia corporis, ita etiã aĩa lauanda est a maculis. Itẽ in paschate quilibet curat ut bene prandeat, sic etiã cogitare debet de anima, ut cõmunicet digne. Sed dicit apl's, Animalis homo nõ percipit ea q̃ sunt spũs dei.

j.Cor.ij. Secundi negligunt uenire per affectionem terrenalem,ut religiosi,clerici,uel etiã laici,qui plus delectationes carnales diligunt q̃ spũales, & tales de conuiuio paradisi nõ curant. Dicatur fabula de leone faciente conuiuiũ omnibus animalibus.Nuncij uenerũt ad porcum iacentem in luto,& ex parte leonis inuitauerunt ipsum ad conuiuium, qui porcus interrogauit an essent ibi luta. Quibus rñdentibus q nõ, rñdit porcus, Nolo uenire. Ita accidit multis miseris luto luxurie inuolutis, qui ut porci despiciunt gloriã paradisi. De istis dicitur, Illi autẽ neglexerunt ꝑpter delectationes bestiarũ. Tales perdunt delectationes angelorũ, xp̃i, & uirginis, quia noluerunt gustare de istis. Aug. Impij non sentiunt dulcedinem dei, quia de febre iniquitatis palatũ cordis infecerunt. Alij nolunt ire ꝑpter indignationẽ cordialem, nũcios ipsos uocãtes & inuitantes ad hmõi nuptias uerbis & factis calũniãtes. De quibus dicit, Reliqui uero tenuerũt seruos ei⁹,& cõtumelijs affectos occiderunt eos. Primi sunt mali, & secundi, sed isti peiores, quia interficiunt animas. Eccl.xxj. Dentes eorũ.s.obloquentiũ interficiunt aĩas hoĩm. Rex uero cũ audisset,iratus est, & missis exercitibus suis.s.angelis, perdidit homicidas illos, & ciuitatẽ.s.istũ mundũ succendit, quia certi sitis q cõflagrabit iste mundus cito. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usq; ad inferni nouissima. Deu. xxxij. Dico tertio q tangit in euãgelio indignitas meritorũ, cũ dicit, Tunc rex ait seruis suis, Nuptie quidẽ &c. usq; in finẽ. Ex ista parabola nõ intelligatis uos q aliquis expellat de paradiso postquã ingressus est, sicut ille rex expulit illum. Ita cõditionaliter loquendo, si in paradiso inueniret aliquis imparatus, expelleret. Modo facias in consequentiã, si imparatus expelleret, ergo necessariũ est nobis ut preparemur si uolum⁹ illuc intrare. Quod bñ pensandũ est cõtra stultitiã dicentiũ, Si sum p̃destinat⁹, siue ero paratus siue imparat⁹, intrabo. No. q in libro predestinatiõis sic scribit, talis saluabitur & ex tali cã, & sic in libro presciẽtie, talis dãnabit & ex tali cã. In libro p̃destinationis nõ solũ scribit, Petrus talis & talis saluabit, & Bernardus talis saluabit. sed sic, Petrus talis saluabit p ieiuniũ, & talis p orõnẽ, talis uero p eleemosynã, ita q simul scribitur introitus paradisi, & causa quare intrabit. Multi tamen decipiunt, credẽtes q solum nomẽ scribatur in libro predestinationis sine causa, quod nõ est uerũ, sed simul totũ. Item in libro predestinationis nõ solũ scribitur, talis damnabit, sed etiã causa quare talis damnabitur, per superbiã &c. Ideo si nõ uis damnari, caue a causa. Ideo si ille imparatus fuit expulsus, nõ intrabim⁹ nisi preparemus nos. Ergo estote parati. Matt.xxiiij. & Lu.xij. Paratur homo per contritionem &c. & sic homo induitur uestibus nouis, & efficitur dignus intrare ad gloriam.

De eadem dominica. Sermo.ij.

Ecce prandium meum paraui &c. Matth. xxij. Istud uerbũ recitat in euãgelio currentis dñice. Salutetur uirgo Maria. Inter alia uerba sancta que xp̃s dixit suis apostolis in nocte passionis, & quando discipuli erant tristes de suo recessu, Christus eos cõsolans dixit, Vado parare uobis locũ, & si abiero & preparauero uobis locũ, iterum ueniã, & accipiã uos ad meipsum &c. Io.xiiij. Verbum est notabile & dignũ memoria, si cogitatis hoc quod dixit. Nam si aliquis rex debet ire ad aliquẽ locũ, cõiter p̃mittit aliquos ad parandũ prandiũ. Ista practica seruat, & rõnabiliter fit q seru⁹ paret hospitium dño, sed q dñs uadat primo ad parandũ seruis, nunq̃ fuit, imo talis dñs reputaretur pro stulto. Xp̃s uero cũ sua nimia humilitate tenuit istum modũ quod uoluit ire prius ad prandiũ. Ideo dixit, Vado parare &c. Parauit enim locũ glorie cum illis cortinis, tapetis &c. Et cãs inestimabiles.s.predestinationis, glorie, & promisit redire di. Iterum uenio ad uos. Ideo

...eo dicit thema, Ecce prandium &c.q.
...uenite ad nuptias, ad quas uadit hō p
...na opera &c. Inuenio in scriptura ꝙ
...rauit nobis quatuor prandia.

Primum de penitentia euangelicali.
Secundū de eucharistia sacramentali.
Tertium de gratia spirituali.
Quartum de gloria celestiali.

...mū dicitur prandiū funerale. Secun
...dum dicitur prandiū festiuale. Tertium
...randiū dicit sociale. Quartū dicitur nu
...ale. Et de quolibet pōt thema bñ in-
...gi, Ecce prandiū meū paraui. Dico
...mo &c.s. de pnīa euangelicali. In isto
...ndio esce sunt modicū aspere & ama
...opera pnīalia corpori amara, sed sūt
...utilia, & dulcia. Primus cibus est co-
...itio pctōrum, & defectorū propriorū,
...qs habet intra se cū dicit, O miser,
ego sum religiosus &c. ego feci hoc &
hoc, & iam male expendi tps &c. nunq̄
...qs faceret pnīam, nisi de eis haberet
cognitionē & cōtritionē. Secundus ci-
bus est contritio, quia aīs modicū uale-
ret cognitio. Multi eñ cognoscunt pec
cata sua, sed delectabiliter illa cogitant.
Tertius cibus est propositū nō redeun-
di ad pctā, imo citius mori. Quartus ci-
bus est cōfiteri ore, oportet enim proij-
cere corruptionē. Quintus est afflictio
corporis dicendo, Dñe castigo corpus
meū, ne faciatis ipsum castigari a sagio-
nibus inferni. Sextus est deuota orō, co
gitando ꝙ uidetis xp̄m, & uirginē. Septi
mus est restitutio bonorū iniustorum,
respicere bursam & taxiā &c. si est aliqd
de usura &c. Octauus est remittere iniu
rias, si uultis ꝙ deus remittat uobis. Iste
esce sunt parate in euāgelio, & pnīe ama
re sunt corpori. s. magnū nutrimentū, &
magnā refectionē & confortationē dat
aīe. Ideo Dauid regratiando dicebat, Pa
rasti in cōspectu meo mensam aduersus
eos q tribulāt me. ps. xxij. Nota, qui tribu
lant me. s. peccata, demones, tentatiōes
&c. q̄ tribulant nos. De istis escis cōedit
xp̄s, qui tñ nunq̄ peccauit. Istud prandiū
dicit funerale. Cōsuetudo est qñ morit
dñs dom⁹, post sepulturā parētes & ami
ci faciūt prandiū, in quo nō dātur p̄cio-
se esce nec lete, tale prandiū dicit fune-
rale. Ita de prandio pnīe. Pater, & caput,
& dñs hūane nature fuit Adā, & mortu⁹
fuit p pctm̄ mortale, nos ergo filij, ami-
ci, & parentes, quia pctōres ut Adā, feci
mus prandiū pnīe a xp̄o nobis p̄paratū.
Nota secreta, pnīa dicit prandiū aut ce-
na, quia aliqui prandiū faciunt, ut q ma-
ne iuuentutis dāt se pnīe, ut religiosus
iuuenis: alij cenā, qui solū in fine qñ ia-
cent in senectute, in lecto, & medic⁹ di-
cit, mortu⁹ est, tūc petūt cōfessionē &c.
tales recipiunt pnīam p cena, tñ si uera
pnīa est, saluantur. Sed est difficultas, &
difficile ꝙ tunc pñt comedere de cibis
pnīe. Difficile enim est de primo cibo,
qui est cognitio pctōrū, & propriorum
defectuū, comedere, quia tales infirmi
impediuntur cogitatione & cognitione
pctōrū p dolore infirmitatis. Itē nec pos
sunt tales infirmi faciliter comedere de
secūdo cibo istius prandij, qui est con-
tritio, nec de tertio, qui est propositum
nō redeūdi ad pctā, qa īpediunt horro-
re mortis. Et fortassis dolor q apparet ī
talib⁹ est ex timore gehēne, & nō ex a-
more dei. Itē nec tales pñt facilr come-
dere de quarto cibo, q est cōfessio, pro-
pter uaria impedimēta in morte occur-
rētia. Iō bñdict⁹ est ille qui de pnīa facit
prādiū & cenā, cōtinuādo eā usq; in fi-
nē. Huic xp̄s ait Luc. xiiij. Cū facis pran-
diū aut cenā, noli uocare amicos tuos,
neq; frēs tuos, neq; cognatos tuos, ne-
que uicinos, neq; diuites. Noli uocare
amicos &c. ubi ponit quinq; conditio-
nes personarū q̄ non indigēt pnīa, quia
sctē & iuste sunt. Iusti nō indigent pnīa.
Lu. xv. Sed si uolūt facere pniam, est ad
augmētū glorie. Prima cōditio tangitur
ibi, Noli uocare amicos. Isti sunt apl̄i, de
qbus tenet firmiter ꝙ post receptionem
sp̄ūssancti nō peccauerūt mortaliter. Iō
uocat eos xp̄s amicos. Iō nō dicam uos
seruos. Rō, qa seru⁹ nescit qd faciat dñs
eius, qa dñs non tenet cōsilia sua cū ser
uis, sed cū amicis. Vos aūt dixi amicos,
qa q̄cūq; audiui a p̄re meo, nota feci uo

bis. Io.xv. Secūda cōditio tāgit ibi, Noli uocare fratres tuos. Isti sunt pueri innocētes, qa per baptismū sunt facti fratres xpi, filij eiusdē patris, xps aūt est filius p naturā, isti per gratiā. Pro istis non est necessaria pnia, neq; etiā adultis Iudeis baptizatis, bene dispositis, quia per baptismū omnia pctā remittunt. Tertia cōditio tangit ibi, Noli uocare cognatos. Isti sunt martyres. Dicūtur cōsanguinei xpi, a con qd est simul, qa sanguinē xpi quē tenebāt per recordationē, miscuerūt cū sanguine suo, quia alias eorꝫ sanguis nō habuisset ꝟtutem. Iō de eis dicit, Hi sunt qui uenerūt de tribulatione magna, & lauerūt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni Iesu xpi. Apo. vij. Quarta conditio tāgit ibi, Noli uocare uicinos. i. cōfessores, qui mundū despexerunt, & dederūt se cōtemplationi. Dicūtur uicini, quia sicut ille qui morat ad parietem alterius, est uicinus, sic etiā isti morantur ad parietē, cū per intellectū contēplant, recordātur per memoriā, uolūtate desiderādo, & auribus audiēdo uerba dei, & corpore seruiūt sibi. Quinta cōditio tāgitur ibi, Noli uocare diuites. i. uirgines. Diues est hō sui iuris, religiosus, clericus &c. seruans uirginitatē suā diues est. Talis eīn est totus plenus thesauro, qa uirginitas nō pōt cōseruari sine multis ꝟtutibus, & bonis operibus. Propter hoc ꝟgines dicūtur diuites. Et apls de se dicit, & alijs uirginibus, Habemus thesaurū istū. s. uirginitatis in uasis fictilib9. ij. Cor. iiij. Patet quare dicit, Cū facis prandiū. s. penitētie, noli uocare amicos &c. Ergo pater quos uocabo? Rñdet autoritas pmissa. Cū facis cōuiuiū, uoca pauperes, debiles, claudos, & cecos, & beatus eris. Quatuor cōditiones uocandorꝫ ponit. Prima conditio pauperū est. Et pauperes sunt infideles, quia licet facerēt oīa bona mūdi, pauperes dicūtur, quia sunt sine fide & baptismo. Vocādi sunt per predicationē, nō per uim. Secūda tāgit ibi, debiles. Isti sunt pctōres xpiani, qui ex fragilitate carnis peccauerūt, quia licet uellēt uiuere sine pctō, tñ habita oportunitate non possunt se cōtinere a pctō. Isti sunt uocādi ad penitētiam. Iō dicit, Voca debiles. Tertia tāgitur ibi, Voca claudos. Isti sunt pctōres xpiani per ignorantiā peccātes. Due tibie sunt bona cōsciētia, & magna sciētia, & q peccant per ignorantiā, claudicāt tibia sciētie. Isto mō peccauit apls persequēdo ecclesiā dei. Iō dicit, Miam dei consecutus sum, quia ignorās feci in incredulitate. j. Tim. j. Quarta conditio tangit ibi, Voca cecos. Ceci sunt q peccant per maliciā, quia sciūt esse pctm, & possent abstinere, & nolūt, qui etiā uocādi sunt ad pnīam. Vnde xps, Nō ueni uocare iustos, sed pctōres ad penitētiam, Lu. v. Secundū prandiū melius est de eucharistia sacramētali. Istud pparauit xps in nocte passionis, in cena, qñ ordinauit istud sctm sacramētū. Debetis cogitareꝙ hostia cōsecrata est ut scutella super mēsam altaris, in qua sunt tria preciosissima fercula, quod declarat sic, Omne qd est, uel est creator uel creatura. Si creatura, uel spūalis uel corporalis. De omnibus creaturis tā spūalibus ꝗ corporalibus excellētiores sunt ibi. Si ergo diceret aliquis, Que est excellentior creatura corporalis? si diceret, ꝙ sol, non esset uerū, nec luna, nec celum, sed caro Christi formata in utero uirginis, & illa est in hoc sacramēto ita uere, sicut fuit in utero ꝟginis, & ita uere ut est mō in celo &c. Itē de creaturis spūalibus que est excellentior ceteris? Diceres forte tu, ꝙ Michael uel Gabriel, quod non est uerū, sed excellētior est xpi aīa, & illa est ibi, qa corpus xpi uiuū non est sine anima. Itē creator est deus, & in hoc sacro eucharistie est tota diuinitas infinita. Sacerdos qñ celebrat, debet contēplari ista fercula in hostia dicēdo, O quō debet esse pinguis comedens digne. Etiā uos laici qñ debetis cōicare, debetis ista considerare. De ista prophetauit scriptura di. Sapientia edificauit sibi domū, excidit colūnas septem. Prouer. ix. Sapiētia. i. filius dei edificauit sibi domū. s. xpianitatē, quā. xxxiij. annis edificauit, excidit colūnas septē ad sustinendū. s. septē conditiones xpianorum.

Prima

Prima columna est prelatorum.
Secunda dominorum temporalium.
Tertia religiosorum.
Quarta sacerdotum simplicium.
Quinta illorum de matrimonio.
Sexta uiduarum.
Septima uirginum.

In istis septē ecclesia fundata est, & parauit illa tria fercula, que dixi in hostia cōsecrata esse, miscuit uinū. s. xp̄i sanguinē, & posuit in mēsam altaris. Istud prandiū nō est funerale, sed festiuale. Infra hebdomadam homo trāsit, & reficitur simpliciter, sed in die festo hō facit bonū prādiū. Ita intra annū hō laicus simpliciter transit nō cōicando, sed in paschate est maximum festū quietis xp̄i. Iō ordinatum est ut omnes in paschate cōicent a. x. uel. xij. annis & supra. Sunt multi miseri qui ab isto prādio excusant se. No. de isto prādio hr̄ autoritas allegorice. Cū esset dies festus domini, & factū esset prādiū bonū in domo Thobie, dixit filio suo, Vade, & adduc aliq̄s de tribu nostra timentes deū, ut epulentur nobiscū. Tho. ij. No. secretu. Cū esset dies festus domini. s. resurrectionis. Sed diceret aliquis, Nonne dies natiuitatis, circūci. epyphanie, & pentecostes, sunt dies festi dn̄i? Dico q̄ sic, sed dies resurrectionis est proprior dies festus xp̄i. Rō, dies festus est dies q̄etis. Dies natiuitatis nō fuit dies quietis sibi, sed laboris, iō statim natus fleuit, Nec circūcisionis dies, & sic de alijs, sed in die resurrectionis quieuit in gloria. Iō de illa die, Hec dies quā fecit dn̄s, exultemus & letemur in ea. In illa die paratur prādium in domo dei. s. eccl̄ia, ad quod prandium omnes tenemini uenire. Sed scitis q̄ prādiū istud est xp̄i regis, & quomō est ueniēdū ad illud cū debita preparatiōe, penitētia, & accedēs debet esse ornat⁹ & uestitus, nō ueste antiqua superbie, sed ueste noua humilitatis, nec excusatur quis si non sit paratus. Iō precedunt septē hebdomade quadragesime ad se ꝑparādū. Vnde dixit Thobias filio suo, Voca aliquos de tribu nostra. hoc dicit xp̄ianis, quia per baptismum sunt de genere dei. Infideles non debent cōicare. Nota timentes deū, quia homo primo debet examinare uitā suā, secūdo de pc̄tis cōteri, tertio confiteri, quarto cōicare, iuxta cōsiliū ap̄li, Probet autem seipsum hō, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui eīm māducat & bibit indigne, iudiciū sibi māducat & bibit, nō dijudicās corp⁹ domini. j. Cor. xj. Qui aūt nolunt eū recipere, uel qui indigne recipiūt, nūquā recipient in paradiso. Tertiū prandiū est de gratia sp̄uali. Istud prādiū dat xp̄s personis sp̄ualibus, existentibus in gratia dei, quia in operibus bonis que faciūt sentiūt magnā consolationem & confortationē in aīa. Verbigratia. Quādo religiosus in gratia existēs surgit de nocte ad dicendū matutinas &c. Deuote cogitādo & contēplando, maiorē sentit dulcedinē in anima q̄ si comederet capones, & postq̄ anima est sic inflāmata, & legit, illuminat, & consolatur. Idē de laicis de nocte orantibus, & audientibus missas, sermones, & contēplātibus xp̄i natiuitatē, quasi uiderēt uirginē cū filio &c. Itē idem dicendū est de contēplantibus xp̄i passionē. Et quot cōtemplationes habentur, tot fercula dantur &c. omnes dies pauperis. i. pc̄toris, sine gratia dei semper mali erunt. Secura mēs quasi iuge cōuiuiū. Prouer. xv. Istud prandiū non est festiuale solū, sed etiam sociale, quia qualibet die hō deuotus comedit cū xp̄o. De hoc figura Daniel. xiiij. Dicat quō Daniel fuit sex diebus nō māducans nec bibēs, sed orabat, erat autem Abacuc propheta in Iudea. Dicat historia, quomō per angelū fuit portatus ad locum. Et exclamauit Abacuc di. Daniel, serue dei, tolle prandium quod misit tibi deus. Audite pulchrū significatū huius figure. Daniel amicus dei significat quālibet personam deuotam. Lacus leonum est iste mundus, in quo sunt septem feri leones prōpti ad deuorandū, puta demones, qui tentant de. vij. pc̄tis mortalibus. Primus est Leuiathan, qui tentat de superbia. Idē de alijs. Isti non curant ut deuorent pc̄tōres, quia iam sunt sui, sed personas sc̄tās & deuotas, puta bonū clericū,

uel religiosum. Inter quos persona deuota stat sex diebus. Septē sunt etates. Prima infantia. In ista hō non timet leones, sed in secunda. s. pueritia, quia in illa iam multi dānantur. tertia adolescētia, quarta iuuentus, quinta uirilitas, sexta senectus, septima decrepitus. Sex etates sunt periculose, sed xp̄s de terra promissionis mittit prandiū Danieli. i. persone deuote. s. consolationes sp̄ūales &c. Exultent iusti in conspectu dei, & delectenť in letitia. p̄s. lxvij. Quartū prandiū est omnibus alijs melius. s. glorie celestis. O qualia fercula dantur in isto prādio. Nullus intellectus pōt cōprehēdere & declarare ad plenū hoc prādium, qa tanta est excellētia illorū cibo℞, ꝙ si de pane istius prādij solū una mica caderet in os tuum uel meū, si uiueres x. mille annis, nolles comedere cibū presentis uite corporeū & corruptibilem. Btūs qui manducabit panē in regno dei. Luc. xiiij. De isto prandio melius tacere possumus q̄ dicere, sed recogitare quales escas retinuit deus ꝓ se & suis. De isto prādio loquiť singulariter thema. Istud prādiū dicitur nuptiale, ad quod cōueniūt omnes propinqui, tā ex parte sponsi q̄ ex parte spōse. Ecce prādium meum paraui, tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata, uenite ad nuptias. Deo gratias.

Dn̄ica. xx. post trinitatem. Sermo. iij.

Egressi sunt serui eius in uias. Hī uerbū istud Mat. xxij. Materia huius sermonis erit declarare per quā uiam poterimus ire ad cōuiuiū glorie celestis. Materia erit utilis &c. Saluteť ꝟgo Maria. Dicit the. ꝙ seruitores dei egressi sunt in uias. Pro intellectu thematis oportet declarareq sunt serui dei. Et ad hoc sciendū est ꝙ oēs creature tā corporales q̄ sp̄ūales, tā bone, q̄ male seruiūt deo aliquo mō. Declaratur statim in creaturis pure corpalibus, ut sunt celū, & luna, sol, & stelle, que nō poterūt unū punctum ordinationis diuine preterire. Illā eandē regulam, quā deus dedit eis a principio, seruant & seruabunt quousq; aliud precipiat in die iudicij, qn̄ deus dicet soli, sta. Sol & luna nō habent rōnem, nec intellectū, & seruiūt deo. Iō cantat ecclesia, Cui, s. deo, luna, sol, & oia deseruiūt per tp̄a. Idē de elemētis, aere, terra, aqua, & igne, sed qualitates & proprietates quas dedit eis, nihil pretercūt, quousq; habebūt mandatū in opposituũ. Idē de animalibus, uolucribꝰ, & piscibꝰ, que nō pretereunt diuinā ordinationē. Iā certo tp̄e faciūt nidos, ducūt uxores, faciūt pueros. Idē de plantis, & arboribꝰ, que secundū ordinationē dei certo tp̄e dant flores, fructus, & folia, & certo tp̄e dimittūt. Iō Dauid, Ordinatione tua perseuerat dies, quoniā omnia seruiunt tibi. p̄s. cxviij. Mō uideamus quō creature pure sp̄ūales seruiūt deo, ut sancti angeli, & anime btō℞ seruiūt deo, qa in nullo discordāt a dei ordinatione & uoluntate, sed operantur & faciunt iuxta dei uoluntatem, in omnibus cōcordāt cū deo. Ideo de eis dicit scriptura, Bti uiri. i. uirtuosi tui, & beati serui tui, qui stāt coram te semper. iij. Reg. x. Diceret aliqs, Quid dicemus de demonibus, q sunt in inferno, uel inter nos, siue in aere? Itē quid dicemus de animabꝰ dānatis, que sunt creature sp̄ūales, an etiā seruiāt deo? Dico ꝙ sic, licet contra suā uoluntatem. Demones seruiūt deo intm̄, ꝙ nō est in paradiso aliqua corona, nec patriarcharū, nec prophetarū, nec martyrū, nec cōfessorū, nec uirginū, loquēdo de auditis, & cōiter, quin per demones sit fabricata. Diceretis uos, & quō pōt hoc esse? Dico ꝙ cōtradicēdo & resistēdo diaboli tentationibus fabricantur corone, licet quando diabolus tentat, ipse intēdit fabricare cathenā, qua trahat homines ad infernū, tn̄ qn̄ cōtradicit hō tentatus tētationi, efficitur corona preter intētionem diaboli. Autoritas. Dauid, Supra dorsum meū fabricauerūt pc̄tōres. s. demones obstinati. Glosa, coronā. Licet diabolus intendat fabricare cathenā, que trahat ad infernū &c. & non est modicū seruitiū illud. Beatus uir qui suffert tentationē, quoniā cū ꝓbatus fuerit, accipiet coronā uite. Iac. j.

Item

em si queraṫ an aīe dānate seruiūt deo. Dico ꝙ sic. Dicas mihi quale seruitiū faciūt regi uel domino suspensi in furca? Dico ꝙ magnū, quia ostēdūt iustitiā domini. Quando eñ suspēsi inueniunṫ in sua patria, statim diciṫ, Iste dn̄s est iustus, quia suspēdit criminosos. Qñ enim nō inueniuntur suspēsi, uel oēs sunt sc̄ti, boni, & iusti, quod frequēter non est uerū, uel iusticia non seruatur. Ecce quō suspēsi seruiūt dn̄is, & etiā hominibus, qa quando uideṫ suspēsus, queriṫ quare fuit suspēsus, dicitur propter furtū, & qlibet dicit intra se, ego cauebo me. Eodē mō anime dānate ostendūt dei iustitiā, & in hoc seruiunt sibi, & nobis, qñ enim nos tales anime uidemus suspēsos in inferno malefactores, tūc a pc̄tis reuocamur. Dicatur de magnitudine pene inferni, & quō demones & anime dānate cōtinenṫ contra eorū uolūtatē in igne, & ab igne inferni. De hoc uide btm̄ Tho. pria par. q. xiiij. arti. iiij. & in. iiij. scri. distin. xliiij. O bone gētes ista pensare debetis, quia per hoc homo corrigit uitam suā, qa quā do hō uidet ista cōtēplando, uel audit in sermōib⁹, seu legit, dicit, O miser si ego facerē hoc ita esset de me, si hō refrenat malas inclinationes. Iō magnū seruitiū faciūt deo, quia magnū seruitiū facit regi qui portat suū uexillū in bello. Dānatiēm portant uexillū iusticie diuine. Iō Dauid, Cōuertantur pc̄tōres in infernū. cogitādo. Modo uideamus de creaturis, que habēt corpus & animam, quō seruiunt deo. Dico ꝙ omnes creature humane tā bone q̄ male seruiūt deo aliquo mō. De bonis non est dubiū, quia recta & sancta intētione seruiūt deo, quicquid enī cogitant, desiderāt, loquūtur, & operantur, totū ordināt ad gloriā dei dicendo, Dn̄e ego sum captiuus uester, & ex debito teneor uobis seruire, placeat tamē uobis ꝙ si ego seruio uobis bene, detis mihi coronam, & regnū uestrū. Iusti autem in perpetuū uiuent, & apud dn̄m est merces eorum, & cogitatio illorum apud altissimum. Sap. v. De malis aūt hic est difficultas Et dico ꝙ mali hoīes ī peccatis uiuētes faciunt deo magnum seruitiū, non ex eorū intentione, qa nō est recta, iō peccāt, sed ex supernaturali dei ordinatione. Dicit Aug. in enchiridio .i. in libro manuali, ꝙ deus non permitteret aliquod pc̄tm̄ fieri si nō eliceret inde maius bonū. Dicatur hic historia de Ioseph, cui reuelauit deus ꝙ esset dominus fratrū suoꝝ, & ipse reuelauit fratribus suis, propter quod fratres eius eum occidere uolebant, & uendiderūt eū &c. Dixitq; fratribus suis, Nolite timere, neq; uobis duꝝ esse uideatur ꝙ uēdidistis me in his regiōibus. Pro salute eñ uestra misit me deus ante uos in Egyptum. Infra. Nō uestro cōsilio, sed dei uolūtate huc missus sum, q fecit me quasi patrē Pharaonis, & dominū uniuerse domus eius, ac principē in omni terra Egypti. Geñ. xlv. Patet ergo quō de pc̄tis elicit bona, aliter non permitteret ea fieri. Iudei eñ qñ interfecerūt xp̄m, magnū pc̄tm̄ fecerūt, & malū op⁹, & pessima intētiōe fecerūt, sed magnum fecerunt deo & nobis seruitiū, qa ex illa morte saluamur, sed qa ipi Iudei mala & puersa ītētiōe fecerūt, nō meruerūt, imo grauiṫ peccauerūt. Idē d tyrānis, q īterficiēdo martyres magnū seruitium fecerūt deo, & sc̄tis martyrib⁹, nō tñ recta intentiōe. Iō peccabāt. Patet ergo ꝙ boni & mali seruiūt deo. De malis dicit xp̄s, Seruū inutilē proijcite in tenebras exteriores. Mat. xxv. Cū ergo dicit thema, Egressi sunt serui eius in uias, de bonis seruis & malis seruis loquitur, qa boni serui omnes uadunt per uiā. Modo uideamus in quas uias exierunt. Tres uias inueni per quas uadunt omnes seruitores dei, boni & mali.

Prima est scandalosa.

Secunda uia est periculosa.

Tertia uia est uirtuosa.

Per duas primas uias uadūt mali, per tertiam autem uadunt boni. Prima uia est scandalosa. Per istam uiam uadunt homines religiosi, & clerici, & laici, qui non solum peccant, & sunt mali in se, sed sunt etiam alijs in exemplum, & causa scandali. Ista uia est mala, quia ipsi elon-

elõgãtur a deo, & scandalosa, qa facit cadere & peccare alios. Sicut saxũ de monte descẽdens, lapides sibi occurrentes secũ precipitat. Ita qñ aliqua persona .s. de statu magno in dignitate uel scientia cadit, solus incipit cadere, sed exemplo ei⁹ multi cadunt in profũdũ inferni. Verbi gratia. Qñ aliquis homo notabilis cadit in pctm̃ pope, elationis, & supbie, statim pcipitat sibi occurrẽtes, qa statim dicũt, Et quare ego non facio sicut iste? Idẽ de mulieribus, qñ uident aliquã incipientẽ põpã in ornatu, cauda, manicis, & hmõi, dicunt alie, O q̃ pulchra est ista, ita faciã. & sic precipitantur. Idẽ de pctõ auaritie, quando uos uidetis aliquẽ diuitem, dicitis, Quõ iste cõgregauit? & dicitur uobis q mutuauit decẽ florenos p .xij. uel emit aduantagium pro minori pcio, uel uẽdebat pluris propter dilationẽ solutionis, uos dicetis, O ita faciam ego, & quãdo reprehenduntur usurarij, rñdent, Talis bon⁹ homo uel cleric⁹ facit hoc idẽ, hoc est dicere q ille uos pcipitat. Idem de luxuria. Si aliquis prelat⁹, cleric⁹, uel religiosus, tenet cõcubinã, dicit laic⁹, Iõ bene possum tenere &c. Ecce quomodo eorũ malo exemplo multi precipitãtur. Idem de pctõ gule in collatione, in ieiunijs ecclesie comedũt panẽ, qñ rephẽdũt dicũt, Ego faciã ut talis prelatus faciebat. Dicat quõ nõ est faciendũ, & assignetur rõ. Alij dicũt, Melior est eleemosyna q̃ ieiuniũ. Sed ego dico q melior est obediẽtia q̃ eleemosyna uel ieiuniũ. Itẽ multi non ieiunant ieiunia ecclesie, & si rephenduntur dicũt, Talis clericus uel religiosus non ieiunauit. Hoc tñ est dicere q ille uos pcipitauit. Mirabile est q peccator nõ uult solus ire ad infernũ, quia unus precipitat aliũ. No. tñ q sicut paru⁹ lapis solus cadit, & nõ precipitat alios, sic nec persone parue. Sed magni lapides .i. psone notabiles exemplo malo multos precipitãt. Autoritas. Gre. dicit, Vehemẽter culpa in exemplũ extenditur, cũ peccator p reuerẽtia ordinis honoratur. De quo Dauid, Hec uia illorum scandalum ipsis. ps. xlviij. Scãdalũ peccatoribus sup. actiue, & alijs passiue .s. dãnatis. Nota puersi, nec corde cogitando &c. sed post in inferno cõfitebũtur coacte ueritatem in ore suo, cõplacebũt deo nõ corde nec opere, sed ore, qa coacti tormẽtis cõfitebuntur pctã, quare sunt dãnati. Damnati eñ in inferno uidẽt sctõs nõ cũ delectatione, sed ad eorũ maiorẽ dolorẽ. Et qñ uidẽt illos qui in hoc mũdo fuerũt pctõres, sed fecerũt pniam, dicũt, O miser si ego fecissem pniam, sic potuissem fuisse saluus, & sic dicit ueritatẽ, & placet iudici, sic tales ore suo cõplacent deo. Verbi gratia. Quando superbus uidet Paulũ, q fuit superbus, dicit, O miser, Paulus egit pniam de suo pctõ, si sic fecissẽ, saluat⁹ fuissem. & sic de alijs peccatis &c. Quando inueniẽt se, & in igne lauabũt oculos, & uidebunt Mariam Magdalenã &c. dicent, O miser si dimisissem luxuriã, & sic de alijs peccatis dicendũ est. De hoc autoritas. Loquens scriptura de damnatis dicit, Videntes .s. beatos, turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperate salutis, gemẽtes p angustia spũs, dicentes intra se, pniam agẽtes, & pre angustia spũs gemẽtes. Hi sunt q̃s habuimus aliquando in derisum, & in similitudinẽ improperij. Nos insensati uitã illorũ estimabamus insaniã, & finẽ illorꝝ sine honore. Ecce quõ cõputati sunt inter filios dei, & inter sctõs sors illorum est. Ergo errauimus a uia ueritatis, & iustitie lumẽ non luxit nobis, & sol intelligentie non est ortus nobis. Lassati sum⁹ in uia iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus uias difficiles. Viã autẽ dñi ignorauimus. Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarũ iactãtia? quid cõtulit nobis? Trãsierũt oĩa illa tãq̃ umbra, & in malignitate nostra nos cõsumpti sumus. Talia dixerũt isti ĩ inferno. Sap. v. Propterea cuilibet dicitur, In uia ruine non eas, & non offẽdes in lapides, nec credas te uie laboriose, ne ponas aĩe tue scandalum. Eccl. xxxij. Per istã uiã scandalosam nullus uadit ad paradisum. Secunda uia est periculosa, nõ tñ scandalosa. Per istã uiã uadũt religiosi, q nõ hñt malã intẽtionẽ, sed &

& nollēt alios scādalizare, sed uellēt
res sine pctō. Ista uia nō est scāda-
est periculosa, qa de cētū fortas-
saltem de multis non uadit unꝰ ad
lisū. Verbi gratia. Si hō simplex po
corde suo habere regimē, talis po-
in periculo anime & corporis, quia
uix est aliquis sufficiēs in hoc mū-
ad gubernādū aīam suā, quomō tūc
gubernabit? Ecce quare periculum
it ille qui nesciret regere barchā.
um nauiculā, uellet regere magnā.
Parua nauicula est corpꝰ propriū,
mus propria. Magna est cōitas &c.
cogitarent, fugerēt, quādo debēt
etiā appellarēt. In uia hac. s. peri-
qua ambulabam, abscōderūt sup-
eū mihi. ps. cxlij. Dicatur hic quod
in Sabaudia de quodā clerico de-
honores, q fuit fctūs eps Tarāta
cōgregauit pecunias, & dedit
& tandē a scutifero fuit iugu-
& depdatus. Iste ambulauit per uiā
sam. No. de. b. Antonio, quando
totū mūdū laqueis plenum. Et que
quis posset euadere? Rñsum est
Humilitas. Sicut enim piscicu
dunt retia quibus magni pisces ca-
& retinentur, sic homo humilis
plicitate permanens pericula dia-
euadere pōt. Iō Dauid, Custodiens
los dñs, humiliatus sum, & libera-
ps. cxiiij. Tertia uia est uirtuosa,
seūt illi qui non curāt de munda-
bus, sed seruiunt deo, & faciūt bo-
pera ardēter, cōterūtur de pctīs, pro
nūq peccare, cōfitentur, satisfaci-
& remittūt iniurias. Ista uia ducit ad
disum. De ista uia autoritas, Deduxit
in uia mirabili, & fuit illis in uelamē
& in luce stellarū per noctem, &
lit illos p mare rubrū, & transuexit
per aquā nimiā. Sap. x. Ad literā di-
de filijs Israel, allegorice autem de
ambulāt per uiam istā, q quadru-
mirabilis ad istar uie filiorū Israel.
abile em esset si falco, cui ligaret in
lapis magnus, q posset ascende
de aīa leuiore falcone, cui alligat

essentia tronus carnis, mirabile est q po
test celū ascēdere. Iō dicit, Deduxi eos in
uia mirabili. Primo fuit uia Iudeorū mi-
rabilis, cū dicit, Fuit illis ī uelamēto diei.
Dicatur de nube refrigerāte ardorē so-
lis filiorū Israel ī deserto. Istā grām facit
deꝰ personis ambulātibꝰ p uiā ỽtuosam.
Nubes refrigerās est tēperātia, cōtra ar-
dorē psperitatū, honorū, diuitiarū, & de
liciarū. ỽtuosi em nō calefiūt de honori-
bus, imo dicūt, Nō nobis dñe, nō no. sed
no. tuo da glo. In diuitijs non apponunt
cor. Iuxta illud, Diuitie si affluant, nolite
cor apponere. ps. lxj. Et de delicijs cibi &
potus solū recipiūt necessitatē. Scdo in
luce stellarū nocte. Dicatur de claritate
sup filios Israel in uia deserti, cū fuissent
inter bestias, serpentes, leones, ursos. Ita
personis uirtuosis deus dat lucē patien-
tie cū sint inter bestias aduersitatū, ne er
rēt in uia per impatientiā. Dauid, Per diē
sol. s. prosperitatis nō uret te, neq; luna.
s. aduersitatis p noctē. Tertio, Et trāstu-
lit illos p mare rubrū. Dicat quō ex una
parte erat mōs altissimꝰ, retro ppls Egy-
ptiacus insequēs filios Israel, ad aliā par
tem mare rubrum qd deꝰ aperuit, & trā
sierunt. Istud mirabile facit deus perso-
nis uirtuosis, quia per mare rubrum, sci-
licet memoriam passionis Christi tran-
seunt sine tedio per penitentiam suam.
Hic est qui uenit per aquam & sanguinē.
j. Io. v. Quarto, Et trāstulit eos per aquā
nimiā. Hec fuit a flumine Iordanis. Di-
catur quomodo aqua stetit faciens mu-
rum. Ista mirabilia facit deꝰ personis de
uotis quādo dat eis abundantiam lachry
marum in oculis ex peccatis proprijs &
aliorum, quia quando uident peccatores
non indignantur, sed compatiuntur eis
dicendo, Domine conuerte eos. Si mihi
dedisses illam tentationem, fuissem for-
tassis factus peior. Viam sapientie mon-
strabo tibi, & ducam te per semitas equi
tatis, quas cum ingressus fueris non ar-
ctabuntur gressus tui, & currens non
habebis offendiculum. Prouer. iiij. Deo
gratias.

Dñica. xx. post trinitatē. Ser. iiij.

Non

NOn quaſi inſipientes,
ſed ut ſapientes. Eph.v.
Salutetur ỽgo Maria. Pro
huius ỽbi declaratione ſci
endũ eſt ꝙ deus inter iſtũ
mũdũ pñtem & alium facit talem differẽ
tiá, ꝙ in hoc mũdo boni & mali, ſapiẽtes
& ſtulti ſtam⁹ ſiſr in una uilla, domo, col
legio, uel monaſterio, ſed in alio mũdo
mali ſeparabuntur a bonis ſingulariter
in iudicio. Tunc oẽs boni, iuſti, & ſapien
tes collocabuntur in celo, & oẽs mali, in
iuſti, ſtulti in inferno. No. de hoc ſimili-
tudinem. Tẽpore eñ meſsis in area totũ
ſimul eſt. ſ. granũ cũ paleis, ſed dñs cum
una pala ſeparat poſtea granum a paleis,
ita faciet deus. Cogita ꝙ iſte mundus ſit
tanq̃ una area, in qua omnes ſumus mix
ti, ſed ueniet dñs aree cũ pala ſue infini-
te ptãtis, & ſeparabit granũ. i. ſapientes a
paleis, & collocabit in granarijs. i. ordini
bus angelorũ, paleã ỽo mittet ad combu
rendũ in ignẽ inferni. De hoc autoritas.
Dicit Ioannes Baptiſta de xp̃o, Venturus
eſt, ſupple xp̃s, cuius uentilabrũ in manu
ſua, & permundabit aream ſuam, & con-
gregabit triticum in horreum ſuum, pa-
leas autem comburet igni inextĩguibili.
Mat. iij. Ex iſta declaratione habemus ꝙ
nullus inſipiens intrabit paradiſum, ſed
ibunt inſipientes in infernum. Qm̃ non
habuerũt ſapiẽtiã, interierũt propter ſuã
inſipientiã. Baruch. iij. Propter hoc apl's
auiſando nos dicit in themate, Nõ quaſi
inſipientes &c. Patet thema. In quo apl's
dat nobis duas doctrinas. Prima eſt nega
tiua cum dicit, Non quaſi inſipientes. Se
cunda affirmatiua cum dicit, ſed ut ſapi-
entes, Hodie erit ſermo de negatiua, alia
die de affirmatiua. Mõ oportet oſtẽdere
quot ſunt ſpẽs ſtultitie, ut caueamus eas.
Et philoſophice nominantur ſic,

Prima eſt freneſis.
Secunda epilepſia.
Tertia demonia.
Quarta rabies.
Quinta inſenſibilitas.
Sexta furia.
Septima ebria.

Septem ſunt ſicut ſeptẽ peccata morta-
lia. Ideo ut caueamus dicit thema, Non
quaſi inſipientes, ſed ut ſapientes. Prima
ergo ſpecies ſtultitie eſt freneſis, ita no-
minaẽ a Phyſicis, quando eñ aſcendit fe-
bris in caput, & perturbat imaginationẽ,
& homo loquitur ſtultitias, talis dicitur
freneticus. Ecce hic pctm̃ ſuperbie, quod
nihil aliud eſt niſi febris, que aſcendit in
caput, quãdo hõ preſumit & ſuperbit de
bonis tẽporalibus uel etiam ſpũalibus di
cendo, Ego ſum talis &c. Vos eſtis frene
neticus, & loquimini ut ſtultus, deſpiciẽ
do oẽs alios, etiam parẽtes & dños, imo
& deũ. Ecce freneſis, quia nõ reſpicit de
qb⁹ loquitur, qa tã de bonis, q̃ de malis,
amicis & inimicis, de ſanctis & de deo.
De talibus eñ dicit ſcriptura, Qui cum
cognouiſſent deũ, nõ ſicut deũ glorifica
uerũt, aut gr̃as egerũt, ſed euanuerũt in
cogitationib⁹ ſuis, & obſcuratũ eſt inſi-
piens cor eorũ, dicẽtes eñ ſe eſſe ſapien
tes, ſtulti facti ſunt. Ro. j. Contra iſtã ſtul
ticiam debent prouidere rectores uille,
quia ſicut ſtultus ligatur, ſic frenetici, &
ſuperbi baſphemantes ligandi ſunt cat-
na fortis ordinationis, ne ſub ardua & bo
na pena deus ſic blaſphemetur. Scd'a eſt
epilepſia. ſ. morbus caducus, qa in cella
cerebri gñatur una gutta ex bullitione
ſtomachi, & calore cordis. Et quando illa
gutta eſt frigida, cadit ſup telam cordis,
& tales tũc cadũt in terrã, & maculant ſe,
& pdũt ĩtellectũ. Ecce hic pctm̃ auaricie,
q̃ aſcẽdit ad cerebrũ, qñ dicitur, ꝑ certo
ego uolo ditari, deinde cadit ſup cor, co-
gitãdo, & dicẽdo, ſi ego uolo uiuere pla
ne de meis redditibus, uel poſſeſsioni-
bus, in fine anni nihil habeo ſuperfluum,
& ſic nihil dimittã filijs, ſcio qd faciã, pre
ſtabo, & mutuabo decẽ florenos ꝑ duo-
decim, uel emã ꝑpter ſolutionis antici-
pationẽ ꝑ minori pcio, & uẽdã pluris ꝑ
pter ſolutionis dilationẽ, & ſic cadit in
terram, & maculat ſe. Imo etiã iã capella
nie & confraternitates cadunt in terram
per uſuram. Ecce epilepſia. Si uis emere
cenſus, tunc uide ꝙ duo ibi cõcurrãt, pri
mo ꝙ ſit uera emptio, ſecũdo ꝙ pciũ ſit
iuſtum.

...um. Nonne stultam fecit deus sapi- ...am huius mundi. j. Corinthior. j. Ta- ...mundani dicuntur sapientes, quia sci ...congregare, sed reuera in epilepsia ... In hac etiam stultitia sunt lusores, ...omnes habent radicem in auaritia. ...io, quia quilibet uult bona alterius ... Ideo medicina huius morbi cu- ...ua est ordinatio sub certa pena, ne ... decetero ludat. Maledictus est qui ...taxillãdo, qui respicit, qui prestat ta ...os, domũ, seu pecunias. Ergo nõ qua- ...sapientes &c. Tertia est demonia. Il- ...habet demoniũ in corpore, dicitur ...moniac⁹, nec ostẽditur subito, sed qñ ...atur, tunc perdit intellectum. Ecce ...onia, ecce hic pctm̃ luxurie. Ratio, ...uxuriosus semp habet demonẽ secũ, ...quo est habituatus in illo peccato, sed ...cognoscitur quousq; habet occasio ...tunc eñ nec respicit parentelam, nec ...os, nec honores, nec quenq̃. Aĩalis ...o.i. bestialis nõ percipit ea que sunt ...dei. Sulticia eñ est illi. j. Cor̃. ij. Ta- ...nõ intrabũt paradisum, quia deus nõ ...t porcos in paradiso. Iura permittunt ...anaria, quia ad portã ciuitatis, in re- ... infirmitatis, sed non particularia ...hospitijs, seu alijs domibus &c. Ideo ...tra tales demoniacos necessaria est ...pena ordinatiõis, q̃ ligẽtur, ut. s. nõ te ...tur, nec pmittatur extra cõmune lu- ...ar aliqua putana notoria, quod nulla ...tergiuersatione celari. Ex hoc sequit ...nullus hõ uxoratus, nec clericus, aude ...tenere concubinã. Quarta est rabies, ...t aliqui stulti, qui nulli nocẽt nisi si- ...is, quia seipsos comedunt ex rabie. ... peccatum inuidie. O quot rabidi ...in mũdo, oẽs quotquot inuidẽt, p- ...o rabidi sunt, quia illa inuidia nõ no ...nisi sibijpsis, qui quando uident pro- ...itatem proximi in diuitijs, uel hono ...s, in officio &c. uenit illa rabies inui ..., quia seipsos comedũt, cum deberẽt ...illo orare dicendo, O dñe, cõserue- ...sua bona, & detis mihi necessaria, qa ...creatura uestra. Hac infirmitate gra ...tur multi Christiani, qui inuidentes legi Iesu xpi, uolũt seruare legẽ infideli- um Iudeorũ, seruantes sabbata ex quadã epl̃a, quã dicũt descẽdisse in altare sancti Petri de celo Rome, imo descẽdit de in- ferno. Itẽ mulieres post partũ stãt. xl. di- es, sicut ỹgo Maria. Ergo filijs uestris de betis dare circũcisionẽ. i. bonã informa- tionẽ, refrenãdo eos a uitijs, nõ circũci- sionẽ materialẽ, qua xps fuit circũcisus, qa modo in lege nostra uim regñatiuã non habet, sed loco eius dñs noster Ies⁹ xps instituit baptismũ, sine quo null⁹ sal- uari põt. Itẽ obseruãt auguria. Iõ scriptu- ra, Stulti ea que sibi sunt noxia cupiũt, & imprudẽtes odibunt sciam. Prouer. j. Cõ tra istam stulticiam rabiei fiat ordinatio cõtra diuinos &c. Quinta est insensibi- litas, a qua dicitur insensatus. Ista est stul- titia puerorũ, & etiã seniorũ ex antiqui- tate. Pueri eñ recipiũt quicquid eis dat, nec sciunt discernere inter bonũ & ma- lũ, ut patet de puero, q recipit prunã, & mittit subito ĩ os. Qui facit excessum in cibo uel potu, inebriando se, insensatus est. Ecce hic pctm̃ gule, qua, proh dolor, multi laborãt & infirmantur. Quare ho- die sunt tot infirmi, & cum malis oculis, rubicundis, guttosis? profecto plurimi ta les sunt ex supfluitate cibi & pot⁹. Tales insensati sunt ut pueri. Dauid, Hõ cũ in honore esset non intellexit, cõparat⁹ est iumentis insipientibus, & silis factus est illis, imo peior factus est iumẽtis. ps. xlv- iij. Cõtra hoc uitiũ fiat ordinatio, ne ali- quis de uilla bibat in taberna, nec taber- narius in dñica añ missam aperiat taber- nã. Sexta est furia. Furiosus autem non respicit quid facit, sed percutit a dextris, & a sinistris, nullum reueretur. Ecce hic pctm̃ ire, qa iracũd⁹ p corpus meũ iurat, ego uindicabo me &c. Ista est furia & ira uindicatiuorũ, qui nolũt parcere, nec re mittere, nec pmittũt q alij remittãt, quia statim deridẽt eos dicentes, Quid facitis &c. Stult⁹ ppl̃s me⁹ nõ cognouit, filij in sipientes sunt, & uecordes. Hier. iiij. No uecordes. i. furiosi. Curatur hec infirmi tas remittendo, & faciendo pacem, non sustinendo partialitates & discordias.

Septīa est ebria, ab ebrietate dicta. Ebri⁹ eṁ est stultus, qa nihil pōt facere, nō habet remediū nisi dormire. Ecce hic peccatū acidie. Acidiosus aūt nō curat de operibus meritorijs pdit tps tā pciosum, qd de⁹ nobis dedit p merēdo ī feria huius mūdi. De talib⁹ dicit ppheta, Sapientes sunt ut faciāt mala, bñ aūt facere nescierūt. Hier. iiij. Nō sunt pigri in dñica ire ad bordellū, sed ad ecclesiā. Nota cōtra fractores festiuitatū. Iō fiat cathena ordinationis ad ligādū istos stultos, ne in die festo audeāt facere barbitonsurā, nec emeř, nec uendere merces, nec laborare &c. non quasi insipientes.

Dñica. xx. post trinitatem. Sermo. v.

q tenuerit illã adimplebitur maledictis, & subuertet eũ in fine. Cũ ergo sup̃bia ducat ad mortẽ, & humilitas ad uitã, apparet hãc esse sapientiã, illã uero stulticiam, ergo bene debet uitari sup̃bia, cum nõ faciat hominẽ prudẽtẽ, sed stultũ. Et ideo dicit Paulus ad Ro. j. Euanuerũt in cogitationib⁹ suis, & obscuratũ est insipiens cor eorũ, dicẽtes eñ se esse sapientes stulti facti sunt. Dicit, euanuerũt, quia qñ quis est superb⁹, cogitat ascẽdere tm̃, & euanescit in cogitatione, quia credit ascendere dimittendo bonã uitã, q̃ ducit sursum ad paradisum, sumendo uiã illã q̃ ducit deorsum ad infernum. Pone exemplũ de sacerdotibus simplicibus dicentibus, Bene, & deuote oras, qui dum cogitant beneficia, euanescũt in cogitationibus. Idẽ de laicis, mercatoribus, qui dũ uiuunt, cogitãt prestare uel mutuare ad usurã, ut possint habere thesaurũ ad dotãdũ filiũ, uel filiã, & tales cogitationes uane sunt. Et sequitur, Et obscuratũ est insipiens cor eorꝫ, qm̃ sicut nubes obscurãt aerẽ, ita iste cogitationes obscurant cor, ergo caueam⁹, si nõ uolum⁹ fieri insipiẽtes &c. Secũda stulticia est auaritia. Vñ ꝙ auaricia sit stulticia, & mĩa prudẽtia, patet per similitudinẽ alicuius diuitis, qui uẽdit bona sua, q pecunia in sacculo collecta, uult accipere iter, sed cõsulitur sibi ab amico ut dimittat illã pecuniã, qm̃ in itinere sunt latrones, qui pro certo ip̃m depredabuntur. Si talis renuit, & pecuniã secũ deportat, & dep̃daťusq; ad camisiã, iudicabitur talis profecto stultus. Ita est de nobis, q habem⁹ ire ad aliã ciuitatẽ, qa nõ habemus hic manentẽ ciuitatẽ, sed futuram inqrim⁹. ad Heb. xiij. Et est passus qdã, in q̃ oẽs dep̃dati sunt. s. mors, & oportet oẽs homines transire per illũ passum, qm̃ dñs noster Iesus xp̃s ipsemet transiuit p illũ. Vñ scri. dicit, Nõne hec oportuit pati xp̃m, & ita intrare in gloriã suã? Lu. ul. Et in hoc passu latrones homines & aĩas dep̃dantur. Latrones sunt mulier, filij, & alij parẽtes, scutiferi, & sic de alijs. Ergo mittam⁹ thesaurũ per cãbiũ. s. dando pauperibus, & tunc cũ schedula reddetur thesaurus in celo. Schedula est ista, Da pauperibus, & habebis thesaurum in celo. Mat. xix. Vnde nota historiã bũ Laurentij, qui Decio imperatori petenti thesaurꝫ rñdit, Facultates ecclesie, quas a me requiris, manus pauperũ in celum deportauerunt. Ergo faciamus sĩr. Et tunc dicet xp̃s nobis, Euge serue bone & fidelis, qa sup pauca fuisti fidelis, supra multa te constituã, intra in gaudiũ dñi tui. Mat. xxv. Et ita patet quõ liberalitas est prudẽtia, sed auaritia est stultitia. Auarus autẽ portat diuitias usq; ad mortẽ ubi dep̃datur, & nihil secũ portat, & tali post mortẽ dicet xp̃s, Quare nõ dedisti pecuniam meã ad mensam, & ego ueniẽs cũ usuris utiq; exegissem illã? & astãtib⁹ dicet, Auferte ab illo minã, & date illi qui decem minas habet. Luc. xix. Et ita patet largum esse sapientẽ, & auarũ esse stultum. Vnde Puer. xiiij. Corona sapiẽtũ diuitie eorꝫ, fatuitas stultorũ imprudentia, ergo nolite fieri imprudentes. Tertia stulticia est luxuria. Vnde luxuria est illud p̃ctm̃ carnale qd̓ cõmittiť p̃ter mr̃imoniũ, q̃cũq; mõ fiat. Et ista est ualde magna stultitia. Qd̓ patet p similitudinẽ hoĩs, q in quadã domo a patre inferiori habebat paleã & stramina, que sunt esca brutorũ, desup habebat multos thesauros, & lapides preciosos. Cũ autem uigeret quadã hyeme frigus, uoluit calefieri, & succendit stramina igne, & cũ gaudendo calefieret, cõbussit totũ thesaurũ, & lapides p̃ciosos. Nõne talis iudicabitur fuisse imprudẽs? Certũ est ꝙ sic. Talis est luxuriosus, qui habet domũ & aĩam in qua est thesaurus magnus. s. rõ, & uoluntas, & superior portio, in qua rõne, & uolũtate, & superiori portione sunt ỽtutes & merita, q̃ dicuntur thesauri, & sensualitas est inferior pars, in qua sunt palee, & fenũ. s. motus carnales. Vnde, Omnis caro fenũ. Vñ Esa. xl. Clama. Et dixi, Quid clamabo? Oĩs caro fenũ, & oĩs gloria eius quasi flos agri. Et talis sensualitas nihil ualet respectu rõnis. Vnde Paulus ad Rom̃. vij. Scio enim quia non habitat in me, hoc est, in carne mea bonũ. Vñ in ratione & uolũtate &c. sunt

ſunt theſauri.ſ.fides, ſpes, & charitas, & ce
rte ỽtutes. O quãti theſauri, ſed combu
ritur quãdo hõ luxuriať, qm̃ luxuria dici
tur ignis. Vñ Iob.xxj.diciť, Ignis eſt uſq;
ad perditionẽ deuorãs, & oĩa eradicans
germina. Ergo caueamus ne incẽdamus
faleã.ſ.carnẽ, qm̃ tales ſunt imprudẽtes
q luxuriãtur. Vnde Paulus.j.Corꝫ.ij. Aĩa-
lis hõ nõ ꝑcipit ea q̃ ſunt ſpũs dei. Stulti-
tia em̃ eſt illi, & nõ põt intelligere, ergo
audiamus Paulũ, Nolite &c. Quarta ſtul
ticia eſt inuidia. Quod inuidia eſt ſtulti-
cia patet per ſimilitudinẽ cuiuſdã homi-
nis hñtis inimicos ipſum ꝑſequẽtes, qui
ueniẽs ad flumẽ, inuento põte fregit illũ
ꝑ q̃ trãſiret flumẽ, & tũc ueniẽtes inimi
ci eius occiderũt eũ, ſi nõ fregiſſet põtẽ
ꝑ q̃ trãſiret, ſed poſt trãſitũ, ſaluus fuiſſet
factus. Ita eſt de nobis in hoc mũdo, qm̃
omnes habemus tranſire flumen aq̃.ſ.in
fernũ, cũ põte q dicit amor ſiue dilectio
ꝓximi, qui habet ſex arcus, cũ iſto habe-
mus trãſire, & nõ eſt alius põs, & iõ dicit
ad Ro.xiij. Qui em̃ diligit proximũ, legẽ
impleuit. Nã nõ adulterabis, nõ occides,
non furaberis, nõ falſum teſtimoniũ di-
ces, nõ cõcupiſces, & ſi qđ eſt aliud man
datũ, in hoc uerbo inſtauratur, diliges ꝓ
ximũ tuũ ſicut teipſum. Dilectio ꝓximi
malũ nõ operatur. Plenitudo ergo legis
eſt dilectio. Per hãc em̃ trãſimus de mor
te ad uitã. Vñ iſti⁹ põtis arcus ſunt iſti.ſ.
amor & dilectio patris & matris, q debet
eſſe reuerẽtialis. Scđs amor inimicoꝝ.ſ.
nolle dãnũ, neq; eorũ mortẽ. Vnde dicit
ſcriptura, Ego autẽ dico uobis, Diligite
inimicos ueſtros, bñfacite his q oderunt
uos, & orate ꝓ ꝑſequẽtib⁹ & calũniãti-
bus uos. Mat.v. Tertius amor eſt corpo-
ris.ſ.ꝓximi, nõ luxuriando cũ proximo,
uel cũ ꝓxima. Quartus amor eſt proprij
corporis. Quintus amor eſt bonorũ ꝓ-
ximi. Sextus amor eſt fame ꝓximi. Nos
em̃ nõ debemus deſiderare aliena, qm̃ ra
dix oĩm malorũ eſt cupiditas.j.ad Ti.vj.
Qui autẽ frangit iſtum pontẽ, eſt ſtult⁹.
Et ideo dicit ſcriptura, Poſſidebunt par-
uuli ſtulticiã.prouer.xiiij. Paruuli ſunt in
uidi, qui hñt cor ita paruum, q̃ non ma-
net in eo niſi ipſimet. Inuidi em̃ ſe inor-
dinate diligunt. Sed cor hoĩs celo & ter-
ra mai⁹ eſſe deberet. Et rõ eſt, qa in celo
non ſtant niſi iuſti, tñ in corde hoĩs boni
debẽt eſſe tã iuſti q̃ etiã pctõres. Peccato
res diligere debem⁹, ac eorũ bona ꝓcu-
rare. Et ita patet quõ inuid⁹ diciť paruu-
lus. Vñ Iob.v. Paruulum occidit inuidia.
Quinta ſtulticia eſt gula. Quod autẽ gu
loſitas ſit ſtulticia, patet per ſimilitudinẽ
cuiuſdã famelici ſtulti, q uenit ad domũ
cuiuſdã diuitis, q parauerat bonos cibos,
quos appoſuit famelico, q portans ſecũ
uenenũ, miſcuit cibis, & comedit, & poſt
ea mortuus fuit. Talis em̃ dicitur fuiſſe
merito ſtultus. Vnde diues qui parauit ci
bos, eſt deus, de quo diciť, Oculi oĩm in
te ſperãt dñe, & tu das eſcã illorũ in tẽpo
re oportuno.ps.cxliiij. Ipſe em̃ dedit no
bis cibos quibus ſuſtentamur, attamen
nos miſcemus uenenũ.ſ.per ſupfluitatẽ,
hoc facimus cũ ſuperflue comedimus. Et
iſtud uenenum nos occidit, & abbreuiat
uitã tã ſpũalem q̃ corporalẽ, & ita intoxi
camus cibũ. Et ideo cõſiliũ datur in ſcri-
ptura. Eccľ.xxxij. Noli auid⁹ eſſe ĩ omni
epulatione, & non te effundas ſup oẽm
eſcã. In multis em̃ eſcis erit infirmitas, &
auiditas appropinquabit uſq; ad chole-
ram. Propter crapulã multi obierũt. Qui
autem abſtinens eſt, adijciet uitam. Et ita
patet quõ auidi ſiue guloſi ſtulti ſunt,
qm̃ occidunt ſeipſos. Et concordat alibi
ſcriptura loquens de auidis.ꝓuer.j. Stul
ti ea que ſibi ſunt noxia cupiunt, & im-
prudentes odibunt ſciam. Sexta ſtulticia
eſt iracundia. Quod autem iracundia ſit
ſtulticia, patet per ſimilitudinem alicui⁹
hñtis aliquẽ annexũ ſibi, cuius uult ſcin-
dere ueſtes, & nõ põt illi ueſtes ſcindere
cũ ſit a parte poſteriori, qui uidens quod
non põt frãgere ueſtes alterius, niſi uen
tre & corpore ſuo perforato, ponit ſibi-
ipſi gladium per uẽtrẽ, & occidit ſeipm.
Talis eſt ſtultus merito iudicand⁹. Huic
ſilis eſt iracundus, qui pro frãgendis ue-
ſtimẽtis alterius corporis, qđ eſt ueſtis
aĩe, ſeipm occidit. Nõ em̃ põt alterius oc
cidere animam, quia illa eſt incorrupti-
bilis.

bilis. Vel uestis etiã dicit fama, & ad fran gẽdũ uestimenta alterius corpus, uel famã, primo iracund⁹ pforat aĩam suã. Vñ iratus primo se occidit in aĩa pcutiẽs se gladio ire. De quo dñs Matt. xxvj. ait ad Petrũ, Oẽs eñ qui acceperint gladiũ, gladio peribũt. Quod intelligitur uel intelligi põt de gladio ire. Vnde Dauid in ps. xxxvj. Gladius eorũ intret in corda ipsorũ &c. Nõ eñ põt ĩtelligi de gladio materiali, quia est exceptio, qa sunt multi hodie accipientes gladiũ materialẽ, q non moriuntur gladio. Itẽ nec de gladio iudicis, qm̃ multi fuerunt homicide, qui acta pnĩa saluantur, ergo sine exceptione põt intelligi de ira, que primo occidit illum q eã possidet, & sic est stultitia. Ideo dicit scriptura, Ne sis uelox ad irascendũ, quia ira in sinu stulti requiescit. Eccli. vij. In sinu. i. in corde. Ergo nolite fieri &c. Septima stulticia est acidia. Qđ acidia sit stultitia, patet per similitudinem. Vbi notãdũ ꝙ in quadã uilla erãt nundine in quodã die, & fuit bonũ forũ de rebus, qa illud qđ añ cõstabat & appreciabatur cẽtũ frãcis in nũdinis, habebaĩ pro uno, & tũc hõ uolẽs emere uictualia, dormiẽs, & excitatus a muliere sua, noluit emere, sed uoluit prãdere, & post prandiũ iterũ obdormiuit, & nõ emit aliquid in nũdinis, post uero mortuus est. Nõne talis est stultus? patet ꝙ sic. Ita est de acidiosis in operibus uirtualibus, qui p modica huius mũdi bona pñt redimere infinitã penã ĩ alio mũdo, sed acidiosi negligũt. Et nota parabolã que est Mat. xviij. Hõ qdã rex omne debitũ remisit seruo suo procidenti ad pedes dñi, ac dicẽti, Patientiam habe in me. Ita nos in pñti uita cum paucis lachrymis possumus emere mĩam dei, & redimere penã inferni, & hoc quãdiu durãt nũdine. i. q̃diu durat presens uita, sed post mortem cũ mille milibus lachrymarũ nõ põt emi minima pars mĩe dei, quia iam transacte sunt nundine, & omnia cara sunt. Quod autẽ tps in alio mundo carũ sit, patet in historia Luc. xvj. de diuite epulone, qui plus q̃. M. cccc. annis petijt guttã aque, & nõ obtinuit &c.

Ergo q̃diu durant nũdine, emamus tam cum lachrymis & ieiunijs, q̃ cũ uigilijs & disciplinis, & alijs quibuscũq;, & agamus pnĩam, & ita erimus diligẽtes, qm̃ possumus in operibus terrenis semp laborare, & cũ hoc esse ociosi. Qđ patet, qm̃ ille cognoscitur fuisse ociosus in die qñ ad domũ redit in sero, nihil portat. Ita est de terrenis, cum laborauerint in mũdanis in uita, si non portent bona opera ad paradisum, tales iudicabuntur stulti, imo maximi stulti, & ideo dicitur de negligẽtibus & acidiosis, Qui operatur terrã suã, satiabitur panibus. Qui autẽ sectaĩ ocium stultissimus est. Prouer. xij. Vocat terram corpus, qm̃ de terra factũ est. Vñ, Formauit igitur dñs deus hominẽ de limo terre. Gen. ij. Vocat ociosum stultissimum. Vnde non posuit positiuum. s. stultum, nec comparatiuum. s. stultiorẽ, sed ponit superlatiuum. s. stultissimum. Vnde acidiosus dicit esse stultus in hoc mũdo, qa nõ uult agere pnĩam, & stultior, quia perdit gloriam paradisi, & stultissimus quia meretur penam inferni perpetuam. Ergo nolite fieri &c.

Dñica. xxj. post festũ trinita. Ser. j.

Hora septima reliquit eũ febris. Io. iiij. c. originaliter. Sermo noster erit de sancto euãgelio dñice pñtis. Et si placet deo habebimus multas bonas doctrinas ad illuminationem intellectus, & consolationẽ aĩarũ, & correctionem uite, & peccatorum. Salutetur uirgo Maria. In pñti sermone cogitaui habere modum laboratoris seu hortulani uolentis seminare bonũ semẽ seu plãtas, qui primo arat & preparat bonã terram &c. Terra bona & fructuosa est historia euangelicalis in cãpo seu horto euãgelij exarata. Dicatur historia euãgelij. Erat quidam regulus &c. Aratur sic ista terra, mouendo questionem quare uocat ipsum regulum, & non regẽ. Solutio. Quia non habebat nisi unam ciuitatẽ. Pro qua nota ꝙ quia antiquitus erat tanta ambitio regendi uel dominãdi, ꝙ in qualibet ciuitate erat unus rex, qui dicebat

tebat regulus, ficut modo unus eps, als non dicebatur ciuitas. De hoc autoritas. Terra Chanaã in quinq; regulos Philisthijm diuiditur, Gazeos, & Azotios, Ascalonitas, Getheos, & Accaronitas. Iosue. xiij. Alij qui habebant multas ciuitates, dicebantur reges. Et sequitur, Cuius filius infirmabatur Capharnaum &c. Nota circa hoc quod Iesus sibi dixit, Nisi signa & prodigia uideritis. Diceret aliquis, Quare xps reprehendebat eũ, cũ tñ tanta deuotione ueniebat ad eũ? Dico ꝙ xp̃s sic eũ aperte reprehendit propter modicam credulitatẽ quã habebat, qđ patet ĩ hoc qđ rogabat eũ ut descẽderet, & sanaret filium eius. Ex quibus patet ꝙ dubitauit, qa si ipsum uerum deũ credidisset, sciuisset quod non esset locus ubi nõ esset deus. Diffidebat ergo regulus, & nõ plene credidit, qa honorẽ dedit presentie corporali, petens ut descenderet corporaliter, sed melius fecit ille cẽturio dicens xp̃o, Dñe, puer meus iacet paralyticus in domo, & male torquetur. Ait ei Iesus Ego ueniã, & curabo eũ. Et centurio, Dñe nõ sum dignus, ut intres sub tectũ meũ &c. Lu. vij. & Mat. viij. Iste habebat uerã fidẽ, credẽs ꝙ xp̃s pñs & absens corporaliter poterat sanare filiũ suũ. Ideo non fuit a xp̃o reprehensus, sed cõmẽdatus, qa xp̃s dicebat sequentibus se, Amẽ dico uobis non inueni tantã fidẽ in Israel. Secundus defectus istius reguli notatur in hoc qđ dixit sibi xp̃s, Nisi signa & prodigia uideritis, nõ creditis. Nota dicit, Nisi uideritis, & nõ dicit audieritis, qa dicit apostolus ꝙ fides est ex auditu, auditus aũt per uerbũ xp̃i. ad Rom. x. Nunq̃ uos uidistis trinitatẽ, tñ creditis. Et ista ueritas quõ intrauit in cor ueſtrũ? patet ꝙ non p oculos, nec gustũ, nec tactum, sed per aures, audiẽdo scripturas, doctrĩas uerissimas. Idem de miraculis xp̃i dicẽdũ est, que similiter credimus, q̃uis ea non uiderimus. Et sic patet ꝙ est fides ex auditu. Et quia iste regulus audiuerat iam miracula xp̃i, quõ. s. xp̃s solo uerbo curabat infirmos, suscitabat mortuos &c. Et tñ adhuc non credebat, sed uolebat uidere, iõ reprehẽditur a xp̃o, cum dicit, Nisi signa &c. q. d. Nõne sufficit audire? Patet ex his ꝙ mõ essent m̃ti rephẽdẽdi. Dicũt m̃ti, Quid scit hõ de paradiso, de inferno, de purgatorio? nullus uenit ad nos ista nobis manifestans. Quibus dici põt reprehẽsorie id quod dixit xp̃s regulo. s. Nisi uideritis &c. Ista eñ audiuistis p pphetas, apostolos, & euangelistas, & per xp̃m, quia ipse totũ nobis reuelauit in scripturis sacris. Itẽ per Lazarũ, itẽ per beatũ Paulũ, itẽ p sc̃m Ioannem euangelistã, qui uiderunt & retulerũt nobis. Iõ sunt ualde rephensibiles illi qui dicunt, Ego uellẽ ista uidere. Auditus enim est necessarius, sed nõ uisus, quia oculi pñt incantari, & scriptura sancta non potest incantari. Sic ille regulus uolebat uidere dicens, Dñe descẽde prius q̃ moriatur filius meus. Nõ credebat eum posse post mortem suscitare. Sed xp̃s totus benignus nõ respiciẽs eius defectũ uoluit non solũ filiũ a febre, sed etiã patrẽ, & totã curiã suam ab infidelitate & incredulitate liberare, dicens, Vade, quia filius tuus uiuit. usq; in finem. Nota hic magnificentiam Christi. Iste regulus solum petebat sanitatem corporalem pro filio, & xp̃s sanauit filium in corpore & aĩa, & patrẽ, & oẽs de curia credẽtes in xp̃m. De ista magnificẽtia Moyses, Date magnificẽtiam deo, dei pfecta sunt opera. Deut. xxxij. s. sanando corpus & aĩam. Ideo dicebat ip̃e, Vnum opus feci, & oẽs miramini. Infra, Mihi indignamini, qa totũ hominẽ sanũ feci in sabbato. Io. vij. Ecce ager seu hort⁹ euãgelicalis. Nũc seminãdũ est bonũ semẽ moralitatũ & instructionum uite ad consolamẽ animarum. super hoc qđ dicit the. Hora septima &c. Et intrabo materiam p questionẽ. Querit ergo cum in die artificiali sunt duodecim hore, & in naturali uigintiquatuor, quare Christus poti⁹ elegit septimam horam, q̃ horam primam uel secundã &c. ad curandum istum infirmũ? qa certũ est ꝙ in prima uel secunda &c. uł etiã octaua potuit ip̃m curare. Nõ credatis ꝙ sine rõne xp̃s hoc fecerit. Hoc eñ fecit ad oñdendũ ꝙ ad pfectã saluationem

tionē aīe a febre peccati, septē opa pnia lia q̄si septē hore requirunt, & de septima hora dicit thema, Hora septima &c. Prima hora est pctōrum cognitio, sicut in prima hora diei hō incipit cognoscere alium ex claritate solis. Sic transactis tenebris pctōrū, qn̄ hō redit ad se, & claritas aurore incipit clarescere, in cōscientia sua dicit, O miser, in q̄tis existi periculis, es superb9, auar9 &c. Sed qn̄ hō est in nocte pctōrū, nō cognoscit pctā ista, nec piculū suū, secundū illud ps, Nescierūt, neq; intellexerūt, ī tenebris ābulāt. Sed quādo religiosus, clericus, uel laic9, qui tenet malā uitā, pctā sua aduertit, & suum periculū, tūc intra se dicit, O miser &c. De ista hora dicit apls, Hora est iam nos de somno surgere, nūc em̄ ppior est nr̄a salus q̄ cū credimus. Nox pcessit, dies aūt appropinquabit. Abijciamus ergo opa tenebrarum &c. ad Ro. xiij. Stare in pctō uocat dormire. Rō, qa qui dormit, nō utit sensibus, & semimortuus est, sic etiā pctōres semimortui sunt, qa pctōrū corpus uiuit, sed aīa est mortua. Et quot anni sunt q uos dormiuistis in pctō, in supbia, auaricia, luxuria, ira, & mala uolūtate? fortassis decē, uel undecim āni, uel uiginti. Ideo sicut soci9 excitat sociū qn̄ incipit aurora, ita apls dicens, Hora est iam nos de somno surgere &c. Nūc em̄ propior est nr̄a salus. Qn̄ hō stat ī pctīs, lōge est a deo p malā uitā, sed qn̄ hō incipit in se cognoscere defectus suos, appropinquat hō deo. Scd'a hora est cōtritio cordis. Magna fuit questio inter doctores, qd est cōtritio pprie. Et dimittēdo opiniones ego dicā uobis determinationem, q cōtritio est dolor de pctīs pteritis, sed non sufficit nisi sit respectu dei, sicut em̄ hō est compositus ex materia & forma, ita cōtritio habet duo. s. dolorē de pctō, ecce materia, & q sit respectu dei, ecce forma, als non esset contritio, sed attritio. Verbi gr̄a, Quando religiosus cognoscit sua pctā, & dicit, O miser, prelatus meus sciet, & plorat &c. nō est contritio, qa timore uerecundie, uel pene dolet. Sed si dicit, Deus fecit mihi tantam gr̄am, q de nemore mundi transplantauit me in padiso terrestri. s. religionis, ut saluū me facerē & alios, & ego miser offendi deū. O miser &c. Istud est cōtritio. Idē de clerico cognoscēte peccata sua, si dolet qa eps sciet, & sic īcarcerabit, & tota terra sciet, & sic diffamabitur, & pdet bn̄ficiū, par ualet. Sed cōtritio est qn̄ dicit, Dn̄e, tantā gr̄am mihi fecistis. s. consecrandi &c. quā non fecistis mr̄i ur̄e, nec Michaeli, nec Ioāni Baptiste. Lingua mea est clauis celi, & ego infelix fui tā ingratus &c. Ista est cōtritio. Idē est de uobis si aliqs uestrū est in aliquo crimine, & ducit ad furcam, & cogitat q dom9 sua est destructa, & uxor sua diffamata, filij eius cōfusi, corp9 suū pditum, & plorat, nihil sibi ualet, sed dānat. Sed si diceret, O dn̄e, tu fecisti me ad imaginē & similitudinē tuā, ut tibi seruirem, & ego &c. Itē sanguine tuo redemisti me, & despexi te &c. Abluisti ī baptismo &c. tūc est cōtritio. Idē de muliere cuiusuis status, que si dolet de pctō quia gētes loquūt, & plorat ppt piculū, nihil ualet. Sed si dicat, Dn̄e tu ordinasti mr̄imoniū, uel ꝟginitatē, seu uiduitatē, dn̄e fregi sic uł sic. O dn̄e qd erit de me? Ista est cōtritio, qa respectu dei. De ista hora autoritas. Nunc aīa mea turbata est, & quid dicam? Pr̄ saluifica me ex hac hora. Iob. xij. No. ex hac hora, qa ꝟa cōtritio nō est sine gr̄a, & si nō hr̄et opportunitatem cōfitēdi, sed ppositū, cōtritio sufficeret. Tertia hora est oris confessio. Rō, qa si habetis camerā plenā stercore, non sufficeret uidere, nec cōgregare ad angulū, nisi pijciat extra. Ita de cōscientia, que est camera dei, ex prima. s. pctōꝝ cognitiōe, uidet stercus pctōꝝ, ex scd'a congregat in angulo cū cōtritiōis scopa, sed oportet pijcere extra p fenestrā confessionis, & sic mūdatur camera, qn̄ dicitur cōfessori, Pater noueritis q ego sum superbus &c. pr̄ non recordor de alijs. Si uidetur uobis q in alijs peccauerim, interrogate me, quia ego dicam uobis ueritatem. Confessor aūt debet interrogare qd' officiū habet. Alia sunt pctā militis,

alitis, alia mercatoris, alia sacerdotis
&c. Itē idē de mulierib⁹, si est puella ui-
rgo, uel maritata, & data absolutiōe a cō
fessore, camera remanet pura, expulsis
de culpis, & peccatis, fit habitatio tri-
nitatis. Ad eum ueniem⁹, & mansionem
apud eū faciem⁹. Io. xiiij. De ista hora di
cit xp̄s, Mulier cū parit, tristiciam habet,
quia uenit hora ei⁹. Ioā. xvj. Confessio cō
paratur partui mulieris. Rō, quia sicut par-
tus est cū dolore, & est necessaria obste
trix, ita in cōfessione sunt dolores par-
tus, qn̄ hō cogitat ꝙ diffamat se &c. sed
oportet parere. Obstetrix est confessor
confortās dicēdo, dicatis &c. Sed qn̄ pe-
perit puerū, iā nō meminit p̄ssure ꝓpter
gaudiū qd' hō habet. Itē magnū p̄iculū
est de prole mortua in utero, qa nisi exe
at interficit mrēm. Idē de utero aīe, qa
quot sunt ples mortue, quot sūt pc̄tā mor
talia, q̄ habet hō. Iō oportet uel parere,
uel mori. Propter hoc xp̄s ordinauit sa-
cramētū cōfessionis, & p̄cipit ꝑ os eccle
siae ꝙ quolibet anno hō cōfiteat̄, uel pri-
uetur sepultura eccl'iastica. Extra de peni.
& remis. Oīs utriusq; sex⁹, nō solū adul-
ti, sed etiā pueri tenent̄ cōfiteri, habētes
annos rationis. Recitat beat⁹ Greg. ꝙ puer
quinq; annorum fuit dānat⁹. Quarta hora
est morum emendatio. Quid ualet pc̄tōrū
cognitio, uel cōtritio, uel confessio, nisi
homo emēdet uitā suā? Si cognoscitis ꝙ fui
stis superb⁹, pōposus, decetero debetis
uelle & ꝓponere humilitatē, & humilia
tionē. Itē si fuistis auar⁹, usurari⁹, uel de-
fraudādo, emēdo, uēdendo, uel negādo
debita, retinendo solidatā seruorū, uel
legata defunctorū, decimas, uel primitias
&c. emēdetis. Idē de luxuria, īmunde ui
uendo &c. decetero debetis uiuere ca-
ste &c. & sic de alijs. In illa hora accesse-
runt discipuli ad Iesum. Mat. xviij. Quin-
ta hora est debitorū restitutio. Si senti-
tis in bursa, taxia, seu in domo u'ra aliqd
de iniustis bonis, acquisitis ꝑ usurā, rapi
nam &c. restituatis. Restitutio enim est
necessaria, sicut pater uult ꝙ filij uel ser
ui sint cōtēti de parte sibi data. Et si un⁹
frater furet̄ partē alteri⁹, indignat̄ pater
dicendo, Nonne scio ego diuidere? Ita
debetis cogitare ꝙ iste mundus est una
domus dei, dn̄s est sursum cū baronib⁹,
nos sumus hic in stabulo cum bestijs. Et
dn̄s diuidit bōa, illi dedit magnā partē,
tibi paruā. Ideo nolite tangere partē al-
terius. Non dicat pauper, ego possum re
cipere hoc a diuite &c. Nec dicat diues,
Ego possum hoc recipere a paupere, qa
ego plurib⁹ habeo ꝓuidere, quilibet sit
cōtētus de parte sua, al's nunquā habe-
bit gratiam dei, nec intrabit paradisum.
quousq; satisfecerit. Non dimittit̄ pecca
tū, nisi restituat̄ ablatū. xiiij. q. vj. Si res.
Imo dico ꝙ magis letus debet esse pau-
per, quia speratur ꝙ erit diues in paradi
so, si sic habet patientiā, quia paupertas
rōne patientie erit sibi meritoria, ut di-
cit Ambr. dist. xlvij. Sicut hi. Diuites ue-
ro timere habebunt, ne ipsi retributio-
nem capiant in hoc mundo &c. Itē idem
dicendū est de satisfactione dāni, si no-
tarius uel falsus testis &c. alicui dānum
intulerunt, tales enim tenentur ad resti-
tutionem faciendam his quos dānifica-
uerunt. Item illi qui de nocte abscindūt
arbores, & frumenta aliorū, tenent̄ satis
facere de dāno. De ista hora autoritas.
Dicit xp̄s penitenti, Ego seruabo te ab
hora tentationis, q̄ uentura est in orbem
uniuersum. Apoca. iij. Hora tentationis
dicit̄ restitutio. Ista tentatio est hodie in
mundo. Dicatis uos prelato uel clerico,
qui cum simonia obtinuit, ꝙ renunciet
corā papa uel prelato statim, & audiatis
quid dicet. Dicet fortasis, O si deberem
restituere uel resignare, unde uiuerem?
Ecce dolor. Sed per illā horā tentatiōis
oportet transire, si uultis saluari. Item si
dicat̄ usurario ꝙ restituat, dicet statim,
Vnde ego uiuā, & uxor, & filij? sed dimit
tam in testō. Ergo in uita uos usurarij nō
uultis satisfacere, & in uita uos non uul
tis esse sine peccato, ideo ibitis ad infer
num. qualis stulticia? Sexta hora est iniu
riarū remissio, oportet enim parcere ini
micis, & facere pacē, & oportet ꝑ istā ho
rā trāsire, si uultis ꝙ de⁹ parcat uobis iiu
rias, & pc̄tā, q̄ peccādo fecistis cōtra deū.

Nõ dico ꝙ remittatis debitũ si nõ uultis, sed oportet necessario remittere odium, & maliciã cordis, & oportet hr̃e ꝓpositũ nõ nocẽdi ꝓximo, nisi secũdũ ordinẽ iustitie. Itẽ si aliqs interfecit patrẽ tuũ, noli uindictã q̃rere nisi secũdũ ordinẽ iustitie, qa hoc poteris sine p̃cõ. Deus eñ non ꝓhiberet iustitiã, sed odiũ. Hoc patet a siñi. Si aliqs sit uulneratus, & ferrũ remãsit intus, nihil ualẽt medicine quousq; extrahat ferrũ. Ferrũ est odiũ, rãcor &c. Et nisi ꝓijciat, nihil ualẽt medicine bonoꝝ operũ. De ista hora dicit Ioã. Sedebat Iesus supra fontem. Hora aũt erat quasi sexta. Io. iiij. Fons emanans est mĩa dei. Sup istũ fontẽ sedet xp̃s in illis qui amore & honore sui parcũt, & remittũt iniurias, ut eis ẽt sua remittant p̃ctã, als si nolunt parcere, nec uirgo Maria, nec oẽs sc̃ti impetrarent eis ueniam de ueniali peccato. Septima hora est eucharistie cõio. In ista dat plena sanitas, expulsa febre p̃cti mortalis. Ex q̃ eñ hõ cognoscit p̃ctã, & cõterit, & cõfitet & habet ꝓpositum emendandi uitã, & restituit aliena, & remittit iniurias, talis põt licite uenire ad cõicandum. De ista hora dicit xp̃s Io. v. Venit hora, & nũc est, qñ mortui. i. p̃ctõres, audient uocem filij dei. s. illam, Accipite & manducate, hoc est corpus meũ qd ꝓ uobis tradetur. j. Coꝝ. xj. Et ordinatũ est a xp̃o & eccl̃ia, ut quilibet xp̃ianus cõicet in paschate. Et licet de bono consilio in quolibet festo magno bonum esset cõicare, tñ ex precepto & sub pena p̃cti mortalis in paschate cõicare obligamur, & non solũ magni, sed etiã parui decem uel. xij. annoꝝ bene parati. Et iõ precedunt septẽ hebdomade quadragesime, prima corrñdet prime hore, sc̃da secunde. De ista hora intelligitur thema, Hora septima &c.

Dñica. xxj. post Trinitatẽ. Sermo. ij.

Credidit ipse, & domus eius tota. Verbum istud habetur Io. iiij. Istud uerbum dicit de quodã nobili dño, qui prius nõ credebat in xp̃m, imo erat infidelis, sed uisis xp̃i miraculis, que faciebat tanq̃ ꝑ deum imperando, credidit nõ solũ ipse, sed & tota domus. Iõ dicit, Credidit ipse &c. Salutetur ꝟgo Maria. Pro ratiõe & declaratione huius uerbi, & introductione materie p̃dicãde, recordor de quadã autoritate terribili, sed uera & rõnabili. Si quis suoꝝ, & maxime domesticoꝝ curam nõ habet, fidẽ negauit, & est infideli deterior. prima ad Ti. v. Si quis. s. dñs domus nõ curat dare ꝓuisionẽ necessariã corpis & aĩe suis domesticis, fidẽ negauit. Nam sicut serui iure fidelitatis tenent conseruare ꝑsonam dñi, famã, & honorẽ, & bona sua. Ita dñs iure fidelitatis tenetur ꝓuidere filijs & seruitoribus, nõ solum de cibo, potu, & uestitu, sed etiã q̃tũ ad animã, ut sciãt orare, & cõfiteant, ut audiant missam, ut cõicẽt, & uitẽt uitia, ne ludãt, ne furent, ne mentiantur, & hmõi. Et si dñs non curat, fidẽ negauit. i. ius fidelitatis, & est infideli deterior, quia infideles iure nature prouident suis seruitoribus de oĩbus eis necessarijs. Hoc a siñi ꝓbat. Vos uidetis ꝙ in corpe est unũ caput, in quo sunt oẽs sensus, & in alijs partibus corpis nõ est nisi unum sensitiuum. s. tactus, & caput regit. gubernat, & ꝓuidet oĩbus alijs mẽbris. Ita dñs est caput, & tenetur prouidere oĩbus de domo. s. filijs, seruis, ancillis, & captiuis, corpaliter & sp̃ũaliter. Iõ ille regulus, de quo legitur euangeliũ, ex quo fuit cõuersus, curauit de oĩbus, de domo uocauit milites, scutiferos &c. dicens, Ego non credebã in illum ꝓphetã Iesum, sed mõ credo ex miraculis que uidi, & uos etiã uidebitis, & debetis credere in eũ, & deus fecit sibi gr̃am ꝙ oẽs crediderunt in eũ. Patet thema. Ego inuenio in theologia, & ponuntur clare a doctoribus tres gradus uere credentie, & credulitatis xp̃iane. Magister sñiaꝝ in. iij. libro ponit illos dist. xxiij. Et sunt tres. s. Credere deum. Credere deo. Credere in deum.

Primus gradus hr̃ p sciam ĩtellectualẽ.
Sc̃ds per reuerentiam cordialem.
Tertius per obediẽtiam generalem.
Et iste tertius gradus saluat hominem.

Istos

...stres gradus habuit iste rex. Iō dicit, ...edidit ipse, & domus eius tota &c. Pri... grad⁹ fidei xpiane est credere deū. ...m gubernatorē, & rectorē iustū, bo... & sapientē, potētē, & remunerato... bonorū & malorū, & qd' bonis dabit ...am, malis penā, hoc est credere deū. Et ...credētia ab initio fuit necessaria usq; in finē mūdi. Ante incarnationē Iesu ...& añ ordinationē articulorū fidei, e... necessariū credere. s. q̄ iste mundus ...a se, sed ab aliquo erat fact⁹, imo hoc ...est demonstrabile naturali lumine, ...licet q̄ aliquis dñs est, qui fecit hūc ...dū, & regit, & gubernat. Et talis cre... ...a est necessaria. Aps̄ de isto gradu si ...dicit, Sine fide impossibile est queq̄ ...placere. Credere eñ oportet acce... ...ad deū, qa est, & q̄ inquirētib⁹ se ...munerator sit. ad Heb. xj. Isti duo arti... ...s. q̄ de⁹ est, & q̄ est remunerator in... ...entiū eū, & punitor nō inquirentiū ...semp fuerūt necessarij ad credendū, ...stultus qs, & insipiēs hō, sicut ille ...quo dicit in ps David, Dixit insipiēs ...corde suo, nō est de⁹. Sed q habet na... ...lē itellectū, pōt cognoscere q̄ deus ...p itellectū. Prīo si ego q̄rerē a uobis ...es, Creditis q̄ in meo corpe sit aīa? ...eretis q̄ sic, licet nō eam uideatis, sed ...naturali sciētia, ex operib⁹ que appa... ...exterius, qa uidetis in capite effectus ...ūq; sensuū corpaliū. s. uiderē, audire, ...qui &c. que non pñt a corpe esse sine ...a, creditis in me esse animā rationalē. ...qa brachia mouenī, & uēter recipit, ...emittit, & pedes mouenī, & pcedūt, ...certe cognoscit q̄ aīa est in corpore, ...et nō uideaī. Modo cogitare debetis ...caput hui⁹ mūdi sit celū. Duo brachia ...ementū ignis, & aeris, que sunt maio... ...s actiuitatis. Vterus in quo sunt hūidi... ...es aqua sit, & terra sit pedes. Modo qd ...detis in capite? nōne uidetis ibi motū ...olis ab oriente in occidentē ita ordina... ...q nunq̄ pctm̄ uel defectū committit? ...de motu lune crescendo & decrescē... ...dicendū est. Item uidemus motū alia... ...a stellarū. Modo clarū est, licet nō ui...deatur, q̄ est aliqua substātia spūalis, que mouet oīa ista, & illa est deus, qa sol, & luna, celū &c. irrationabilia sunt. Idē dicēdum est de motu duorū elemētorū, qua si duorū brachiorū. s. de fulguribus, nubib⁹, de claritate aeris, tonitruis, tēpestatib⁹, clarū est q̄ aliquis est qui faciat ista, & ille est deus, & licet non uideaī, ex his tñ effectibus pōt cognosci. Idē dicendū de aqua, que est quasi uterus. Itē terra q̄ pedibus assimilaī, facit ordinate opera sua. Primo in uere arbores producūt flores, & postea fruct⁹, & sic de alijs. Et qui mouet, & gubernat terram, & facit ista, deus est. Si ergo motus corpis cogit ad credendū aīam esse in eo, ita etiā motus huius mūdi facit deum cognosci, de hoc uide btm̄ Tho. j. parte. q. ij. art. iij. ibi pbat deū esse quinq; uijs. Propī predictā rōnem dicunt aliqui magni doctores, q̄ homo est ad imaginē dei, isto modo qa sicut deus est unus, qui gubernat totum mundū, ita in homine est unus spūs, gubernans totū corpus, & sicut tota aīa est in toto, & tota in qualibet parte, ita de⁹ est totus in toto mūdo, & totus in qualibet parte. Deus creauit de terra hoīem, & secundum imaginē suā fecit illū. Et iterū cōuertit illū in ipsam, supple ad cogitandū, qa sicut est unus spūs in eo, ita unus deus est in toto mūdo. Eccli. xvij. Scd'o hoc idē patet, & ponatur casus q̄ aliquis ignorans & simplex, sed uigēs naturali intellectū, intret palatium pape uī imperatoris solus, licet non uideat papam uel imperatorem, quando uidebit cameras, fenestras &c, statim cogitabit q̄ magnus dñs & potens fecit illud. Et ex ordinatione palatij cognoscet eius sapiētiam, & ex abundantia bonitatem. Ita in proposito. Cogitate quale palatium est iste totus mundus. Camere in quibus est dominus cum baronibus, filijs, & amicis, sunt alte collocate. s. in celo, nos sumus hic in stabulo cum bestijs. De ista domo autoritas, O Israel quam magna est domus dei, & ingens locus possessionis eius. Baruch tertio. Fenestre sunt sol, luna, & stelle. Et scam...

na hui⁹ domus sunt mõtes, qui talẽ domũ edificauit de⁹ est, & potentissim⁹, & qa ita ordiate fecit, sapiẽs est, qa & oib⁹ ꝓuidet, bon⁹ est. Talis dñs potẽtissim⁹, sapiẽtissim⁹, & optim⁹, iust⁹ debet esse, dãs bonis remunerationẽ, malis aũt punitionẽ. Ecce quõ cognoscit de⁹. Autori. Inuisibilia dei. s. glia, potẽtia, maiestas &c. a creatura mũdi, dicit glo. ab hoĩe ꝑ ea q̃ facta sunt intellecta cõspiciunt, sempiterna quoq; uirt⁹ ei⁹, & diuinitas, ita ut sint inexcusabiles. Quia cum cognouissent deũ, nõ sicut deũ glorificauerũt, aut grãs egerũt, sed euanuerũt in cogitationib⁹ suis, & obscuratũ est insipiens cor eorũ. Dicẽtes enim se esse sapiẽtes, stulti facti sunt. Ro. j. Philosophi in scholis cognouerũt deũ, licet nõ nominarẽt eũ deũ, sed primũ prĩcipiũ, ut in. xij. Meta. primã cãm, primũ motorẽ, motorem immobilẽ, primã intelligentiã. Sed dicit Augu. ꝙ in tẽplo adorabãt idola cũ populis. Ideo dicit apl̃s, ꝙ cũ cognouissent deũ &c. Moraliter iste defect⁹ philosophorũ est hodie in multis xp̃ianis, q cognoscunt deum, & tamen nõ glificant, imo despiciũt, & uituperant deũ. Verbi gratia. In domo dñi sustinere inimicum dñi, & hr̃e colloquia secreta, & recurrere ad illũ ĩ suis necessitatib⁹, magna iniuria dñi est &c. Hoc faciũt xp̃iani xp̃o, sustinẽdo diuinũ, cõiuratorẽ &c. & recurrendo ad eos. Itẽ cũ de⁹ sit in domo hui⁹ mũdi, tot⁹ in toto, & tot⁹ in qualibet parte, qñ iuras, renegas, blasphemas, corã eo iuras &c. uel tu nõ credis, uel si credis, & tñ facis ista, peior es philosophis infidelib⁹. Itẽ credis & scis ꝙ dñs q ꝓuidet suis seruitorib⁹ uult de eis aliqd̃ seruitiũ. Ita etiã dñs deus uult de nobis seruitiũ, & ut seruem⁹ dñicã &c. Si credis, & nõ facis, peior es q̃ philosophi. Ecce prim⁹ grad⁹ credentie, q habet ꝑ sciẽtiã intellectualẽ. Scd̃s grad⁹ ascẽdendo est maior. s. credere deo. i. uerbis eius. Multi credũt deũ, q nõ credũt deo, sicut multi me sciũt esse, sed nõ credũt mihi. i. ṽbis q̃ dico, uel ego credo demones semꝑ esse, sed nõ credo demonib⁹. i. uerbis eorũ. Qui credũt deũ, debẽt etiã credere deo. s. uerbis, q̃ dicit. Legit enim de Abraam sene, cui ꝓmisit de⁹ dare filiũ, cũ esset senex, & etiã uxor antiqua. Dicit textus, Credidit deo Abraã, & reputatũ est ei ad iustitiam. Geñ. xv. Et dico ꝙ iste gradus credẽtie uenit ex reuerẽtia. Magna eñ reuerẽtia fit alicui ꝑsone, dicẽti aliqd supra intellectũ, puta. s. ꝙ homines uel asini uolãt, & crederet sine iuramẽto, & testib⁹, ꝓpter suã famã, bonã conscientiã, & bonitatẽ. Ita est de xp̃o Iesu, q uenit de ultra mare de celo empyreali, ꝑ incarnationẽ & natiuitatẽ, & cepit nobis ꝑdicãdo dicere altissima, & supra rationẽ & intellectũ naturalẽ, ꝙ licet sit un⁹ deus, simplex & indiuisibilis, tñ ꝙ ille est tres ꝑsone, pr̃, fil⁹, & spiritussanctus. Vnde scriptura dicit, Tres sunt qui testimoniũ dãt in celo, pr̃, uerbũ, & spũssanctus. Et hic tres unũ sunt. j. Io. v. Debet eñ xp̃ianus dicere, Dñe, ad hoc nõ habeo rationẽ, nec argumentũ, sed bene ad oppositũ. Tamẽ dñe ex quo uos dicitis, credo firmiter, & nolo iuramentũ nec testes. Hic est meritũ fidei. Quia si dixisset solẽ esse lucidũ, & homo crederet, grates nullas haberet. Item dixit aliud mirabile, qd̃ de illis tribus ꝑsonis nõ pr̃, nec spũssanctus, sed filı⁹ factus est homo. Magnũ mirabile. Vñ dicit scriptura, Qui cũ in forma dei esset, nõ rapinam arbitratus est esse se equalẽ deo, sed semetipsum exinaniuit, formã serui accipiẽs. s. corp⁹ & aĩam, in similitudinẽ hoĩm fact⁹, & habitu inuent⁹ ut homo. ad Phil. ij. Hoc mirabile credendũ est, ut supra. Itẽ dicit ꝙ fuit cõcept⁹ de Maria uirgine, sine hoĩe, sicut granũ format intra auellanã. Itẽ ꝙ fuit natus de matre manente incorrupta, sicut transit radius solis ꝑ fenestrã uitreã, recipiẽs colorem uitri, sed bonus xp̃ian⁹ dicere ĩtra se debet, Dñe, nõ habeo rõnẽ, nec argumẽtũ, sed credo dñe, qa articul⁹ fidei est, Qui cõcept⁹ de spũsancto, natus ex Maria uirgine &c. Itẽ dixit nobis aliud mirabile, de sacro altaris, ꝙ dictis uerbis a sacerdote, ipse est ibi uerus deus, & hõ, sicut

est in

[..]in celo. Caro mea uere est cib⁹, & sanguis meus uere est potus. Qui mãducat meã carnẽ, & bibit meũ sanguinẽ, in me manet, & ego in illo. Item, Qui mãducat hunc panẽ, uiuet in eternũ. Io. vj. Si dicetur ꝙ hostia est alba, & rotũda, & credere sibi, nec mirũ. Greg. Fides non habet meritũ, ubi humana rõ p̃bet experimentũ. Qui timetis deũ, credite illi, & nõ di[..] nullũ, & non euacuabit merces uestra. Eccli. ij. Infideles, ut Iudei, Agareni, credunt deũ, sed non deo, iõ euacuabit merces eorũ. Tertius gradus fidei est credere in deũ. i. credendo in ip̃m ꝑ bona opa. Vñ scriptura, Qui credit in me, opa que ego facio & ip̃e faciet. Io. xiiij. Qui est in pctõ mortali, licet credat deũ, & credat deo, non tñ credit in deũ, eundo ad eum. Aliqui sunt passus eundi ad eum. Primus est cõtritio peccatorũ. Quemadmodũ puer, qui cecidit in lutũ plorat, sic quilibet nostrum debet facere, qñ uidet suã uitã immũdã, & deturpatã, ꝑ supbiã, auaritiã &c. Secũd⁹ passus est cõfessio, sicut puer qui cecidit in luto flens recurrit ad matrẽ, que ip̃m lauat, & mutat aliã ueste, sic recurrendũ est ad matrẽ nr̃am ecclesiã, ad cõfitendũ, ostẽdendo immũdiciam, q̃ lauat nos & uestit, qñ absoluit nos &c. Quia sicut erat prius quis indutus ueste superbie, põpe, & uanitatis, ita post induit hũilitatis ueste, & sic de alijs. Qui facit ista, credit in deũ, qa tẽdit ad illũ. Ois q credit in illũ, nõ dicit, illi, nõ confundet. Ro. x. Secus de credẽtib⁹ solũ duob⁹ primis modis. De hoc tertio mõ credẽdi intelligit illud uerbũ, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, qui uero non crediderit condemnabitur. Mar. xvj. Vide expositionem huius autoritatis.

Dñica. xxj. post trinitatem. Sermo. iij.

Induite uos armaturã dei ut possitis stare aduersus insidias diaboli. Verbũ istud habet textualiter ad Ephe. vj. &c. Salutetur uirgo Maria. Pro declaratione & introductione materie predicande sciẽdum qd' nos inuenimus in sacra scriptura, ꝙ xp̃s uenit in hunc mundũ ut rex intrans campũ pro liberatione ppl̃i sui a captiuitate & morte. Ratio. Ex quo Adã peccauit cõtra deum, faciendo uoluntatem diaboli potius q̃ dei, extunc diabolus tyrannice accepit tantum dñium in hunc mũdũ, ꝙ oẽs hoĩes tenebat captos intra clausuram pc̃õrum ianuis clausis. Ianue erant ignorantie de deo, errores, & false opiniones, quilibet faciebat sibi deum. i. idola, & post mortem diabolus ducebat aĩas ad infernũ. Ecce in qua captiuitate erat ppl̃s. Sed quid fecit filius dei? motus fili⁹ dei ex cõpassione & pietate, intrauit in hunc mundũ ut in campum &c. & p̃liũ cõmisit cum diabolo in die ueneris sancta, & fuit grauiter uulneratus in capite, in manibus &c. Sed liberauit populum suum intantum, quod omnes obedientes & credentes sibi sunt liberi. Autoritas. Attollite portas principes uestras scilicet ignorantie, & erroris, quia nobis ostendit portas ueritatis, & eleuamini porte eternales. s. ex duratione longa, & introibit rex gl̃ie, Quis est iste rex glorie? Dñs fortis, & potens, dñs potens in prelio. ps. xxiij. Hoc dicit Dauid illuminatus spiritusancto, preuidens xp̃i preliũ. Item alia autoritas noui testamenti maioris autoritatis q̃ Dauid, quia xp̃i est. Lu. xj. Cum fortis armatus. i. diabolus custodit atriũ suum. i. plateam huius mundi, quã tyrannice occupauit, in pace sunt omnia que possidet. Quia nec hoĩes nec angeli erant sufficientes ad expellendũ eũ. Si autẽ fortior illo. s. xp̃s superueniens uicerit eũ, uniuersa arma eius. i. peccati auferet, in quibus habebat fiduciã, & spolia eius. i. naturã humanam, distribuet in ordinibus angelorum collocando. Patet ergo ratione & autoritate ꝙ xp̃s uenit in hunc mũdum ut princeps ad bellũ pro liberatione populi sui. Creditis ꝙ intrauerit hoc bellũ sine armis? nõ credatis, imo optime armat⁹ fuit oĩb⁹ ꝟtutibus. Auto. Accipiet armaturã zelus illius. Tm̃ diligit aĩas, ꝙ nunquã fuit uir tam zelotipus de uxore

 sua,

sua, nec filia de patre, nec dñs de ancilla, sicut xps de aïa. Iõ dicit, Zelus illi⁹, & armabit creaturã. i. hũanitatẽ ꝟtutibus, qa diuinitas est semp armata ad ultionẽ inimicorum. Sap. v. Fiat ergo cõclusio, qñ rex ingressus cãpũ armat, nõne & milites armantur? Ideo militibus. i. nobis dicit thema, Induite armaturam dei. s. uirtutes, bona merita, & patet thema. Tria debent nos inducere & incitare ad recipiendum arma uirtutum, & bone uite.

Primus locus in quo stamus.

Secundus inimici quos habemus.

Tertius premiũ quod expectamus.

De his tribus dicit thema, Induite uos armaturã dei. Dico primo ꝙ debemus armari ꝓpter locum in quo stam⁹, qui est mundus iste, quia sumus in medio duorum extremorũ cõtrariorũ. s. celi beatorum, & inferni damnatorũ. In celo enim nõ oportet armari, quia nõ timẽt inimicos, nec demones, nullam habẽt malam uoluntatẽ, nec aduersitatẽ, nec impatiẽtiam, imo sunt in quiete perpetua, & in pace secura sine fine. Autoritas dei per os ꝓphete, Sedebit ppl̃s me⁹ in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducie, & in requie opulenta. Et securitas usque in sempiternũ. Esa. xxxij. Nota cum dicit, in pulchritudine pacis. In hoc mũdo pax uertitur in turpitudinẽ. Milites enĩ tpe guerre sunt cum timore, orant, confitentur, sed tpe pacis dant se inhonestatibus, furtis, luxurie erga mulieres, puellas maritatas, uirgines, & moniales, non sic de pace paradisi. Ideo dicit, Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Et secũdo dicit, Et in tabernaculis fiducie. Ista tabernacula sunt ille mansiones, de quib⁹ dixit xps, In domo patris mei mãsiones multe sunt. Io. xiiij. s. nouem ordines angelorum, in quibus popul⁹ dei collocatur & distribuitur. Aliqui cum angelis, ut penitentes, & sic de alijs. Dicitur tertio, in requie opulenta. In hoc mundo multi habent pacẽ cum ꝓximo, sed habent paupertatẽ & indigẽtiã. Sed illi de paradiso cum pace habẽt & abundantiam omniũ rerũ, quicquid uolunt, quicquid desiderãt, habẽt. Quarto dicitur, Et securitas usq; in sempiternũ. Multoties in hac uita habemus pacem, sed timemus de futuro ne habeamus guerrã, sed in paradiso est securitas eterna. Ideo nõ oportet ibi armari, sed in inferno, licet esset eis bonũ armari, nõ tñ pñt. Rõ, quia sunt captiui, & iam perpetuis carceribus deputati. Ideo nõ pñt armari, nisi pro tanto ꝙ in illa malicia obstinati sũt & indurati, quia nõ desiderãt nisi malũ, uel nisi male, uellent ꝙ oẽs essent etiam dãnati cũ eis. Et licet habeant liberũ arbitriũ, tñ ligatũ est, & nõ põt exire in aliquod bonũ opus. Congregabunt in congregatione unius fascis in lacũ, & claudent ibi in carcere. Esa. xxiiij. Nota, congregabunt in cõgregatiõe unius fascis, igniti supple. Sicut quilibet titio p se cõburit, sed qñ cõgregant in unũ magis cõburũtur, quia unus iuuat aliũ ad comburendũ. Ita in inferno quilibet dãnat⁹ cõburitur, sed quãdo plures sunt, magis cõburuntur. In hoc mũdo solatiũ est miseris socios habere penarũ. s. uidere perditionẽ uirorũ uel bonorũ, sed in inferno quãto plures sunt, tanto pena est maior. In celo ergo nõ est necessariũ armari, & in inferno nõ pñt, sed nobis est necessariũ, qui nondũ sumus in celo, nec in inferno. Ideo dicit thema, Induite uos. s. modo dũ estis in cãpis, ut nõ uincamini ab inimicis, ubi est cõtinuũ bellũ contra uitia & pctã. Iob. vij. Militia est uita hoĩs sup terrã, nõ dicit in celo, nec in ĩferno. Et sicut dies mercenarij dies eius. Mercenari⁹ enĩ si bene uel male laborat, meretur salariũ uel penã. Ita de nobis. Si bñ laboram⁹ in operibus bonis, & uirtuosis, & bona uita, meremur salariũ ꝓ alia, sed si ex pctĩs uincimur in carcere peccati, erimus captiui in ĩferno. Remedium ergo est ut abijciam⁹ opera tenebrarũ, & induamur arma lucis, sic ut in die honeste ambulemus. Ro. xiij. Quilibet scit suã bonã uitã uel malã, & si scit se uiuere in pctĩs, foras ea expellat. Abijciamus ergo opa tenebrarũ. s. pctã, & induamur arma lucis. s. uirtutes pctõ oppositas. uer

bi grã.

gia. Si aliquis sentit in se illud op⁹ te oroium. s. superbie, põpe, uane glie, ajciat, & induat humilitate, ut xps, & go Maria. de quo Lu. j. Respexit humi tatẽ ancille sue &c. Itẽ idẽ dicendũ est ope tenebroso. s. auaricie, usure, rapi e, simonie, & sic de alijs. Dico q̄ scd'a quare debemus armari, est ꝓpter ini icos quos habemus. Si uultis aperire culos aĩarũ, ad uidendũ quales inimi cos habem⁹. s. demones, q̄a inter hoĩes n debet esse inimicitia seu guerra, sed tra demones qui uolũt nr̄am dãnatio & corruptionẽ, cõtra istos fortiter pu are debem⁹. Aut. Nõ est nobis collu tatio aduersus carnẽ, & sanguinem, sed uersus principes, & ptãtes, aduersus di rectores tenebrarũ harũ, cõtra spi tualia nequitie in celestib⁹. ad Eph. vj. qsi uellet dicere apl̄s, Quare debetis armari armis ỹtutũ, q̄a nõ est nobis col luctatio aduersus carnẽ & sanguinem. i. oies, sed aduersus prĩcipes & ptãtes. q. d. inimici nr̄i sũt ita potẽtes, q̄ respectu ri sunt ut prĩcipes, siue reges respectu un⁹ pastoris. Maior eñ est potẽtia eoꝝ, one, si de⁹ permitteret, subito destrue t totũ mundũ, tãta est ptãs eoꝝ, & nos eri sum⁹ debiles uermes, & corrupti. Iõ necessariũ est armari. Secũdo est no bis colluctatio aduersus mũdi rectores tenebraꝝ haꝝ. Ipsi uero sunt astutissimi, ut hoies armoꝝ, q̄ diu secuti sunt arma, & bella respectu rusticoꝝ inexpertorũ. Septẽ milia annoꝝ sunt, q̄ demones se quunt arma, iõ sciũt bñ ubi debẽt percu tere, & nos miseri nescim⁹ adhuc quid est bellũ spũale, & illi nũq̄ fecerũt aliud cõtra patriarchas, ꝓphetas, apl̄os, & etiã cõtra xp̄m & uirginẽ Mariã. Tertio est nobis colluctatio cõtra spũalia neqtie. i. cõtra spũs nequã, qui sunt inuisibiles. Pe riculũ esset cecis pugnare contra inimi cos inuisibiles, un⁹ esset sufficiẽs ad cen tũ. Ita de nobis, qui sum⁹ ceci in hoc mũ do, q̄a nõ possum⁹ uidere demones, qui uadũt in circuitu, percutiẽdo mõ unũ in capite p superbiã, mõ aliũ in gutture per gulã, & sic de alijs. Oportet ergo nos armari cõtra ictus tentationũ. Quarto dicit, in celestib⁹. Ipsi enim hñt aduãtagiũ. Dicũt milites, & etiã Vegeti⁹ de re militari, q̄ q̄ põt hr̄e aduãtagiũ de colle, siue de mõte &c. bene stat in bello. Ita demones hñt aduantagiũ, tenent eñ nos sub manu. In inferno eñ quot sunt aĩe, tot sunt demones ad torquẽdũ, sed in aere caliginoso est magna multitudo demonũ ad nostrũ exercitiũ, & tentationẽ nostrã. De hoc uide s. Tho. j. parte. q. lxiiij. arti. iiij. Sunt enim ut atomi in radio solari. Ecce quomodo habẽt aduantagiũ. Videt ergo uobis si debemus amari? Ergo induite uos armaturam dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli, ad Ephe. vj. Dico tertio q̄ debet mouere nos ad armandum premiũ quod expectam⁹. Premium debitũ legitime laborantibus est corona celestis glorie. Multum crederet lucrari, qui in uno bello obtineret coronam regis Francie, Arragonie, Castelle, que nihil ualent uel parũ, quia si hic lucrantur, aĩe nonnunq̄ perduntur post mortem. Item subijciuntur tot miserijs & indigentijs. Sed corona paradisi, que datur aĩe intranti paradisum per xp̄m, ut depingit de uirgine Maria, Veni amica mea, ueni coronaberis. Cant. iiij. ex quo semel recipitur, nunq̄ perditur, & ex quo collocatur in cathedra, habet abundantiã omniũ rerũ. Ideo oẽs labores oĩm bonorũ operũ dulces debẽt esse nobis pro illa corona obtinenda. Dicat hic miraculũ de uitispatrũ, de illo q̄ in una nocte lucratus est septẽ coronas, quia cõtradixit tentationi ne dormiret. Modo si pro tam leui re ille obtinuit septem coronas, quid erit de nobis si uolumus cõtradicere, & resistere fortiter tentationi de superbia? qñ dicit demon, O talis uadit sic &c. nõ credatis sibi. Idẽ de tentatione auaricie, qñ dicit, Talis ascendit, & cõgregauit diuitias, quia mutuauit, uel emebat &c. aduãtagiũ, uel uẽdebat pr̄is ꝓpter solutionis dilationẽ, non credatis sibi, sed fortiter resistite. Idẽ de luxuria dicit, O quantũ solatium esset cum tali iuuencula peccare. Idẽ de

uindicta, nō credatis sibi. Idē de pnīa qn̄ dicit, Et quare uis facere pnīam? forte no cebit tibi &c. nō credatis sibi, quia si estis fortis, & uincitis, habebitis coronā. De hoc auto. Labora sicut bonus miles Iesu xpi. Rō subdit, qa nō coronabit nisi q legitime certauerit. ij. The. ij. Legit de Romanis ducibus, q mittebāt cōtra prouincias, qui bellabāt uiriliter, & cū magnis periculis, expectātes coronā de lauro ad introitū Rome. Nos ergo debemus fortius animari, q non de lauro, sed de auro coronabimur in porta paradisi, & laudabimur ab angelis & sanctis. Iō aps, Oīs q in agone contēdit, ab oībus se abstinet. & illi quidē ut corruptibilē coronā accipiant, nos aūt incorruptam .j. ad Cor. ix. Ergo cōsiderādo locū, in quo sumus, inimicos quos habem⁹, & premiū quod speramus, armari debemus. Ergo induite uos &c.

De eadem dn̄ica. Sermo. iiij.

ACcipite armaturā dei. ad Eph. vj. In ser. hesterno declaraui qualr & quare debem⁹ armari. Nō iuxta the. uolo declarare qualia arma & que debemus recipere ut simus fortes cōtra diaboli tentationes, mundi occasiones, carnis īclinatiōes, & antixpi impugnationes. Salutet ꝟgo Maria. Pro intellectu huius ꝟbi sciendū ꝙ doctrina est cōis in sacra theologia, & approbata per oēs doctores & magistros in theologia, ꝙ peccare est ita cōe creaturis humanis huius mūdi, ꝙ solū exceptis duobus. s. Iesu xpo, & uirgine Maria, nullus alius hō pōt excusari quin ceciderit, uel aliqn̄ in pctō fuerit. Mlte sctē persone & spūales fuerūt in hoc mūdo, & inde non pnt excusari a pctīs. Hoc patet p regulā philosophie, Quod a natura inest, semp inest nature specifice. Vt intelligatis regulam. Coruus a natura est niger, ergo nigredo oībus inest naturalis uel formalis. Idē de albedine cygni, & pictura uel uarietate pauonis uel upupe. Idē de hoībus ꝙ habeāt duos oculos, & quinq; digitos ī qualibet manu, & quolibet pede. Patet regula philosophie. Nō uideam⁹ in theologia peccare utrū inest hoīb⁹ a natura? Dico ꝙ sic. Nā in pctō cōcurrūt tria. s. principium, mediū, & finis. Prima duo sunt a natura. Tertiū ꝟo a uolūtate. Iō est culpa & pctm̄ ex cōsensu uolūtatis. Pctm̄ enī incipit a sensib⁹ corporis, q naturalr inclinant ad malū, sicut oculi ad uidēdū et illicita &c. Itē audit⁹, & odorat⁹, & gust⁹ silr inclinant. Similiter & inclinat tactus manuū, uel aliarū partiū inclinātiū ad luxuriā, & malū. Et talis inclinatio non est pctm̄, qa naturalis est, sed est principium peccati. Medium ꝟo peccati est in imaginatiōe, qn̄. s. hō cogitat quō fieret peccatū, nec illa est pctm̄, qa naturalis est, sed mediū peccati, hoc etiā est naturale. Auto. Sensus & cogitatio. i. imaginatio humani cordis ad malū prona sūt ab adolescētia sua. Gen̄. viij. Patet ꝙ principiū & mediū peccati est a natura, finis uero a uolūtate, qn̄ uolūtas cōsentit, tunc est pctm̄ cōsummatū. Pctm̄ cū cōsummatū fuerit, nō dicit, īchoatū uel mediatū, gn̄rat mortē. Ia. j. Patet ergo ꝙ pctm̄ a natura inest qtū ad hoc, qa principiū & mediū sunt a natura. Auto. Nequā est natio eorū, & naturalis malicia ipoꝝ. Sap. xij. Qn̄ de⁹ creauit Adā & Euā, creauit eos in tanta equitate, ꝙ sensus & maginatio cōcordabant cū rōne, intm̄ cū essent nudi in paradiso, & Eua esset pulchrior mulier q̄ unq̄ fuit, uirgine Maria excepta, & respicerent se mutuo, nō erat desideriū, nec cōcupiscētia in eis, imo in paradiso terrestri in tanta equitate & conformitate erāt, ꝙ nec sensus, nec imaginatio, nec rō in aliquo discrepabāt, & illa dicit iustitia original. Sed postquam per eos fuit pctm̄ comissum cōtra dei preceptū, comedēdo de ligno &c. O dixit deus, Iā tam male usi fuistis gratia per me uobis data. & abstulit illis illā gratiā equitatis, & dimisit principijs naturalibus, statim fuit in eis mot⁹ sensualitatis & imaginationis contra rōnem, intantū ꝙ habuerunt sibi facere perisomata de folijs ficulnee, & sic cōsequēter sumus sine illa equitate. Iō dicit, Nequam est ratio eorū. Et hoc sequit natu-

ralis

[a]lijs malicia.i. pctm̄. Ex dicta auto. clare innuit φ pctm̄, q̄tū ad principium & medium, est naturale. Itē alia autor. ap̄li loquētis de se & de alijs dicentis, Nos oēs aliqn̄ conuersati sumus in desiderijs carnis nostre, faciētes uolūtatē carnis.i.sensualitatis, ecce principiū peccati, & cogitationū mediū, & eramus natura filij ire, sicut & ceteri. ad Ephes.ij. Fiat ergo ratio et regula. Si φ a natura est, semper inest, [...] inest a natura, ut probaui, ergo semper inest, nisi de gratia speciali eximatur uirgo Maria. Hoc dicit Augu. de gratia & natura. Si oēs sc̄ti & sancte dū adhuc uiuerēt, interrogati fuissent utrū sine pctō essent, oēs r̄ndissent, Si dixerim⁹ qm̄ peccatū non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis nō est. j. Io. j. Ex hoc ergo habetur φ nullus fuit ita armatus uirtute, sanctitate, & gratia, quin sagitta peccati anima penetrauerit, nisi armatura xp̄i. Si ergo nos, q sumus in cāpo, uolumus armari, que arma recipiem⁹? sanctorū? nō, quia nō sunt probata, sed xp̄i. Iō dicit thema, Accipite armaturā dei. Nō intendit dicere ap̄ls taliter φ nunquā peccemus, sed quia dicit, sequamur eū iuxta dictum beati Petri, Sequamini uestigia eius qui pctm̄ nō fecit. j. Pe. ij. Et alibi.s.iiij.ca.ait, Xp̄o passo in carne, & uos eadem cogitatione armamini. Igit̄ uideamus que arma sunt accipiēda, ut armem⁹ nos, & assimilemur xp̄o. Dico φ nescirē inuenire meliorē armaturam q̄ ap̄li, q dicit, State succincti lūbos u̅r̄os in ueritate, & induti loricā iustitie, & calciati pedes in preparatione euāgelij pacis. In oībus sumētes scutū fidei, in quo possitis oīa tela nequissimi ignea extinguere, & galeā salutis assumite, & gladium sp̄ūs, quod est ūbum dei. ad Ephe. vj. Vbi dat nobis sex armaturas.

Prima est cinctura de castimonia integrali.

Secunda lorica de iustitia generali.

Tertia calce⁹ de cōcordia fraternali.

Quarta scutum de credentia uirtuali.

Quinta capillicia de confidentia celestiali.

Sexta gladius de iustitia spirituali.

Dico primo cū dicit, State succincti lumbos uestros in ueritate. Hoc uidet̄ ad experiētiā, φ hō fortior est cinctus, quā sine cinctura, iō bellātes cingūt se. Hic oñdit̄ φ in bello sp̄ūali stringamus nos cingulo.s.castimonie integralis, quia dicit Gre. φ luxuria est in renibus. Ideo uiuamus caste cōtra malas inclinationes carnis, alias qui nō uiuit caste, cadit in multa pctā, false iurando, diffamādo, occidēdo, ad cooperiendū pctm̄, imo quod peius est, tenēdo cōcubinā, ad demones recurrendo, inuocando ut possint habere mulieres. Ecce quare dicit, State suc. lūbos uestros.s.caste uiuēdo. Nota cum dicit, ī ueritate. Dicit regu. philosophie φ ueritas est adequatio .i. conformitas rei ad intellectū. qn̄.s.res cōcordat adextra, sicut existit in intellectu ueritatis, sicut quādo ego cōcipio sortem currere, si ita est a parte rei.s.φ currat, tunc res correspōdet cōceptui uel uerbo intelligibili, & ppterea dicit Philosophus .j. Perihermenias, Sunt enim ea que sunt in uoce earū que sunt in anima passionū note. ergo castitas est, quādo illud opus nō fit, nec in mente desiderat̄. Tūc fit adequatio rei ad intellectū, quoniā intellectus non cogitat, nec desiderat ab intra, nec in re op⁹ fit ad extra. Quid ualet castitas dicētium, Non facerē opus, quia essem diffamatus, si desiderant facere si secrete posset fieri, & permanere, talis est castus, sed non in rei ueritate. Idē etiā de religioso & clerico, qui propter uerecundiā gentiū uiuunt caste, sed in mente desiderant, non ibi est adequatio rei ad intellectū. Idē de sene, qui nō pōt, & desiderat cogitādo, Quo uenerūt peccata que opabaris prius.s.cū eras iuuenis. Dico φ talis non est castus in ueritate. State ergo succincti. Benedictus est qui isto cingulo strīgit renes corporis & cordis, & cōcordat uerbū Christi dicentis, Sint lūbi uestri precincti, & lucerne ardētes in manibus uestris. Lu. xij. Illi qui uadunt circūspiciendo, spaciādo, q non sunt contenti de uxoribus, & uadūt &c. dicit xp̄s, Sint

lumbi uestri precincti, & lucerne ardentes in manibus uestris, quia luxuriosi uadũt de nocte, querunt tenebras & latibula, & qui male agit, odit lucem. Ideo sint lucerne ardẽtes .i. opera clara in manib⁹ uestris. Itẽ contra illos qui dicunt, Faciã, & postea cõfitebor. Et miser si morereris in pc̃tõ, ut ille qui dormiebat cũ quadã muliere, & dom⁹ cecidit, & mortui sunt, & dãnati. Item esto ꝙ cõfitearis, oportet facere pn̄iam, uel hic, uel in purgatorio, uel in inferno. Iõ nolite querere talia socialia. Ecce prima armatura castimonie integralis .s. mente & corpore. Secunda armatura est lorica de iustitia generali, cum dicit, Induite loricã iustitie. Secundum Philosophũ iustitia dicit̃ lorica, que totũ hominẽ armat in circuitu, ante & retro, a dextris & a sinistris. Ita iustitia oĩb⁹ ante & retro dat qđ suũ est. Illi q̃ stãt ante, sunt uxor, filij, & famuli. Istis tenemini dare instructiones, ne iurent nisi per aduerbia, ne mentiãtur, ne rapiãt, sed ꝙ cõfiteant̃, & cõicẽt, & orẽt, & ipsi etiam tenent̃ dare patri seu dño honorẽ. Eccl̃. vij. Filij tibi sunt, erudi illos. Sic bonus Thobias docuit filiũ suũ ab ĩfantia timere deũ, & cauere ab omni pc̃tõ. Thob. ij. Retro sunt illi, qui iã trãsierũt ut defuncti. Istis tenemur dare orõnẽ, maxime heredes, manumissores, cõplẽdo testamenta. A dextris sunt ecclesiastici, prelati, & alij. Istis tenemini dare reuerẽtiam. A sinistris sunt illi quos defraudamus, si uolumus saluari, satisfaciamus quibus tenemur ad restitutionẽ. Ecce lorica iustitie, circũdans totum hominẽ. Benedictus q̃ põt dicere, nihil debeo alicui. Si habes mille florenos de bono iusto, & unũ de malo iniusto, ille corrumpet alios, ut poma corrupta corrũpunt poma recentia. Qui habet istam iustitiam generalẽ, põt dicere, Iustitia indutus sum, & uestiui me sicut uestimẽto &c. Iob. xxix. Tertia armatura cũ dicit, Calciati pedes in preparationẽ euãgelij pacis. Hic armat nos de cõcordia fraternali. Differũt enim calciatus & discalciatus. Discalciatus eñ sentit spinas, lapillos, & uiarum obliquitates, & duricias, calciatus uero nõ. Ita qui habet concordiã fraternalem, calciatus est, & nõ sentit spinas, uerba aspera, dura, iniurias, & fraudes sibi illatas. Dicit sibi, Vos estis hypocrita, dicit, non dicitis filij ex toto falsum, & sic de alijs. Sed mõ pauci uadũt calciati, oẽs uadimus discalciati, nõ solum homines, sed etiam mulieres, que de nihilo se sentiũt, dicentes, Non loquerer ei, qa dixit mihi, cauillatrix. &c. De decẽ annis recordãtur de iniuria. Ideo dicit, calciati. O si diceret aliquis, Ego non uindicabo me de morte patris, cum sit tanta iniuria, uel filij, seu fratris &c. Maior dñs est Iesus xp̃s, q̃ in cruce dixit, Pater, dimitte illis, non eñ sciunt qđ faciũt. Luc. xxiij. Ergo calciamẽta habebitis in pedibus uestris, tenentes baculos in manibus. Exo. xij. Baculus iste de quo dixit, illo percutiendi sunt demones. Et est baculus quo sustẽtamur, qa si aliquis te iniuriauit diffamãdo, tene baculum in manibus, non te uindicando, qa dicebat̃ xp̃o in cruce existenti, Vah qui destruis tẽplũ, &c. Alios saluos fecit &c. & sic de alijs. Sed ipse ait, Pater ignosce illis &c. Quarto sumentes scutũ fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Hic autẽ armat nos de scuto credentie. Ratio, quare fides dicit̃ scutũ. Scutũ non est factũ longũ aut rotundũ, sed habet tres angulos. Ita fidẽ habemus de deo, & firmiter credimus ꝙ sit unus in essentia, & trinus in personis. Secũda rõ est, quia scutũ portat̃ in sinistra parte. Sicut in homine sunt dextra & sinistra, ita sunt due uite .s. eterna in paradiso, & ista dextra est & tpalis in hoc mũdo que dicitur sinistra. Auto. Leua .i. sinistra eius sub capite meo, & dextera illius amplexabit̃ me. Cañ. ij. In paradiso nõ est fides, quia fides est credere quod non uides. In paradiso totum uides clare, sed scutũ fidei portatur in sinistra .i. in hac uita. Nos mõ credimus trinitatẽ, sed in paradiso non, quia uidebimus clare, & poterimus tunc dicere, Sicut audiuim⁹ .s. in ecclesia xp̃iana, sic uidimus in ciuitate dñi uirtutum. Not. in quo possitis oĩa tela nequissimi

ignea extinguere. Aliqui sunt nequã, ut Christiani qui habẽt fidem & malã uitã, credũt xp̃m esse deum, sed nolũt ei obedire. Nequiores sunt, q non habẽt fidem nec obediẽtiã, ut infideles. Sed nequissimus erit antixp̃s cito uẽturus. Scutum fidei stat in Credo. Dicat semel. Ideo dicit, in oĩbus supple diebus, sumẽtes scutũ fidei mane & sero cũ protestatione, & defendat uos ab antixp̃o. De isto scuto Dauid, Scuto circundabit te ueritas eius, non timebis &c. ps. xc. Veritas dei est scutũ fidei. s. Credo, contra omnia tela nequissimi. s. antixp̃i, qui mittet quatuor iacula huic mundo. s. Primũ disputationũ. Secundũ prosperitatum. Tertium falsorũ miraculorum. Quartũ tormentorum. omnia scuto extinguunt. Quinta est, galeã salutis assumite. Hic armat nos in capite de capillicia, & de confidentia celestiali. recte galea cõparatur confidentie. Rõ, tres sunt uirtutes theologicales, scilicet fides, spes, & charitas, & spes est altior, non dico maior est spes, quia fides & charitas duas partes habent, altam & bassam. Fides habet ꝙ est unus deus, pater, filius, & sp̃ũssanctus, istud est altum. Item bassum propter xp̃i incarnationẽ. Item de gloria altiori in celo, quã deus dabit bonis, credere penas inferni, quas deus dabit malis, & sic fides habet altum & bassum. Charitas in duobus consistit preceptis. s. diligere deum, & proximũ. deũ ut altum, proximum ut bassum. Spes uero tantũ est alta, quia in nullo est sperãdũ nisi in deo. De illis qui sperant in homine, dicit propheta, Maledictus homo qui confidit in homine. Hiere. xvij. Ergo spes habet tantũ altũ in deo. Benedictus uir qui confidit in dño, & erit dominus fiducia eius. Hiere. xvij. Ecce galea alta. Ergo auisetis uos, nõ ponatis spem uestrã in rebus tẽporalibus, sed in deo. Verbi gratia. Bonus & aptus medicus qñ recipit infirmũ in cura, non debet confidere ꝙ ipse dabit sanitatem, quia effectus dei est, sed dicat, Ego faciam secũdũ artẽ & meam scientiam, sed ꝙ sequatur effectꝰ sanitatis, cõfidatis in deo. Sextus gladiꝰ, quod est uerbũ dei. Ex quo eñ sumus armati in renibus de castimonia integrali, & lorica de iustitia generali, & pedibus calciati de concordia fraternali. In sinistra manu scuto fidei, & galea confidentie celestis. Oratio armat nos manu dextra gladio iustitie spiritualis. Scutum est ad defendendum. Ensis uel gladius ad offendendum. Ita oratio est ensis uel gladius quo percutiuntur inimici nostri, quando mane & sero deuote orat. Primo signando se, & flexis genibus cogitando ꝙ uidens xp̃m quem sc̃tĩ adorant, qui inimicatur nobis, talis oratio dicit gladius, quia ore, & corde cogitando debet dici, & tunc inimicus nõ audet appropinquare. Dicat de Iuliano apostata, qui inuocabat demones, & eos mittebat cũ literis, & intra horam redibant cũ rñsione, sed sic non est faciẽdũ nobiscum, ne creatorem nostrum cõmoueamus, q unicuiq; secũdũ sua merita retribuet, ut dicitur Apo. xix. de ore eius. s. orantis ꝓcedit gladius ex utraq; parte acutus, ut in ipso percutiat gentes. Ecce quare dicit thema, Accipite armaturam dei.

De eadem dominica. xxj. post Trinitatem. Sermo. v.

STate in preparatione euangelij. Verbum istud habetur Ephe. vj. Salutetur uirgo Maria. Pro declaratione huius uerbi sciendũ ꝙ in theologia inuenitur magna differẽtia inter preparationem cordis, & executionem operis, quia licet homo aliquid conficere uelit, potest tamen impediri. Verbi gratia. Quilibet habet liberum arbitrium eligendi, ordinandi &c. sed executio sepe impedit, qa eritis pauper, nõ habebitis ad manducandũ. Patet ergo ꝙ preparatio est in corde, & executio non. Item multi pñt cogitare, & preparare se, ut uadant ad sanctum Iacobum, uel Hierusalem, sed si essetis contractus, non poteritis exequi. Item multi disponunt, ordinant, & desiderant ire ad ecclesiam, si interea incidunt in infirmitates, tũc executio est impedita. Quod aũt diffe-

differẽtia est inter p̄parationẽ & executionẽ. Autori. Cor hominis disponit uiã suã.s. p liberũ arbitriũ, sed dñi est dirigere gressus eius. p̄uer. xvj. Itẽ alia ibidẽ, Hominis est animũ preparare, & dñi gubernare linguã. Nota, hominis est preparare animum ad p̄dicandũ, uel disputandum &c. sed executio ad extra dñi est gubernare linguã. Quia ergo executiones operum ad extra non sunt in libero arbitrio, sed p̄parationes, ideo dicit thema, State in p̄paratione euangelij. Nõ dicit in executione, qa sanctũ euangeliũ precipit facere eleemosynam. Vñ si nõ habetis, sufficit habere cor p̄paratũ, q̄ si haberetis, tunc faceretis. Item precipit confiteri, sed sufficit habere cor preparatum. Idẽ de alijs operib9. Patet thema. Diceret aliqs, In qb9 stat euãgeliũ xp̄i? Dico q̄ tota doctrĩa euãgelica cõsistit ĩ q̃tuor.

Primo in simplici credẽtia.
Secundo in plena obedientia.
Tertio in digna penitentia.
Quarto in firma perseuerantia.

De omnibus istis & in speciali dicit the. State in preparatione euãgelij. Dico primo q̄ sanctũ euãgeliũ p̄cipit habere simplicem credentiam, simplex credẽtia est alicui credere de magnis & mirabilibus reb9 factis, & altioris dignitatis, pfectioris sanctitatis, & plenioris sapientie, q̄ nunq̃ mentitur, tanto eius assertioni simplicius est credendum sine iuramento & testibus. Talem credentiam uult Christ9 a nobis. i. ut alta, inuisibilia, & incomprehensibilia fidei transcendentis simpliciter credamus, nõ ponendo nos in disputatione. s. quõ potest hoc esse &c. Non uelle testes &c. sed dicere, quia uos dñe dicitis, qui nõ potestis dicere falsum, credo simplici uerbo, licet intellectus meus nõ potest cõprehendere. In hoc facimus xp̄o magnum honorẽ. Verbi grã. Quilibet xp̄ianus credit trinitatem, & hic non uidetur quomodo tres persone sint una essentia, tñ quia uos mihi dicitis, ego credo, ex quo estis tante sanctitatis, dignitatis, & sapiẽtie, q̄ nõ potestis mentiri &c. Itẽ dicitis q̄ est de9 & hõ, credo ut supra in precedenti sermone. Autoritas de oĩbus his, Venit Iesus in Gallileam p̄dicãs euangeliũ regni, & dicẽs, Penitemini, & credite euangelio &c. Mar. j. Nota aduẽtus in Galileam, q̃ interpretatur rota, signat xp̄i incarnationem, per quam uenit in istũ mũdũ uolubilẽ, ut p̄dicaret euangeliũ regni dei, quia. s. credentes portat ad regnũ dei. Iõ apostolus, Nõ erubesco euãgeliũ. Virtus enĩ dei est ĩ salutẽ omni credenti. Ro. j. Non erubesco, sicut faciunt multi, predicãtes Ouidiũ, Vergiliũ, Terentium, & aľs fabulas poeticas, in q̄bus nulla est fides, quia multa mẽtiuntur poete, ut dicitur in. j. Metaphy. Dico secũdo &c. s. plena obediẽtia, nõ solũ euãgeliũ xp̄i p̄cipit simplicẽ credẽtiã, sed & plenã obedientiã. Rõ. Nullus dñs est cõtẽtus de sola credentia subditorum erga ip̄m, sed oportet reddere obedientiam plenã. Si enim credis q̄ xp̄s sit dñs, rex, saluator oĩs. Ergo sis ei obediens, quia obediẽtia sequitur ad credentiã. In hoc ostenduntur illi qui credũt Christo, qa ad extra ei obediũt. Xp̄s p̄cipit nõ ire ad diuinos &c. sed recurrere ad deũ in necessitatibus. Qui nõ recurrit, obediens est, sed modo tot sunt inobedientes. Tales licet ore nõ dicãt p̄pter timorẽ, opere tñ ostendunt deũ nõ oĩpotẽtẽ &c. Itẽ si credis ip̄m deũ, ostende obediẽdo, qa p̄cepit nõ iurare, luxuriari, blasphemare &c. quia de rege suo & prelato hõ loquitur cũ reuerẽtia. Itẽ qlibet domin9 uult de seruis suis, qbus p̄uidet, aliquod seruitiũ. Cũ ergo xp̄s sit dominus, dans nobis prouisionẽ rerum oĩm, faciamus sibi aliquod seruitiũ. s. in hebdomada seruemus dñicã. Ecce quõ obediẽtia sequitur ad credẽtiam. Iõ xp̄s, Euntes in mundum uniuersum p̄dicate euangeliũ omni creature. Qui crediderit, & baptizat9 fuerit, saluus erit. Mar. ul. Nota, euntes in mundum uniuersum, predicate duas conclusiones. s. simplicem credẽtiã, ideo dicit, q crediderit, & plenã obedientiam, iõ dicit, baptizat9 fuerit &c. Qui baptisin9, cũ sit q̃dã dedicatio hoĩs ad seruitiũ xp̄i, sicut serui ad dñm, plenã obediẽtiã inclu-

dit.

dit. Baptiſmus enim non ſolum includit eſſe lauatũ, ſed eſſe ſeruũ xpi. Ideo decipiuntur multi, nõ intelligẽtes iſtã autoritatẽ, quõ iſtud uocabulũ, baptizatus fuerit, includit obediẽtiã, ut declarať Mat. ul. Eũtes docete oẽs gẽtes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpũſſctĩ, docẽtes eos ſeruare oĩa q̃cũq; mãdauit uobis. Dico tertio &c. digna pnĩa. Rõ, qa tertũ eſt ꝙ oẽs deficimus in primis duobus, uel in ſimplici credẽtia, uel diſputando quõ xps tã magnus erit in parua hoſtia &c. Rñdere debemus, ꝙ iſta & maiora deus poteſt, qui poſſet totũ mũdũ intra auellanã includere. Itẽ de obedientia, quia multi ſunt inobediẽtes. Nõ oẽs obediunt euangelio. Ro. x. Ideo prouidit nobis ſupremus medic⁹ de remedio penitentie ſalutari, quia alias quomodo poſſemus ire ad paradiſum? ergo facere debemus penitentiam, dolere de peccatis, recipere propoſitũ nõ redeũdi, cõfiteri, recipere penitentiã, & ſeruare ipſam, que eſt data a cõfeſſore. Autoritas. Quoniã impletum eſt tempus, & appropinquabit regnum dei. Penitemini, & credite euangelio. Marci. j. Nota, quoniã impletum eſt tempus. ſ. mundi. Iam ſumus in fine. Ideo auiſetis uos. Quilibet corrigat ſe dimittendo peccata, & malam ſocietatem, ut ſimus parati in die iudicij. Non ponatis cor in iſtis mundanis &c. reſtituatis, & remittatis iniurias. Et concordat apoſtolus, Hoc itaq; dico uobis fratres. Temp⁹ breue eſt. j. Corin. vij. Secunda ratio, quoniam appropinquabit regnum dei facientibus, ſupple penitentiam. Ante aduentum Chriſti licet facerent homines penitẽtiam, nõ tamen appropinquabant ad regnum celorum, ſed infernorũ. Adam eñ, qui ex peccato ſuo fecit nongentos &. xxx. annos de penitentia, tamen ad infernum deſcendit, & ſic de alijs. Tertia ratio cũ dicit, Credite euangelio, quod. ſ. precepit pnĩam. Penitentiam agite, appropinquabit enim regnum celorũ. Mat. iij. & iiij. c. Dico quarto ꝙ ſanctum euangelium uult & precipit nobis firmã perſeuerantiã in bona uita, & ſanctis operibus, quia nec ſimplex credentia, nec plena obedientia, nec digna pnĩa, placent deo ſine perſeuerãtia apud deum. Plus cõſideratur perſeuerãtia finalis, quã longitudo tẽporalis. Verbi gratia. Sint duo, quorum unus uixerit ſanctiſsime in bonis operibus centũ annis, ſed quia per unũ diẽ dimiſit ſeruitiũ dei, ante mortem damnabitur. Alter uero centum annis uixit in peccatis, & ultima die ante mortem cõuertitur ad deũ, & dolet de peccatis, & proponit abſtinere, & ſic moritur, ſaluabitur &c. quia plus deus reſpicit perſeuerãtiam finalem, quã longitudinẽ temporalẽ. Hoc uidetur nobis mirabile ꝙ ille dãnetur, & alter ſaluetur. Sed declarabo per ſimilitudinem de duobus euntibus Romã tempore indulgentie plenarie, quorũ unus uenit de lõginquo cum magnis periculis & expenſis, ſed qñ eſt iuxta portam ciuitatis Rome, reuertitur, & non intrat. Alius autẽ uenit de una leuca, & intrat, & uiſitat ſanctuaria. Quis de iſtis duobus lucratus eſt indulgentias? Nõne ille qui intrauit? qa bulla uel papa dicit ꝙ qui intrat & uiſitat ſanctuaria. Idem, nam papa Ieſus dat plenam indulgentiam omnibus uenientibus Romã. i. ad paradiſum, ſed qui antequã intrat portam mortis reuertitur retro per peccatum mortale, non lucratur indulgentias, ſed ille qui intrat continuando, ſcilicet bonam uitam uſq; ad mortem, iſte lucratur. De iſtis quatuor punctis una autoritas. Notum facio uobis euangelium quod predicaui uobis, quod & accepiſtis. ſ. ſimpliciter credendo, in quo & ſtatis. ſ. plene obediendo, ꝑ quod & ſaluamini. ſ. digne penitendo, ſi tenetis. ſ. firmiter perſeuerando, nihil fruſtra crediditis. j. Cor. xv. No. exemplum de illo qui confidens in multitudine annorum ſui ſeruitij non perſeuerauit. Ergo preparemus cor ad ſimplicem credentiam, ad plenã obedientiam, & corpus ad dignam pnĩam, & firmam perſeuerãtiã. Iuxta conſilium thematis dicentis, State in preparatione euangelij.

De eadẽ dñica. xxj. poſt. tri. Ser. vj.

Confor

Confortamini in domino, & in potentia uirtutis eius. Ephe.vj. Salutetur uirgo Maria. Pro declaratione thematis, & introductione materie predicãde, sciendũ ꝙ xp̃s loquens de persona deuota, penitente, & bonã uitã tenẽte, dicit talẽ cõparationẽ, Nõ põt ciuitas abscondi supra mõtem posita. Mat.v. Verba sunt figuratiua, sed secundũ glosas & doctores uult dicere, ꝙ ciuitates.s. persona sancta, q̃ dicitur ciuitas, quia sicut in ciuitate sunt magne platee, & palatiũ regis. Ita intra personã deuotam sunt tres magne platee.s. memoria preteritorũ, secunda intelligẽtia p̃ntiũ, tertia est uolũtas futurorũ. Platee sunt sensus corporis interiores, sensus cõis, fantasia, imaginatio, & reminiscentia. Dom⁹ regis intra quã habitat & quiescit est conscientia. Porte sunt quinq; sensus corporales. In hac ciuitate est abũdantia mercationum.s. ueritatum theologicalium, & cardinalium, meritorum, & bonorum operum. Talis persona est propria habitatio xp̃i. Iõ ecclesia in persona xp̃i & gloriosissime uirginis dicit, In ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Hierusalem potestas mea. Eccł̃i. xxiiij. Talis est posita supra mõtẽ.s. fidẽ. De quo Esa. Venite ascendamus ad montẽ dñi. Esa.ij. No. ascendamus per credentiã, obedientiã, & penitẽtiã. De tali ciuitate dicit xp̃s, Nõ põt ciuitas abscõdi supra montẽ posita, nec deo, nec hominib⁹, neq; demonibus. Nõ deo, ut clarum est, nec gentibus, quia licet uelit abscondi, tamẽ deus eã manifestat ad gloriam suam, & ad exemplum gentium, ipsis dicentibus, Non nobis dñe, non nobis &c. nec demonib⁹, quia sicut ciuitas obsidetur ab inimicis ad capiendũ, ita qñ Lucifer scit aliquam personam sanctam, & bonam, dicit, Illa ciuitas est mihi rebellis, obsidet eam in circuitu. Autoritas. Aduersarius uester diabolus tanq̃ leo rugiens circuit, querẽs quem deuoret. j. Pet. v. Sed non oportet ipsum timere, sed cõfidere de dño Iesu xp̃o, hoc dicit thema, Cõfortamini in dño &c. Loqtur apostolus p̃sonis bonis, sicut loq̃retur ciuitati obsesse auxiliũ expectãti, dicẽdo, Cõfortamini &c. Patet thema. Mõ uideamus, ciuitas ista seu castrũ obsessum in circuitu quõ põt defendi ne capiatur ab inimicis. Dico ꝙ requirũtur sex cõditiones.

Prima conditio ꝙ castrum sit bene ꝓuisum in uictualibus.

Secunda ꝙ in parte debiliori sit bene munitum.

Tertia ꝙ habebat ppl̃m audacem.

Quarta ꝙ porte castri optime claudantur.

Quinta ꝙ eius incole cũ inimicis non loquantur.

Sexta quod custodie diligenter obseruentur.

Dico primo &c.s. ꝙ in uictualibus bene &c. Ita de nobis. Quelibet bona p̃sona est ciuitas obsessa ab inimicis. Oportet ergo ꝙ habeat prouisionem de escis spiritualibus. Sp̃ualia uictualia nostra sunt illa, de quibus Christus, Non in solo pane uiuit homo, sed in &c. Mat.iiij. Orando.s. deuote, quolibet die de mane & sero, legẽdo, audiẽdo missas, & diuinis officijs interessendo, cõfitendo, & cõicando, tunc ciuitas est optime munita, non capietur propter famẽ. Autori. Inuenti sunt sermones tui, & comedit eos. Et factum est mihi uerbũ tuũ in gaudiũ, & leticiam cordis mei. Hiere.xv. Itẽ alia, Cõgregauerũt frumenta.i. ṽba diuina in ꝑparationẽ pugne. Iudith.iiij. Ergo cõfortamini. Secunda conditio est ꝙ in debiliori parte &c. Ita in ciuitate.s. in deuota p̃sona, debilior pars est caro seu sensualitas, quia intellectus & ratio fortissima & alta sunt, sed caro est debilis, sp̃us quidẽ prõptus est, caro autem infirma. Mat.xxvj. Ideo munienda est austeritatibus penitentialibus, & abstinentijs. Diceret aliquis, Hoc non fortificat carnẽ, imo debilitat. Verũ est, debilitat quantũ ad opera tẽporalia & carnalia, sed quãtũ ad pugnã sp̃ualem, sic fortificatur. Autoritas. Virtus eñ in infirmitate perficitur. Libẽter igit̃ gloriabor in infirmitatibus meis ut inha-

inhabitet in me uirtus xpi. Cũ em̃ in
mor,tũc potẽs ſum.ij. Cor.xiij.Multi
cerẽt multa pc̃tã ſi nõ eſſent infirmita-
s.Iõ libenter gloriandũ eſt. Tertia eſt
non ſint timidi,ut Iudei, alias ciuitas
pietur.Ratio, quare in bello ſpirituali
ſſum⁹ habere cordis audaciã, qa ſum⁹
ti q̃ ciuitas noſtra nõ põt capi uiolen
a.l peccãdũ, niſi conſenſus ibi fuerit.
ſi unus diabol⁹ uiolẽter poneret gla
um in manu mea, & moueret brachiũ,
interficeret aliquẽ me cõtradicẽte,nõ
et pc̃m̃.Idẽ de muliere ꝟgine cõtradi
te,& nõ cõſentiente,& ſi preter ſuum
le uiolatur, nõ pdit ꝟginitatẽ,imo tã
ã uirgo coronabitur in paradiſo.No-
de btã Lucia,quõ r̃ndit infideli tyran-
o,qui uoluit eã duci ad lupanar, dicẽs,
nq̃ inquinatur corp⁹ niſi de conſen-
mentis, ſi inuitam me feceris uiolari,
ſtitas mihi duplicabitũr ad coronam.
rgo debemus habere audaciam cordis,
e cõſentiamus pc̃tis,quia niſi cõſenſeri
us,aliter non poſſumus capi. Dicat̃ hic
exemplum de beata Margareta,ad quam
ntrauit demon in carcerẽ,in forma do-
ctoris,ad decipiendũ eã, ut conſentiret
principi, quia multa bona ei ſpoponde-
t. Dicat̃ quõ deus ſibi reuelauit q̃ erat
demon,& ipſa audacter accepit eum per
barbam.Si una puella tantam audaciã ha-
uit,quãto magis nos magni audaciã ha
ere debemus?Hoc dicit ſcriptura,Viri-
ter agite,& confortetur cor ueſtrũ,oẽs
qui ſperatis in dño.p̃s.xxx.Quarta q̃ por
e claudantur, quia ſi aduerſarij intrant,
factum eſt,& ciuitas eſt capta. Porte no-
ſtri cordis ſiue caſtra ſunt ſenſus corpo-
rales,in quibus eſt reſiſtendum,auerten-
do oculos a malis aſpectibus,& turpib⁹,
ad peccatum inclinantibus, quia per ocu
los nuncius uenit ad cor dicẽdo,quõ eſt
pulchra.Portas huius caſtri male cuſto-
diuit ille maximus miles,magnus rex Da
uid.ut patet.ij.Reg.xj. Dicatur quõ reſpi
ciendo uxorem Vrie lauantem ſe,cõcu-
piuit eam,& cecidit in peccatum luxu
riae,& homicidij &c.Dicatur etiam quo-
modo peccatum ducens ad luxuriam du
cit ſecum homicidiũ & gulã.Itẽ oportet
cuſtodire aures, & alia ſentimẽta,reſiſtẽ
do fortiter.Iõ dicit ſcriptura, Qm̃ cõfor
tauit ſeras portarũ &c.p̃s.cxlvij. Dicatur
hic de illo ſancto heremita,eunte cũ ma
tre ſua ſene, & in tranſitu riui cooperuit
ſibi manus, ne tangeret eius carnes nu-
das,licet mater eſſet antiqua. Dicũt aliq,
Et quod peccatum eſt reſpicere mulie-
rẽ?O ribalde, nunquid pc̃m̃ eſſet ſi quis
dimitteret portam caſtri apertam inimi-
cis?Ideo nolite fieri ſicut equus & mul⁹,
quibus non eſt intellectus.p̃s.xxxj. Quin
ta &c. qñ loquũt̃ cũ inimicis dicit̃,Factũ
eſt,ciuitas eſt capta, quia iam ueniunt ad
parlamenta.Ita parlamentum inimicorũ
nobiſcum fit in imaginatione, cogitãdo
certa pc̃tã.Dicatur ꝓut expediẽs erit.Ci
to capitur mulier que locutiones admit
tit lenonib⁹, ſed ſtet uiriliter,fortiter re
ſiſtendo.Si autem audierit,& dicit, Quõ
fieret ? hoc factum eſt,ipſa eſt perdita. Si
uero recipit iocalia, factum eſt. Et iõ di-
cit ſcriptura,Prophana & inaniloquia de
uita.Multum enim proficiunt ad impie-
tatem.i.peccatum,& ſermo eorum ut cã
cer ſerpit.ij.Ti.ij.Item homines qui uo-
lunt uiuere caſte,uitent locutiones mu-
lierum.Ideo beatus Dñicus docet caue-
re mulierum conſortia, quia etiam uiri-
les aĩas decipiunt, aut emolliunt, aut in
clinant.ſ.ad peccandum. Sexta eſt q̃ cu-
ſtodiãt bene,& diligenter cuſtodiantur,
& reſpiciantur,quia ſi ſecus eſſet,ab ini-
micis preuerterẽtur. Ideo neceſſaria eſt
continua cuſtodia. Cuſtodia eſt amor ad
magr̃m in ſcholis.Verbi gratia. Quando
aliquis tentatur de ſuperbia, pompa, &
uanitate &c.oculos intellectus faciat re-
ſpicere ad Chriſtum, quõ iuit, qui.xxx.
annis eandem ueſtẽ portauit.Itẽ ad Ma-
riam uirginem mulieres reſpicere de-
bent, que cũ eſſet regina reginarũ,& ma
ter dei electa, nihilominus ſuper omnes
ſe humiliauit.& dicet,O miſer,ipſe qui
eſt dominus & rex,ita iuit ſimpliciter, &
ego uolo ornari. Talis reſpectus timoro
ſus cuſtodit ciuitatem ſeu caſtrum cor-
poris tui. Item quando uenit tentatio
multi-

multiplicandi diuitias per usuram, furta, & sic de alijs pctis, debem⁹ respicere xpm. Autoritas. Si non in timore dei tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua. Eccle.xxvij.

Dñica.xxij.post Trinitatem. Serm.j.

Omne debitum dimisi tibi, quia rogasti me. Mat.xviij. In sancto euangelio hodierno declarantur nobis tria multum necessaria ad sciendum.

Primo pietas diuinalis copiosa.

Scd'o crudelitas humanalis uitiosa.

Tertio equitas diuinalis rigorosa.

Primũ oñditur in principio euãgelij. Secũdũ in medio. Tertiũ in fine. Et de primo. s. pietate diuinali copiosa illis qui faciunt pñiam, dicit thema, Oẽ debitum dimisi. Et oñditur in prima parte euãgelij, ubi xps dicit, Simile est regnũ celorũ &c. usq;, debitum dimisi. Xps uolens oñdere suam pietatem copiosam, loquens de se dixit talem similitudinem. Sic est &c. Nota, iussit eum uenũdari, quia defraudauerat eũ, & uxorem eius, qa pdiderat ei de suis uanitatibus, & filios suos, qa prouidit filijs & filiabus, qa ut eis dimitteret magnã hereditatẽ, defraudauerat dñm. Procidens autem seruus ille dixit, Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Hic habemus exẽplum, q licet simus magni pctõres, non desperemus, sed debemus facere pñiam, petere ueniam, ut iste dispensator qui fecerat iuramentum bñ dispensandi bona dñi, & fregit illud. Scd'o fecerat multas pompas & uanitates. Tertio fuit sñia data contra eũ, ut secundũ demeritũ tractaret, seru⁹ tñ humiliauit se, petens ueniã, & rex dimisit sibi oĩe debitum. O quanta mĩa. Ita nos ut iste dispensator sumus infideles xpo, quia iuramentum fidei factum in baptismo fregimus, nõ seruando suã uoluntatem, leges, & precepta, sed quilibet uult uiuere secundũ suam ppriam uoluntatẽ. Valde pauci sunt, qui in negocijs suis respiciũt si est secundũ deũ, sed ut possint lucrari, deũ non aduertunt, & parum lucratur qui pdit aĩam suã. Ecce infidelitas nra, ut illius dispẽsatoris. Itẽ destruimus bona dñi, & male dispensamus, qm bona tpalia, que uos diuites habetis, & spũalia, ut bñficia, sacramẽta ecclastica, totum dispensatur in uanitatibus. Propt hec sñia mortis est iã data per dñm nrm dicẽtem, Aĩa que peccauerit ipa morietur. Eze.xviij. Remediũ ergo qd' habemus est humiliari ad pedes regis xpi. Primo humiliando cor p contritionem. Scd'o os p humilem confessionem. Tertio corpus p punitionẽ, secũdum seruando pñiam aliquam, dicẽdo, Dñe patientiam habe in me, & oĩa reddam tibi, qa decetero uolo corrigere uitam meã. Et quid facit xps? Omne debitum dimisi &c. Ecce quomodo ostenditur hic pietas diuinalis. Autoritas. Si dixero impio, morte morieris, & egerit pñiam a peccato suo, feceritq; iudicium & iustitiã &c. pignus restituerit ille impius, rapinamq; reddiderit, in mandatis uite ambulauerit, nec fecerit quicq̃ iniustum, uita uiuet, & nõ morietur. Oĩa peccata eius que peccauit non imputabunt ei. Ezec.xxxiij. Videtur ergo nobis an habemus domum, & piũ dñm? Magna erit culpa dãnatorũ, cum tã bonũ forũ habeamus hic de pietate, & mĩa dei. In ista parte prima euangelij apparet manifeste q diuites & prelati non sunt dñi bonorũ tpalium, seu spiritualium, sed dispensatores tñ. Rõ, qa secundũ euangeliũ hodiernũ quilibet habet reddere rationẽ & computum, ergo &c. Caueant ergo diuites, ne dicãt se esse dños, sed dispensatores. Sicut em unus magnus rex habet multos dispensatores, ut dispensent bona, primo illis de domo dando necessitatem. Ita de xpo. Totus mundus est regnum suũ, & in qualibet uilla & ciuitate, &c. facit tres thesauros, scilicet diuites, quia nullus est diues nisi ordinatione dei, & dat bona & diuitias ut seruiãt sibi, & eorum necessitatibus, & non seruiant aduersario xpi. s. demoni, aľs puniuntur a domino deo. Itẽ ecclastici, ut papa, cardinales, & epi, & alij curati, dispẽsatores

tores spũales sunt.s.dignitatũ, benefi- torũ, & sacramentorũ. Thesaurus ma- or est papa, sibi dedit claues, creditis ꝙ pa sit dñs bñficiorũ? nõ, sed dispensa- t. lõ apl̃s loquẽs de se, & de alijs, dicit, c nos existimet hõ ut ministros xpi, & ispensatores ministeriorum dei. prima Cor.iiij. Et sequit̃, Hic iam querit̃ in- r dispensatores ministerioꝝ, uel eccle siasticos, uel laicos, ut fidelis quis inue- niat. O qualis honor erit illi qui dicitur fidelis, & qui dispensat bona scd'm dei ordinationẽ, al̃s infidelis est. Alia practi- a. Deus dedit regulã & ordinationẽ di- spensatoribus bonoꝝ tpaliũ di. Nõ fene eris fratri tuo ad usurã, pecuniã, nec ruges, nec quãlibet aliã rem. Deu.xxiij. Hic patet stultitia multoꝝ, q dicũt, Nũ id de meis pecunijs possum facere ad bitũ, ludere &c. Et si dispensator regis esset infidelis, si cõtra ordinationẽ regis dispensaret, dicens, De pecunijs regis possum facere &c. Ignorantia huius ue- ritatis facit dãnare multos usurarios, q si reprehendunt̃ dicunt, Nunquid pos sum mutuare decẽ pro duodecim? Nun quid possum facere cũ bonis meis quic- quid uoluero &c. Cũ ista rõne uadũt ad aeternũ, quia dñi est terra &c. Secundo ministrare sacramẽta absq; simonia. Sa- cramentum magis necessariũ est sacr̃m pñie. Dicat̃ quõ iniungũt missas ꝓ pnĩa, ut sibi &c. Idẽ de sepulturis. Dicat̃ quõ res spiritualis debet fieri primo libere, & post pñt petere iuxta consuetudinem patris. Ecce quare dicit, Gratis accepi- stis, gratis date. Mat.x. Et qui hoc facit, tenet cõsiliũ beati Petri dicẽtis, Pascite qui in uobis est gregẽ dei, ꝓuidẽtes nõ coacte, sed spõtanee secundũ deũ, neq; turpis lucri grã, sed uolũtarie, neque ut dominantes in clericis, sed forma facti gregis ex aĩo, & cũ apparuerit princeps pastorũ, percipietis immarcessibilẽ glĩe coronã. j.Pet v. Dico scd'o ꝙ ostẽditur crudelitas hũanalis uitiosa, cũ dicit euã- gelium, Egressus autẽ seruus ille inuenit unum de conseruis suis &c. usq;, donec redderet uniuersum debitũ. Magnã cru delitatẽ fecit secũdum pietatẽ quã ipse a dño suo acceperat, maxime cogitãdo debitũ qd' sibi dimiserat, & debitũ qd' ipe exquirebat a cõseruo suo, cũ parũ ab eo receperat. Ita de nobis. Deꝰ parcit no bis magna pc̃tã q̃ fecimus cõtra eum, & nos nolumus remittere paruas iniurias ꝓximis. Sed diceres, Quare deus debi- tũ qd' remittit nobis ponit in numero denario, & cuilibet unitati additur. M. & sunt decẽ. M. Dico ꝙ totum debitum quod deo debemus est in numero de- nario, quia nullũ est pc̃m̃ mortale quin sit contra decẽ precepta legis implicite uel explicite, per se uel reductiue. Mille est numerus signans perfectionẽ, q̃ addi tur ad innuendũ grauitatẽ peccati mor- talis, ꝓ quo est facienda penitentia per- fecta. Primũ mãdatum est, Non habebis deos alienos. Si uis saluari non recurras ad diuinos, sed ad deũ. Iustum mandatũ est. Si autẽ quis facit oppositũ, peccat cõ tra primũ. Ideo qui facit oppositũ, ille debet mille. Dicatur quõ recurrentes ad diuinos faciunt magnã iniuriã xpo, qui qñ debuit ascendere ad celos, dimisit re mediũ pro sceleribus, quia iam fecerat mandatũ de talibus di. In nomine meo super egros manus imponent, & bene habebũt &c. Mar.ul. Ideo Dauid, Si obli ti sumus nomen dei nostri, & si expandi mus manus nostras ad deum alienum, nonne deus requiret ista? ps.xliij. Secun do, non assumes nomen dei &c. s. false iurando, talis debet duo milia. Tertiũ, Memento ut diẽ sabbati sanctifices &c. s. abstinendo a negocijs temporalibus, audiendo missam &c. Quartum, Hono- ra parentes corde, ore, & opere eis sub- ueniendo, qui facit oppositum, debet quatuor. Quintũ, Non occides. s. inimi- cos per uindictã, nec ꝑ odiũ, sed mediã- te iustitia. Oĩs q odit fratrẽ suũ, homici- da est &c. j.Io.vj. Prĩo occidit seipsum, ac si biberet uenenũ, qa odiũ uenenũ est occidẽs aĩam, & est maiꝰ pc̃m̃ odisse se q̃ aliũ. Itẽ occidit ꝓximũ, si nõ facto, tñ uolũtate. Sextum, Non mechaberis. Vir & uxor seruantes modum, non faciũt lu

xuriam, que sit pc̃tm̃ mortale, sed aliter qui facit oppositũ, signanter de adulterio frangẽdo sibi fidẽ mutuo ꝓmissam, proditor est uir, & proditrix est mulier. Creditis ꝙ uiri possint cũ alijs peccare, & nõ uxores? Scd'm iura adequalia iudicantur in mundo, sed apud deum magis peccat qui frangit fidẽ uxori, cũ fortior sit ad resistendũ, secũdũ Augustinũ, in libro de adulterinis coniugijs. Septimũ, Nõ furtũ facies, qa deus & ius diuinum puniunt fures, sicut uidetis, licet hic puniant pena, tñ quã alibi habebũt, si nõ penituerint, pene huius mũdi incõparabilis est. Iõ quilibet sit contentus, quia non placet dño. Dicat cõtra illos, qui furant fructus, dicentes nõ esse peccatũ. Rõ. Si nõ fuisset pc̃tm̃, nõ oportuisset xp̃m incarnari, nec nasci, nec pati. Octauũ, Nõ falsum testimonium dices &c. nec in iudicio, nec in tua locutione. Sunt aliqui qui eorũ linguis nutriũt discordias portando uerba de uno ad aliũ. Prouer. iiij. Remoue a te os prauum, & detrahẽtia labia sint procul a te. Nonum, Non concupisces coniugem ꝓximi alterius. Decimum, Non concupisces bona ꝓximi tui &c. Qui facit cõtra decem precepta, debet deo decẽ milia. Sed si uolum' humiliari in corde p cõtritionẽ, in ore p confessionẽ, & in corpe p pñialem punitionẽ, sñia reuocabit, & debitũ remittet nobis ex cõpassiõe istius maxĩe mĩe dei. Patet humana crudelitas, nolens remittere iniurias, qa sicut nos nihil sumus cõparãdo nr̃am paruitatem ad dei maiestatem. Ita iniurie que fiunt homini, q̃tumcũq; magne, nihil sunt respectu aliarũ que fiunt deo. Dico tertio ꝙ õditur equitas dei rigorosa. i. iustitia quã faciet illis qui nolunt parcere, cũ dicitur, Vidẽtes aũt serui. usq; in finem. Conserui secũdũ glosam sunt angeli, qui deferũt gesta hoĩm. Angeli sc̃tĩ diligenter considerant facta nr̃a. Dauid, Angelis suis de' mãdauit de te &c. Bona aũt opera referunt ꝓ nobis intercedẽdo. Qñ orabas cũ lachrymis, & sepeliebas mortuos, & dimittebas prãdium tuũ, ergo orõnes tuas obtuli dño &c. Thob. xij. Mala etiã opa nũciantur contra nos accusando. In cogitatione tua ne regi detrahas, & in secreto cubiculi tui ne maledixeris diuiti, quia & aues celi portabunt uocem tuã, & qui habent pennas, annunciabũt sñiam. Eccli. x. Sed communiter dicit, Cõtristati sunt ualde ꝓpter &c. Esa. xxxiij. Ecce uidentes, supple peccata, angeli pacis amare flebunt. Ecõtrario de bonis opibus. Dico uobis ꝙ gaudium erit angelis dei in celo super uno peccatore pñiam agẽte. Lu. xv. Ergo iuxta dictum Ber. Nullus in conspectu angelorũ audeat facere, quod pñte homine non auderet facere, magis autẽ bonis operibus letificemus. Omne debitum &c.

De eadẽ dñica xxij. post Tri. Serm. ij.

OBlatus est ei unus qui debebat decem. Mat. xviij. Subtiliter & speculatiue uolentem loqui siue ptractare ista uerba, oportet duo puncta declarare.

Primum pro introductione.

Scd'm pro prosecutione.

In primo declarabitur quis est iste unus qui est oblatus.

Secundo declarabit que sunt ista decem que debet.

Pro quo sciẽdũ ꝙ de oĩbus gñationibus, pp̃lis, & linguis, solũ est unus pp̃ls, qui pñtatur deo. s. xp̃ianus. Pp̃ls em̃ Iudeorum, & Agarenorũ, & aliorũ infidelium, non pñtatur deo. Rõ clara & manifesta est ista. Certũ est omni creature hñti rõnem, ꝙ gł'ia celestis nulli pp̃lo debet per cõditionẽ naturalẽ, licet sint filij regis, nulli debetur ex cõditione naturali nisi soli deo, hominibus ex conditione naturali debetur terra. Geñ. ij. Formauit de' hoĩem de limo terre &c. Iõ Dauid, Celũ celi dño, terram &c. Si ergo ex cõditione naturali gł'ia non debet nisi soli deo, quomodo ergo põt haberi? Dico, ꝙ ex sola dei ꝓmissione, quia si deus ꝓmisit eam alicui, cum nõ possit mentiri, nec fallere, si promisit dat. Modo uideamus cui promisit eam, nõ Iudeis, qa non põt

õndi

ndi in tota lege Moysi, ꝙ deus eis promisit gl'iam padisi, sed solis xp̄ianis ꝓmisit deus gl'iam suā. Declaretur p similitudinē de rege, unicam dilectam filiā habē, & tres seruos cōductos. Vni ꝓmittit optimam ꝓuisionē, alteri .xij. aureos, & tres pecunias, tertio ꝓmisit filiā cum regno, si bñ seruiret sibi. Mō cui istorum debetur filia, & quis poterit eam petere? nō primus, nec scd's, sed tertius ex promissione, licet non sit dignus eam habere. Ita est in ꝓposito. Iste rex nobilis est, de quo Io. Ipe est rex regum, & dn̄s. Apoca. xix. Filia pulchra quam habet gloria celestis, ita est pulchra ꝙ si a nobis posset uideri, nollemus cōedere nec bibere, & cōduxit tres seruos .i. tres pplos. Primum Iudaicū. Istum conduxit in exitu de Egypto in mōte Synai. Moyses fuit corridor & notarius. Cui pplo pmisit de⁹ bonā prouisionē. Ecce quid dicit instrumentum, Si in preceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, dabo uobis pluuias tpibus suis. Leuiti. xxvj. & sequitur, Et terra gignet germen suum, & pomis arbores replebunt. Ergo qn̄ Iudeus moritur, licet seruauerit legē de puncto ad punctum, & uixerit sanctissime, non pōt petere gl'iam paradisi, qa rn̄deret deus, O ꝓditor, tu petis filiā meā, & nunqd solui ꝙ ꝓmisi tibi? in inferno ꝓijcitur. Secūdus ppl's est Agarenorū. Dicamus ꝙ si unus Agaren⁹ uixerit hic scīssime &c. Videamus pactū qd fecit deus cum eis. Dicatur quō descēdit ab Abraā per Ismahelē filiū eius, io dicitur Ismahelite. Per Agar ancillā, io dicunt Agareni. Iudei ṽo descēdunt ab Abraā p Sarā, iō debent dici Saraceni. Ismaheli p'ri Ismahelitarum promisit deus dicens Abrae, Super Ismael quoq; exaudiui te. Ecce bn̄dicā ei, & augebo, & multiplicabo eum ualde. Duodecim duces gn̄abit, & faciam illū crescere in gentem magnam. Gen̄. xvij. Ista promissio est iam completa. Gen̄. xxv. ubi nominātur duodecim duces illi. Cum ergo Agarenus moritur, & uult petere gloriam, ridetur ut Iudeo. Mō uideamus qd promisit deus pplo xp̄iano, nō bona tpalia, licet det, imo dicit ꝙ despiciam⁹, & uult ꝙ habeamus hic labores &c. sed si bene seruimus sibi, ꝓmittit nobis dare filiam cū regno suo. Quatuor notarij .s. quatuor euangeliste sunt, qui fecerunt de ista promissiōe instr'm. Testes sunt .xij. ap'li & lxxij. discip'li. Ecce clausulam instr'i, Qui fecerit uoluntatē patris mei qui in celis est, ipe intrabit in regnū celorum. Mat. vij. Qn̄ xp̄ian⁹, qui uixit secūdū uoluntatē dei, in pn̄ti uita morit', dicit xp̄s, Quid uis? Rn̄det, Dn̄e ego seruiui uobis, uellē solidatā. Respiciatis instr'm qd mihi ꝓmisistis, tūc xp̄s dat sibi gl'iam suam. Ecce quare dico, ꝙ nullus potest h're gl'iam paradisi, nisi ppl's xp̄ianus, qa istū elegit deus, ut daret sibi filiā suam cū regnō. Autoritas. Vnū uocaui eū. s. ad pactum ꝓmissiōis filie, & bn̄dixi ei, & multiplicaui eum. Esa. lj. Qn̄ infideles moriuntur, statim descendūt ad infernum, & pn̄tātur Lucifero. Sed qn̄ moritur bon⁹ xp̄ian⁹, ab āgelis offertur deo. Hoc uidit Daniel. Et ecce cū nubibus celi quasi filius hoīs ueniebat, & usq; ad antiquū dierum pueniet, & in cōspectu eius obtulerunt eū, & dedit eis ptātem, & honorē, & regnū. Dan̄. vij. De isto dicit the. Oblatus est ei unus .s. ppl's xp̄ianus, qui debebat ei decē. Pro scd'o. Videamus que sūt ista decem. In tribus gradibus possum declarare que sunt ista decem. Dico primo &c. s. opa n're redēptionis, que xp̄s fecit, que debemus memoriter recordari. Nā ex sn̄ia diffinitiua oīs eramus sn̄iati ad furcam inferni. Sed uenit xp̄s in sua benedicta incarnatione, p'ri di. Compatior ꝙ tot suspendātur in furca inferni. P'r, suspendar ego solus in ligno crucis, ne aliquis mihi credens & obediens suspēdatur in furca inferni. Istud opus debet semper esse in mente xp̄iani, dicendo, Domine, intiū teneor uobis, qa de furca īferni me liberastis. Rō, si aliq̄ ciuitas uel cōmunitas cōmisisset crimē lese maiestatis contra regē, & rex dedisset sn̄iam ꝙ oēs hoīes & mulieres suspendant', & unus miles diceret regi, Dn̄e compatior

tior, quia tanti suspēdanť, suspendar ego solus, & ipsi euadāt. Nūqd illud bňficiū esset in memoria istius cōitatis? Isto modo xp̄s miles filius regis eterni liberauit cōitatē huius mundi. Iō tale opus debet esse ī memoria hoīm. Autoritas. Recordare paupertatis, & trāsgressionis mee, absinthij, & fellis. Rñdet xp̄ian⁹, Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea. Thre. iij. No. Recordare paupertatis, qa nudus in cruce fui positus. Secundo trāsgressiōis doloris. s. qñ claui p manus & pedes &c. Ecce quo mō sunt deuote memorāda opa nr̄a redēptionis, & sunt decē q̄ figurata fuerūt ī quodā magno miraculo regis Ezechie infirmi. Egrotauit eñ Ezechias usq; ad mortē. Et ītroiuit ad eū Esaias ꝓpheta, fili⁹ Amos ꝓphete, dicēs ei, Hec dicit dñs. Dispone domui tue, qa morieris tu, & nō uiues. Et cōuertit Ezechias faciē suā ad parietem, & orauit ad dñm, & dixit, Obsecro dñe, memēto q̄so quō ambulauerim coram te ī ueritate, & in corde ꝑfecto &c. Esa. xxxviij. narreť. Dicit textus, Reuersus est sol decē lineis ꝑ gradus quos descēderat scriptura Ezechie regis Iuda cū egrotasset, & cōualuisset de infirmitate sua. Ego dixi, in dimidio dierū meorum uadā ad portas inferi. Quesiui residuum annorū meorū, dixi, nō uidebo dominū deū in terra uiuentiū &c. Istud miraculū ostēdit ꝓpositū. Infirmus erat ppl̄s xp̄ianus, cui diciť, dispone domui tue, quia morieris. Sed sol, de quo dicitur uirgini Marie, Ex te ortus est sol iustitie xp̄s de⁹ nr̄, qui erat eternitate altus, sed in signū ꝙ daret sanitatē. s. infirmo, reuersus est decē lineis, qñ in decē operibus se humiliauit. Primo in incarnatione, qa uoluit uterū intrare unius puelle quatuordecim annorū. Ac si rex dimisso palatio iret ad adiuuandū rusticos laborātes in eorū habitu. Sic deus de loco altissimo diuinitatis, descendit ad infima humanitatis, creator fecit se creaturā, immortalis mortalē &c. Memorare homo dei bonitatē, quā tibi ostendit. Secundo in natiuitate, quia nō in palatio seu camera uoluit nasci, sed in porticu, & fuit positus in medio duorū aīalium ut calefieret. Tertio in circuncisione octaua die uoluit circūcidi in signum passionis. O quanta hūilitas. Quarto in fuga Egypti tanq̄ exul septē annis, cū aliter potuisset euadere Herodis irā. Quinto in sua paupertate. In cōuersatione nunq̄ aliqs fuit ita pauper sicut xp̄s in hoc mūdo. Sexto in laboriosa p̄dicatione. Vultis intelligere hoc, acsi rex ore ꝓprio & personaľr iret p̄conizādo suas ordinatiōes, ut maior fides adhibeať. O dñe quare nō mittis p̄cones, angelos, uel hoīes &c. Septimo in eucharistie traditione. Magnā humilitatē faceret rex, si stabularijs daret de epulis in mensa sua. Plus facit Iesus xp̄s, dās nobis corpus & sanguinē suum. Octauo in passione, quia uoluit capi, ligari, flagellari, & spinis acutissimis ī suo sc̄tissimo capite cōpungi, & coronari. Nono in descensu ad inferos, & aīa uni⁹ pueri statim euolat ad paradisum &c. Decimo in quotidiana iustificatione descēdens ad lauandū cōsciās nr̄as. Quāta humilitas, acsi rex mūdaret latrinas. Turpior est cōsciā pc̄tōrū, q̄ xp̄s lauat. Ap̄ls, Qui cū sit splēdor gl̄ie, & figura substantie pr̄is, portāsq; oīa, uerbo uirtutis sue purgationē pc̄tōrū faciens. ad Heb. j. Ecce quō sol reuersus est decē lineis in signū sanitatis infirmi. Ista sunt ualde memoranda. Recordare, quia recepisti bona. s. ista decē. Lu. xvj. Ob huius rei memoriā posuit deus in nobis decem pedicas, in pedib⁹ quibus sustētamur. Ita spiritualiter sustētamur in duobus pedib⁹ xp̄i. s. diuinitatis & humanitatis, decem pedicas. i. decē opa ista habētibus. Quā speciosi pedes euāgelizantiū pacē, euangelizantiū bona. Sed non oēs obediunt euāgelio. ad Ro. x. Nota, Quā speciosi sunt pedes, & nunqd sunt immūdi, & lutosi pedes porci? Sed dicunť speciosi, qa p̄dicāt istā pulchritudinē. s. decē opera passionis xp̄i. Ideo dicit the. Oblatus est ei &c. Dico scd̄o ꝙ ista debem⁹ nō solū memorare, sed & obseruare perfecte. s. decē precepta dei. Quia si seruus cupit lucrari

lucrari

lucrari solidatã a dño, oportet ipsum ser
uare precepta sua, al's non placebit dño.
Apps xpianus est seruus xpi. In baptis-
mo fit conductio. In baptismo enim ho-
mo qui baptizat, recipit unũ characterẽ
indelebilẽ, qui est signũ q hõ efficit xpi
seruus, nisi qs illũ characterẽ uel grãm a
xpo assumptã custodierit, seruus xpi di-
ci nõ meret. Solidata sibi pmissa, si be-
uilla seu castrũ dei, qđ ipse lucratus est in cãpo, in die ueneris sctã. Et tangit ad portam, ut sibi aperiatur, qñ predicator dicit, Tali die.s. in paschate debetis cõicare, quia surrexit dñs tali die. O dicunt aliq, Non est camera, nec lectus paratus ut sibi cõpetit &c. Sed negligenter tales faciũt, & peccãt, quia ipe est cõtentus intrare aliqbus pparamentis psuppositis.s. cõtritiõis, cõfessionis, satisfactionis, & corporalis afflictionis. Sed uere dñe nõ intrabis, dicũt aliq, effectualr, & pmittũt intrare bestias.s. gallinas, pauones &c. ipso pñte. Cognoscitis quale pctm̃ est nolle cõicare, & dicũt, Dñe non sum di. &c. Verbũ est sanctum, sed false uel inepte allegatum. Dignitate em̃ eqparãtie nullus est dignus, nec ista requiritur ad cõicãdũ, sed dignitas q̃ reqritur, quã ipe uult, & pcipit, est cõteri de pctis, & cõfiteri, satisfacere, & remittere &c. Alij dicũt, Dñe bene ueneritis, intrate dñe. Sed post & deinde ponũt eũ in loco porcorũ. Illi.s. qui quotidie celebrãt, uel sepe male parati cõicant, luxuriosi, simoniaci &c. in eorũ dãnationẽ. Remediũ est ergo pare se bñ & cõicare. Iõ Moyses dicebat, Date magnificentiã deo nostro, dei pfecta sunt opa. Deu. xxxij. Nota, dei pfecta sunt opa. Vos scitis qũo a principio diabolus uoluit destruere opa dei, & hominẽ ad imaginẽ dei factũ pcipitauit, & iustitia originali priuauit fructus uetiti comestione. Sed ecce qualẽ magnificentiã fecit dñs. Nã sicut diabolus illi⁹ fructus comestione pcurauit totũ malũ humane nature, ita deus comestione illius fruct⁹, de quo dicit ṽgini Marie, Bñdict⁹ fruct⁹, pcurauit totũ bonũ humane nature. Iõ di. scriptura, Dei pfecta sunt opa. Et sequit, Et oẽs uie ei⁹ iudicia. Quia q nolũt cõicare, habebũt iudiciũ dãnationis, & nũquã ueniẽt in paradisum. Amẽ amen dico uobis, nisi mã. car. fi. ho. & bi. ei⁹ san. nõ habe. ui. in uo. Io. vj. Qui autẽ cõicãt male parati, habebũt iudiciũ essendi ppetuo cũ porcis inferni, quẽadmodũ ipsi miserũt ipm cũ porcis pctorꝝ. Qui em̃ mãducat, & bibit indigne, iudiciũ.s. dãnationis sibi mã. & bi. j. Cor. xj. Qui aũt bñ parati cõicãt, habebũt iudiciũ saluatiõis in uitã eternam. Qui mã. meã car. & bi. meũ san. habet uitam eter. Io. vj. Ecce dei magnificẽtia. Iõ Dđ, Cõfessio.s. q̃ debet pcedere cõicationẽ, & magnificẽtia opus ei⁹, & iustitia eius manet in seculũ in hoc mũdo, & in seculũ seculi in alio. Extollẽs uocẽ quedã &c. Quartũ est sacrm pnĩe uel cõfessiõis, cũ dicit, Vox dñi cõfringentis cedros. Vox est forma absolutionis, Ego absoluo te &c. Cedri sunt arbores altissime, q̃ crescũt & stãt circa mare, q̃ signãt psonas supbas, q̃ sunt alti cordis, q poti⁹ uolũt uiuere secũdũ eorũ uolũtatẽ, & eorũ inclinationes, q̃ secũdum dei mãdata & ordinationẽ. De⁹ pcepit ut simus humiles, & ipsi sunt supbi, elati, psumptuosi, uani, põposi &c. De⁹ pcepit q simᵘ misericordes, & ipsi sunt crudeles. Ipsi em̃ sunt auari, usurarij, fures. Idẽ de castitate, & de alijs. Sed isti cedri in sacro pnĩe cõfringũtur, & eorũ corda rũpũtur, qñ suspirãdo dicũt, Pr peccaui in hoc, fui supb⁹ &c. Et tũc pctã cõminuunt. Sed hoc ipedit aliquoties p cõfessores, q capite discoopto uolũt audire cõfessionẽ. Tales cõfessores primo claudũt os confitentis, qui ex uerecũdia, quãdo cogitat, iste respicit me, nõ dicit oĩa peccata. Iõ capite cooperto debent audire cõfessiones, qa oculi nõ audiũt cõfessiones, sed aures, animãdo cõfitẽtes, dicẽdo, Fili dicatis oĩa pctã, quia null⁹ audit, nec uidet nos, nisi de⁹. Qui licet sciat oĩa, tñ ordinauit q suis magistris rõnabilib⁹, & ministris, & pcuratoribus reddatis cõputũ de factis &c. Secũdo, qa cõfessor accipiet occasionẽ peccãdi. Qñ em̃ audit mulierem iuuenẽ, pulchrã, quã respicit, qd cogitabit? O qũo est alba &c. Iõ coopiatur caput, ut pctõr liberius cõfiteat pctã sua. Ecce quare dicit, Vox dñi confringẽtis cedros. Et statim subdit, Et confringet dñs cedros Libani. Libanus est mõs qdã altissimus in terra pmissionis, ferẽs cedros altissimas, & signat psonas in altitudine dignitatis, dñij, seu prelationis positas.

Que

Que si sint pctõres, & male uite, dicuntur cedri Libani. De istis etiam dicit, Et cõfringet dñs cedros Libani.s.dñij temporalis, seu platiõis, papalis, seu epalis &c. qñ ad pedes simplicis confessoris flectunt genua, cõfitentes pctã sua. Quibus dicit cõfessor, Nõ absoluã uos nisi corrigatis uitã uestrã, uel emẽdaueritis talem iniustitiam, & hmõi. Et si tales conterun tur, & penitent, tunc confringunt cedri Libani. Et cõminuet eos tanquã uitulum Libani. In monte Libani nutriebantur uituli, quorũ caro erat ualde sapida, iõ diuidebãtur per partes minutim, ut oẽs possent hre. Ita in cõfessiõe cõminuuntur cedri Libani in diuersas ptes. Primo i corde p cõtritionẽ, & dei subiectionẽ. Scdo in ore, petẽdo ueniã si iniuriasti. s. patrẽ, uel matrẽ, uxorẽ, seu fratrem, & ecõuerso. Tertio in toto corpe p pnialẽ afflictionẽ. Quarto in bursa p satisfactionẽ. Ecce quare dicit, Et cõminuet eos tã quã uitulũ Libani. Et sic ille q cõfitetur fit dilectus deo, queadmodũ filius Vnicorniũ, qd' inter aĩalia alia plus diligit filiũ. Ita deus diligit eũ q bene confitetur. Quintũ sacr̃m est matrimonij, cũ dicitur, Vox dñi intercidẽtis flãmam ignis. Quotquot sumus in hoc mũdo, nati sumus de utero matris cũ una brasa, Gallicũ est, & signat titionẽ ignis, seu flãmã, qa scĩs doctoribus uocatur igniculus, seu concupiscibilitas, uel fomes pcĩ, ita nascimur, & adeo est fortis, q nõ põt ex tingui aqua baptismi, licet aqua baptismi extinguat ignẽ inferni & purgatorij in baptizato, qa si moreretur statim post baptismũ, nõ cõbureretur. Et tñ aqua baptismi nõ extinguit illũ igniculũ, seu fomitẽ, uel flammã. Sed ista flãma nõ flammescit, quousq; homo est adultus, quia tũc diabolus sufflat ibi brasam, dãdo tentatiões carnales. Et tũc qñ hõ cõcupiscit mulierẽ, uel ecõuerso, brasa flãmescit. In signũ illi⁹ maxille efficiuntur rubee, qa habitus eius prunas ardere facit. Iob.xlj. Omnes quotquot fuerũt, dẽpta brã ꝟgine Maria, & xpo, habuerũt, & quotquot sumus, habemus illũ fomitẽ, & cõcupiscibilitatẽ. Nec obstat q sumus baptizati, qa aqua baptismi licet remoueat culpã, remanet tamẽ pena. s. fomes, seu igniculus ille, & flãmescit in cõcupiscẽdo, & ardet, & cõburit in actu illo. Sed qd facit sacramẽtũ matrimonij? Dicendũ, licet nõ extinguat ignẽ carnalis concupiscẽtie in homine seu muliere, tñ flamma intercidit, quia nõ flamescit nisi inter uirũ & uxorẽ, quia uir nõ debet curare de alia muliere, nec uxor de alio uiro. Illi qui nõ sunt de matrimonio, licet habeãt brasam illã, & fomitẽ, tamẽ debẽt extinguere illã flãmã, non concupiscẽdo, nec curando de illo actu, ac si nihil esset. Iõ p sone sancte & deuote cũ aqua extinguũt illam brasam comedẽdo frequẽter panem & aquã, dimittendo carnes & uinũ, & multas delectationes, q̃ inflãmãt brasam illã, & sic flãma licet non extinguatur, tamen per penitentiã mitigatur. Ista est ratio quare persone scte faciũt penitẽtiã, & cauent oportunitatẽ, uitãt collo quia mulierũ, quia statim brasa flãmescit flãte diabolo, & cõburit quicquid in domo est cõscientie, & pdit homo oĩa merita q̃ unquã cõgregauit. Ignis est usque ad cõsummationẽ deuorãs, & oĩa eradicãs genimina. Iob.xxxj. Cauete ergo ab hac flamma. Btũs Ioãnes Baptista nõ bibebat uinũ, sed aquã, nec cõedebat panẽ, sed locustas siccatas ad solẽ, & ita macer erat, q nõ habebat nisi pellẽ & ossa, tamẽ ex toto nõ potuit extinguere brasam siue istũ igniculũ, tamẽ nõ flãmescebat in eo. No. de. b. Hiero. & de illo scõ heremita antiquo, q ut curaretur iuit ad ciuitatẽ, & sic dũ curabatur in corpore, infirmabat in aĩa, qa nõ bene cauebat ab opportunitate mulierũ, intãtũ q grauidabat duas puellas, que sibi seruiebãt ex deuotione, ppter famam sue sanctitatis. Qui aũt custodit se, põt dicere, Liberasti me a pressura flamme, que circundedit me, & in medio ignis nõ sum estuatus. Eccli.lj. Sextum sacr̃m est sacramẽtũ ordinum, cũ dicitur, Vox dñi concutientis desertũ. s. in collatione ordinũ tũc eradicantur arbores mũdiales deserti, in quo sunt

sunt multe bestie, leones per superbiam, uulpes per auariciam &c. Item desertum a gratia dei in multis, desertum a diuina consolatione, desertum a fructibus spiritualibus, hoc desertum concutitur in collatione ordinum. Sicut enim totum nemus concutitur, quando scinduntur uel eradicantur arbores, ita in collatione ordinum scindunt̃ & eradicãtur arbores a nemore laicorum, ut in iardino xp̃i.s. eccl̃ie transplantent̃. Tũc totũ nemus debet resonare per examẽ de uita, scĩa, & hmõi, ut sint apti ad fructificãdũ. Itẽ alia concussio maior in nemore seu deserto hui⁹ mũdi, qa qñ sumũt ordĩes, sunt.iiij.tpa, & oẽs xp̃iani tenent̃ ieiunare, ut boni ordinent̃, qa totũ bonum uel malũ est a clericis. Dicit Chry. Scitis ꝙ totũ bonum arboris est a radice. Ita uita hoĩm est quasi arbor, cui⁹ radix est stat⁹ clericorũ, iõ totũ bonũ uel malũ populi est a radice clericorum. Propter hoc, qñ transplantant̃, ppl̃s ieiunat. Iõ dicit̃, Vox dñi cõcu.&c.& subdit̃, Et commouebit dñs desertũ Cades. Nota Cades, ĩterpretat̃ sancta, & significat ecclesiã sanctã, de qua dicit apl̃s, Xp̃s dilexit eccl̃iam, & seipsum tradidit ꝓ ea, ut illã sanctificaret, mũdans eam lauacro aque in uerbo uite, ut exhiberet sibi gloriosam ecclesiã, nõ hñtẽ maculã, aut rugam, aut aliquid hmõi, sed ut sit sancta & immaculata. Ephe.v. Et cõmouebit dñs desertũ Cades.i. populũ xp̃ianũ ecclesie sancte, qa nõ cõmouet̃ desertũ Iudeorũ, sed desertũ Cades.i. ecclesie sc̃tẽ. Septimũ sacr̃m est sacr̃m extreme unctionis, qđ in dicta autoritate tangit̃ cum dicit̃, Vox dñi preparãtis ceruos.s. in sacro extreme unctionis, qđ dat̃ in fine uite qñ aliqs debet mori morte.s. naturali. Secus de illis qui al̃r moriunt̃ sñati, uel al̃s, quia licet alia sacr̃a possint eis dari, non tñ debet eis dari istud. Hoc sacr̃m habet duas mirabiles uirtutes seu effect⁹. Primã ponit.s. Tho.in.iiij.ꝙ sanitas corporalis sit utilis aĩe, sine dubio ex hmõi sacr̃i sumptione curabit̃ infallibiliter. Hoc extrahit.s. Tho. ab illo tex. Ia.v. Infirmat̃ quis ex uobis, inducat presbyteros ecclesie, & orent sup eũ, unguentes eũ oleo in noĩe dñi, & orõ fidei saluabit infirmũ, & alleuiabit eũ dñs. Vox dñi est forma huius sacr̃i, q̃ dicit̃ a sacerdote qñ ungit, di. Per istã sanctam unctionẽ, & suã pijssimam mĩam indulgeat tibi de⁹ quicq̃d peccasti per uisum &c. & similẽ formã dicit unguẽdo singulorũ sensuũ instr̃a, ꝑ que peccauit, ut patet &c. Secũd⁹ effect⁹ seu uirtus est maior. Aliqñ ex obliuiõe sunt multa peccata mortalia dimissa in confessione, q̃ tales nõ confitent̃, qui tñ sũt in proposito cõfitendi ea si recordarentur, & tales in statu gratie sunt, sed restat pena ĩ purgatorio, & etiã de pc̃tis uenialibus restat pena in purgatorio. Sed hoc sc̃m̃ sacr̃m de mortalibus oblitis, & de uenialibus nõ oblitis purificat aĩam ab illorũ culpis & penis, ita ut recte uadant ad paradisum sine aliqua pena. De mortalib⁹ oblitis Ia.v. Et si in pc̃tis sit, remittent̃ ei. Ecce quare dicit, Vox dñi preparantis ceruos.i. sp̃m, ad saltandũ usq; ad paradisum. Iõ Dauid in sp̃ũ ꝓphetie di. in ps̃, Diligã te dñe, Qui perfecit pedes meos tanq̃ ceruorũ &c. Iõ qñ ĩfirmi cõicant, debent petere istud sacr̃m, qa post qñ appropinquãt morti, perdũt ṽbũ, & nõ possunt ipsum petere, & perdunt magnũ bonũ. Ideo dicit, Vox dñi prepa. ceruos. Et sequit̃ statim, Et reuelabit cõdensa.i. secreta glorie, & in tẽplo ei⁹ oẽs dicent gloriã. Sed multi clerici ex auaricia seu simonia impediunt hoc sacr̃m. Dicit unus, Linteamina in quibus ungit̃ debent esse mea. Alius dicit, Tot sacerdotes sunt necessarij, & habetis dare tantũ cuilibet.&c. Dicat̃ quõ sacramenta sunt libere ministranda. Extollens uocem quedam mulier.

De eadem dominica Sermo.v.

NOlite esse prudentes apud uosmetipsos. Ro.xij. Pro cuius declaratiõe oportet primo declarare quid est prudentia, cũ dicit prudentes. Secundo oportet declarare quid est hoc dictum, apud uosmetipsos.

ipsos. Pro quo sciendum ꝙ tres sunt uirtutes intellectuales. s. scientia, prudētia, & sapientia. Sciētia est cognitio que habetur de creaturis. Prudentia est cognitio intellectualis de actibus humanis. Sapientia uero est cognitio speculatiua, q̄ habetur de diuinis cum sapore deuotiōis. Licet aliquoties cōiter loquendo sapientia, & scia, & prudētia sumant̄ ꝑ eadē uirtute, qa qui habet sapientiā. i. agnitionē dei cum sapore deuotionis, statim saltat in prudentiā. s. ordinādo actus suos erga deū & proximū. i. uirtuosa prudentia, qa mulier diligens. i. sapiētia, corona est uiro. Prouer. xij. Itē scientia pōt dici prudētia, qa ille qui habet scientiam de creaturis, dicitur sciens. Et qñ uidet ꝙ creature irrationales gubernant se iuxta dei ordinationē, & in nullo faciunt cōtra, statim dicit, O qūo ego, qui sum rationalis, deberem me gubernare secundū dei ordinationē &c. & sic sciētia efficitur prudētia. Auto. Scientia sanctorū prudentia. s. est. puer. ix. Patet ergo ꝙ pro eodem sumuntur coīter, licet stricte loquēdo differant, & sic non sumunt̄ pro eodē. Cōiter pro eodē capiunt̄ in themate cum dicit, Nolite esse prudentes. i. sapientes & sciētes. Scd'o debet declarari hoc quod dicit, uosmetipsos, cū deus precipiat ꝙ simus sapientes. Pro quo sciendū ꝙ sciētia est duplex. Vna que est corā nobis, alia que est supra nos. Corā nobis est scīa, que intellectu & ingenio humano est inuenta, cuiusmodi est scientia septē artium liberaliū. Supra nos est sciētia, que non intellectu humano, sed a deo est reuelata, ut est scientia noui & ueteris testamenti. Cum ergo dicit the. Nolite esse prudentes apud uosmetipsos. s. tm̄ uel nimiū de scīa, que est corā uobis, sed uelitis hr̄e sciam que est supra uos. s. illam quā deus reuelauit. Rō, qa scīa, arte, & ingenio, seu intellectu hūano inuenta, modica est. Sed scīa a deo reuelata, est alta & magna. Et hoc potestis uidere per quādam sil̄tudinem, quam tangit Augu. de rustico seu pastore, intrante palatium & dicente, Illa est camera regis, & illa regine, & illa filiorū, & ille fenestre &c. sed ipse nō intrat cameram regis, nec uidet regem, nec scit quid facit, sed hoc sciunt cubicularij, cōsiliarij, & barones, qui intrant cameram &c. Iō isti iudicantur sapientes, & non pastor seu rusticus. Iste mundus est palatium dei, qd' ip̄e fabricauit & creauit. O Isrl' q̄ magna est domus dei &c. Baruch. iij. Hoc palatium intrauerunt philosophi Pythagoras, & Anaxagoras, Plato, Arist. &c. & nihil sciuerunt, nisi ꝙ in illa camera. s. in celo est prima intelligentia cū suis consiliarijs. s. angelis, disputabant de fenestris. s. luna, sole, stellis, de motibus orbium, de aīabus &c. Sed ipi nō uiderūt regem deū, sed secretarij dei. s. scti patriarche, ꝑphete, apl'i, & doctores scti, isti habuerunt sciam ex diuina reuelatione, scientes quō deus regit & gubernat mundū. Patet differētia inter antiquos philosophos, & sctōs apostolos &c. quibus dixit sic, Iā non dicam uos seruos, ut philosophi fuert, qa seruꝰ nescit qd faciat dn̄s eius. Vos aūt dixi amicos, qa omnia quecūq; audiui a patre meo nota feci uobis. Io. xv. Nolite ergo esse prudētes scia que est corā uobis apud uosmetipsos. s. tm̄. s. de scia philosophorū. Et cōcordat sapiēs dicēs, Ne sis sapiēs apud temetipm. Prouer. iij. qa cades in errorē apud theologiā. Scīa enim philosophorū nō debet recipi in dn̄am diuīe scie, uel uxorē, sed in ancillā uel captiuā. Et bonus theologus pōt sibi sumere ī obsequiū philosophiā, sed nō nimis cū ea stare debet. De illis q stāt & se dant philosophie nimiū, dicit scriptura, Ve q sapiētes estis in ocl'is ur̄is. Esa. v. Propter hoc dicit the. Nolite eē &c. Si dicat̄, Ergo frater quā sapiam debemꝰ hr̄e, & studere? Rn̄deo & dico ꝙ in pn̄ti sermone ego uolo uobis ōndere septē artes liberales, quas magr̄ nr̄ xp̄s ordinauit. Sicut eīm philosophi in sua scia hn̄t septē artes liberales, ad quas studēdū requirūt̄ multi āni, ita ego mō de schola xp̄i ōndā suas septem artes liberales, que sunt apud uosmetipsos, quia scilicet supra nos. Prima scia Philosophorum est Grāmatica,

que docet loqui cõgrue.s.ut substantiuũ & adiectiuũ,nomẽ & ꝟbũ,relatiuũ & anñ cedẽs cõueniãt.Ita in Grãmatica xpi sub stãtiuũ est deꝰ cũcta sustinens. Adiectiua aũt que in eo supposita͏̃t, seu sustẽta͏̃t, sunt oĩa opera bona,siue mala penalia,q̃ omnia a deo sunt,sed mala culpe nõ sunt a deo,pctm̃ eñ nõ est a deo,nec deus cau sa pcti est,sed qcquid entitatis est in pec cato,est a deo. Vnde dicit btũs Tho.j.ij. ꝙ deus nõ est cã pcti, sed bene actus qui est in pctõ,deus causa est,quia actus pcti est quid positiuũ,& est ens.Modo omne ens deriua͏̃t,& causa͏̃t a primo ente,ut pa tet.ij.Metaphysice,nõ tñ ut dixi.Deꝰ pec cati siue mali culpe causa est, qa quo ad suũ formale,mala culpe non sunt entia, nec quid positiuũ,sed quid priuatiuũ,de formitas eñ que est formale peccati, siue mali culpe,est quedã priuatio.Nr̃a au tẽ opera deo sunt attribuẽda,qa ipse facit oĩa,& sic substantiãtur in deo. Et ista est bona cõgruitas attribuere deo illa q̃ fiunt,& nõ creaturis, qa incõgruũ esset. ꝟbi gr̃a,de pluuia, si attribuitur deo, tũc est bona Grãmatica,sed si creaturis,tunc est incõgruitas,qa nature & constellatio nes solũ sunt instrumẽta.Bonitas lr̃e nõ attribui͏̃t calamo,sed notario. Ita pluuia, uel siccitas,abundantia, uel sterilitas, fames,uel mortalitas,nõ instrumentis,sed deo attribuenda sunt,quia instrumẽta ni hil pñt,nisi q̃tum deus uult & permittit. Ideo sancti patres antiquitꝰ oĩa attribuebãt deo.Dixit Isaac Iacob filio suo, Quo mõ,inquit, tã cito inuenire potuisti fili mi? Geñ.xxvij. Rñdit, Voluntas dei fuit &c.Itẽ qñ Esau quesiuit a Iacob, Quid sibi uolũt isti,& si ad te ptineãt? Geñ. xxxiij.Rñdit Iacob,Paruuli sunt quos donauit mihi deus seruo tuo.Ecce qua͏̃r attri buebãt deo nostro adiectiua, in quo oĩa substãtiantur.Idẽ de malis.Si habetis infirmitatẽ,dolorẽ,& aduersitatem,si perditis bona,uel filios,non dicatis, Hoc fecit mihi talis &c.sed deo attribuãtur oĩa. Ita fecit Iob,q perdidit &c. Nota breuiter historiã,usque, Sit nomẽ dñi benedictum.Iob.j.Ista est optima Grãmatica, & congrua in schola xpi,quãdo substantiuum & adiectiuũ cõueniũt.De ista Grãmatica est regula de doctrina xpi,quam repetebat apl̃s ut baccalarius,Ex ipo originaliter, & per ipsum formaliter,& in ipso sunt oĩa.s.substãtialiter.ad Ro.xj.Secundo debẽt cõuenire nomẽ & uerbum in Grãmatica xpi.Nomen est fama,quãdo persona ex aliquo est insignis, & famosa,digna noĩe,sed pauce sunt. Habes pauca noĩa in Sardis. Apo.iij.id est, paucas notabiles personas dignas noĩari. Iõ sapiẽs,Curã habe de bono noĩe.Eccł.xlj. Verbũ est sermo tuꝰ. Tunc nomẽ & ꝟbũ concordant,quãdo tu non diffamas,nec mordes publicũ pctm̃,nec secretũ perso ne noĩate,sed cũ reuerẽtia & honore loqui uis de eis.Regula di. Autori.Omnis sermo malus ex ore uestro nõ procedat, sed si quis bonꝰ ad edificationẽ fidei, ut det gr̃am audiẽtibus.Eph.iiij.Tertio,Relatiuum & antecedẽs debẽt cõuenire in Grãmatica xpi.Relatiuũ est ꝟbũ uestrũ, antecedẽs est negociũ de quo loquimini.Et conueniunt,qñ homo dicit ꝟitatẽ de illo facto uel negocio, quia ab eo ꝙ res est,uel nõ est,oratio uera uel falsa di ci͏̃t.Omne mendaciũ est cõtra Grãmaticã xpi,quia res extra nõ cõueniunt.Ideo dica͏̃t ueritas,sicut res extra se habet.Regula dicit. Autori.Deponẽtes mẽdaciũ, loquimini ꝟitatem unusquisq; cũ proximo suo,quia si sumus inuicẽ membra.ad Ephe.iiij.Ecce Grãmatica xpi cõsistit in tribus regulis.s.attribuere deo oĩa adiectiua,nisi pctã. Secunda non diffamare aliquem. Tertia facere bonam relationẽ de re. Secunda scientia philosophorum est Logica,que docet diffinire, disputare,& rationes facere per sillogismos,uel consequentias,uel enthimemata,uel inductiones.Hanc inuenerunt philosophi ad disputandum .s. hõ cum homine, sed non cum diabolo. Sed Logica xpi docet modũ disputandi cõtra diabolũ. Diabolus magnus sophista facit multa argumẽta contra illud quod debemus credere, uel contra illa que debemus facere, uel cõtra ea que debemus spare.Primo ergo

diabo-

diabolus tentando de fide arguit, uolens inducere illũ quem tẽtat ad impossibile. Verbi gratia. Quãdo tẽtat de trinitate dicens, Quõ est possibile ꝙ unus deus sit, tres persone? quia quot sunt supposita, tot sunt essentie. Ad hoc argumentũ non possemus respondere p Logicã philosophorũ, sed per Logicã xpi.i. per unã regulam, quam xps, qui non potest mentiri, dixit di. Tres sunt qui testimonium &c.j. Ioã.v. Itẽ arguit de incarnatione xpi di. Quõ potes tu credere ꝙ deus inclusit se in utero unius puelle, & ꝙ recepit humanitatẽ, quia finiti ad infinitũ nulla est proportio? Rñdet per Logicã xpi di. Ei aũt q potẽs est deus oĩa facere supabundanter quã petim⁹ aut intelligim⁹ &c. ad Ephe. iij. Fundare se oportet in potẽtia dei, & tunc diabolus non põt replicare. Itẽ contra hostiã cõsecratã di. Quõ in tam parua hostia est totus xps, tã magnus hõ, qa loc⁹ & locatũ debẽt proportionari? Item qñ frãgitur hostia, quõ nõ frãgit̃ xps? Responde per rĩam de potẽtia dei, qa potẽs est deus &c. ubi. s. Et istã regulam allegauit Gabriel uirgini Marie querẽti, Quõ fiet istud &c. Nõ est ĩpossibile apud deũ omne ṽbũ &c. Lu.j. Si cũ Logica philosophi uelletis rñdere, diabolus cõcluderet uos. Itẽ qñ arguit contra uirginitatẽ Marie dicẽs, Quõ est possibile. Et responde per dictã regulã, Potens est &c. Et da exẽplũ de radio solis, trãseunte per fenestrã uitreã. Secundo arguit diabol⁹ cõtra ea que debem⁹ facere. Quilibet debet facere pñiam de pc̃tis, ne hõ dãnet̃. Et qñ hõ uult facere aliquã penitẽtiã, uel afflictionẽ, diabolus loquens imaginationi arguit di. Miser tu interficies te, deus non uult ꝙ interficias te, sed caue a pc̃tis, quia deus est misericors, qui nõ uult mortem pc̃tõris &c. Ezechi. xviij. Rñde per regulã Christi dicẽtis, Nisi pñiam egeritis omnes simul peribitis. Lu. xiij. Fundare se oportet in dei uolũtate, quia si aliter uelles rñdere, habet infinitas replicas. Ideo Eua peccauit, quãdo diabol⁹ disputauit cũ ea, dicens, Cur precepit uobis deus, ut nõ comederitis ex omni ligno paradisi? Ecce prima questio Geñ. iij. debuit respõdere, fundãdo se ĩ uolũtate dei, Quia ipse uoluit, & ita sibi placuit. Sed ipsa respondit aliter, di. Ne forte moriamur. Et diabolus replicauit, Nequaquã moriemini, sed eritis sicut dij, sciẽtes bonum & malũ, & cõclusit, quare accepit &c. Tertio arguit diabolus cõtra illa que debemus sperare di. Quomodo tu poteris celum ascendere, quia celum celi domino, terram autem dedit filijs hominum? Responde quod per gratiam & misericordiã ascendimus, quia dicit, Penitẽtiã agite, appropinquabit eñ regnũ celorum. Matth. iiij. Tertia scientia est Rhetorica, que docet prudenter per rationes allegare ad obtinendũ qđ petitur. Ita Rhetorica xpi docet prudẽter allegare, & petere ꝓprie coronã a xpo in oratione, in qua multi errãt male allegãdo, Dñe faciatis uos mihi hanc gratiam quam peto, quia ego ieiuno, & ego facio ecclesias, & do eleemosynas pauperib⁹, & do eis hospitium, & sic de alijs amore uestri. Hoc nihil ualet, imo prouocatur ira dei. Ideo Rhetorica xpi docet proprie allegare, dicens, Dñe uos fecistis mihi tot gratias, s. in creatione ad imaginem & similitudinem uestram. Similiter in natiuitate, quia inter Christianos. Item quia baptizatus &c. Ideo domine compleatis & faciatis mihi hanc gratiam. Ecce ista est bona Rhetorica, allegãdo ex parte dei, & nõ tua. Ideo caueatis ne accidat uobis ut pharisëo. Luc. xviij. qui semper allegabat ex parte sua, dicens, Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum &c. Et quia male allegabat, fuit a deo reprobatus. Nota hic etiã exẽplum de illo fratre, de quo in uitis patrũ, qui petijt gratiam a deo, allegando ex parte sua, quia dimisit mundum, & seruabat religionem &c. Et umbra ipsum ꝑcussit. Dupliciter debetis allegare. Primo ex parte dei, suas excellentias allegando, uel ex parte uestra diuina beneficia recepta recitãdo, & dicendo, Vos domine fecistis mihi tantam gratiã &c. Ideo dñe faciatis mihi istam grãm. Apłs, In

In omni oratione & obsecratiõe cũ gratiarũ actiõe pe.ue.innotescāt apud deũ. Phi.iiij.Nota differẽtiā inter obsecrationẽ,& orationẽ,& gratiarũ actionẽ,& petitionẽ.Oratio est eleuatio mẽtis ĩ deũ, sicut qñ dicitur Pater noster &c. Obsecratio est,qñ dicitur per natiuitatẽ tuā, uel per passionẽ tuā &c. Gratiarũ actio est,qñ hõ recitat gratias a deo receptas, dicens,Dñe tot grās mihi fecistis &c.ad quā seqtur petitio.Ideo dñe faciatis mihi etiā istā grām &c. Quarta sciẽtia philosophorũ est Musica,q̃ ostẽdit cõcordātiā cātus.Ita etiā Musica xp̄i docet uocũ cõcordātiā in penitentibus.In penitẽtia enim sunt tres uoces.s.tenor,pcussio pectoris,quinta.s.suspiria & gemitus, octaua,dicendo,Dñe mīa &c. Ista cõsonātia uocũ multũ placet deo,di.penitẽti, Sume tibi citharā,circui ciuitatẽ meretrix obliuioni tradita.Bene cane,frequẽta cāticũ,ut memoria sit tui.Esa.xxiij.Et loqtur aīe peccatrici. Ibi incipit cõstructio. O meretrix obliuioni tradita sume citharā &c.Meretrix est aīa peccatrix.Rõ, quia sicut uxor regis filia rustici, quā duxit in uxorẽ,si dimisso rege uiro recederet cum aliquo ribaldo ad lupanar, diceretur meretrix.Sic etiam aīa peccatoris, q̃ regẽ xp̄m spõsauit in baptismo,qñ peccat & recedit a xp̄o, & uadit cũ ribaldis inferni,dicitur meretrix obliuioni tradita,quia uidetur q̃ deus non curet,eo q̃ nõ statim deus punit,sed eā expectat ad pn̄iam,Remediũ qd habet est ut redeat ad regẽ.Iõ dicit,Sume citharam, que est pn̄ia.Rõ, quia cithara est lignũ aridũ & uacuũ,alr̃s nõ faceret sonum.Ita persona penitẽs est arida per abstinẽtiā,& uacua, quia sine p̄sumptione de dei misericordia,& nimis stulte cõfidẽdo. Cithara penitẽtie habet octo chordas,faciẽtes acutũ sonũ.Prima est peccatorũ cognitio,& emẽdādi p̄positũ,& sic de alijs.Circui ciuitatẽ.s.illā,de qua Dauid, Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei.Que circuiri debet p uicos & plateas.s.ad deũ & ad sanctos recurrẽdo.Primo corā palatio trinitatis dicẽdo,Dñe opus uestrũ sum, ideo dñe parcatis mihi. Ecce una cantilena. Deinde corā uirgine Maria,dicẽdo illud,Nec abhorre peccatores, sine qbus nunquā fores, tāto digna filio. Deinde ad plateas patriarcharũ,& p̄phetarũ &c. Bñ cane,frẽquẽta cāticũ.Ista Musica placet deo,iõ dicit, Que habitas in hortis, amici auscultāt,fac me audire uocẽ tuā. Cantic.viij.Horti dicũtur ecclesie. Amici sancti,q auscultāt queadmodũ de nocte hõ auscultat cātus. Quinta sciẽtia est Arithmetica,q̃ docet nũerare.Ita Arithmetica xp̄i debet numerare pc̄tā in confessione,in qbus peccauit hõ cõtra dei p̄cepta,cõtra opa mīe,in sensibus corporis.Multi nesciũt numerare pc̄tā p̄pria in cõfessione,sed si cõfessor qrit de uicino,uel uicina,nõ solum numerabũtur pc̄tā mortalia,sed etiam uenialia.Ista est Arithmetica diaboli,iõ mõ uolo uobis ostendere,quõ numerabũt pc̄tā sua confitẽtes,& penitentes. Et sicut est triplex cõfessio,ita est etiā triplex numeratio. Prima est cõfessio specialis,& est ista cõfessio sacramentalis,q̃ specialis dicit,qa oportet dicere pc̄tā specifice. Verbi grā. Superbia est quoddā genus pc̄ti,nõ sufficit dicere,ego fui superbus, sed oportet descẽdere ad speciẽ. Superbia habet multas species, que sunt despicere patrẽ,uel matrẽ,uel platũ,uel dñm, maiorẽ,uel minorẽ,uel equalẽ,uel despicere sc̄tõs,uel deũ.Itẽ aliqñ supbia cõsistit in corde.Et qñq; erũpit adextra,ut patet in põpa,& uanitatibus,qbus nõnũquā p̄ximi scandalizantur. Itẽ auaricia est aliud genus,& non sufficit dicere, ego fui auarus,sed oportet dicere,ego feci simoniā isto mõ,uel usurā,uel rapinā,uel furtum secretũ,uel deceptiões,emẽdo uel uẽdẽdo,uel calũniā,ut iudices,oportet species dicere.Itẽ de luxuria oportet specifice dicere,& specificare dicendo,si fuit fornicatio,uel adulteriũ,raptus,incestus, uel sacrilegiũ,uel cõtra naturā,sed non oportet dicere indiuiduũ.s.noīare p̄sonas,sed oportet dicere specifice,ut dicit gl.sup illo ṽbo Dd,Per singulas noctes. i.per singula pc̄tā mortalia. Scd'a confessio

fessio est gñalis, ut illa que fit ĩ introitu misse, uel in accusatiõe quã faciũt religiosi in capitulis de culpis, ibi sufficit nũerare pctã in genere. Tertia est generalissima. s. illa que fit deo dicendo, Ego sum peccator. Et est bona, quia obtinet qñq; gratiã. No. histo. Lu. xviij. de publicano di. Deus ꝓpitius esto mihi pctõri, & nullum pctm̃ nominabat, nec in gñe, nec in specie, & tñ descẽdit iustificatus ĩ domũ suã. Nota, hic auisentur cõfitentes ne faciãt cõfessionẽ illius Italici, qui dicebat se solũ habere tria pctã paruissima. s. usuram, luxuriã, & nõ credo in deum. Male numerabat pctã. Melius numerabat peccata Manasses rex Iuda, dicens, Peccaui sup numerum arene maris. s. uenialiter. Pctã eñ uenialia innumerabilia sunt, ut arena maris, & multiplicate sũt iniquitates mee, scilicet peccata mortalia, que sunt numerabilia. ij. Para. ulti. Sexta sciẽtia est Geometria de mẽsuris. Et Geometria xp̃i docet bene mensurare uitam ꝓpriã, bona temporalia, & seruitiũ quod debemus facere deo. Si ista bñ mensuramus, patebit qđ totum est parum, & quasi nihil. Primo uita nr̃a est parua & modica, que quasi nihil est, qa ꝙ preteritũ est nihil est, quod futurũ est nondum est. Vita nostra in puncto consistit, qa de tempore non habemus nisi presens nunc, dicit Philosophus. Ideo Iacobus, qui optime sciebat uitã mensurare, dicebat, Que est uita uestra? uapor ad modicũ parens, & deinceps exterminabitur. Iaco. iij. Cũ ergo uita tam sit modica, humiliari merito debemus. Secundo debemus mensurare bona tẽporalia, honores, officia, dignitates, uel prelationes. Videtur nobis esse magnum bonum, esse regẽ uel papam &c. Dico ꝙ nullum bonum est, si nõ bene mensuretur. Quod bonum est facere se fideiussorem sub pena mortis ꝓ alio, hoc bonum est esse papam uel regem, esse obligatum deo dare rationem de oĩbus sibi subditis, sub pena dannationis eterne, nisi det bonam rationem. Ecce quod bonum est dare deo rationem de tot aĩabus, cum de sua ꝓpria habeant satis facere, ut uix rationẽ reddere possint. Itẽ uidetur uobis, ꝙ habere multas diuitias sit magnum bonũ, sed male mẽsuratis, quia asinus potest esse a deo auro oneratus, ꝙ nec potest ipsum secum portare, ita quilibet diues oneratus est bonis diuitiarũ ipsius mundi, qui est dominus diuitiarum. Si uultis scire quis diuitiarum est dñs, uos an mundus. Nota similitudinem de cane, qui in biuio dimisso, alio sequitur dñm, tunc cognoscitur cui⁹ est. Ita uos & mundus uaditis ꝑ eandẽ uiam. Sed in biuio. i. in morte, diuitie non sequuntur uos, sed mundum. Ideo onerate uos ꝟtutibus, & meritis, ista sequũtur hominem. Item uidetur uobis qđ perfecte, & pure, & transitorie, & momentanee uoluptates carnis sint magne delectationes, sed debemus mẽsurare seruitium dei. Tu religiose, clerice, uel laice quot anni sunt ꝙ seruis deo. l. uel. lx. anni magnum uobis uidetur, sed si bene mensures, inuenies ꝙ de. l. annis non seruiuistis deo pure per annum sine aliquo pctõ mortali, uel ueniali. Idẽ de mense. Idẽ de hebdomada, & de die, quia septies in die cadit iustus. Prouer. xxiiij. Ideo decipiuntur multi male mẽsurando. Ista est ratio, quare sctĩ humiliabantur, & quanto erant sanctiores, tanto erant humiliores, iuxta illud, Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram deo inuenies grãm &c. Eccli. iij. Septima scientia philosophorum est Astrologia, que ostendit de motibus celorũ, de ordinatione planetarum, & influentijs eorũ. Ista Astrologia, que legitur in schola xp̃i, qa sicut non est nisi unus sol in celo, in quo sunt tria, substantia, radius, & calor, ita non est nisi unus deus in toto mundo, qui est pater, & filius, & spiritussanctus. Aliqui uolentes contemplari trinitatem, decipiuntur, sumentes psonas in deo sicut in nobis. Ipse sol circuit mundum a principio anni usq; ad finẽ, circuit duodecim signa, & illuminat, calefacit, & facit fructificare. Ita sol iusticie xp̃s circuit duodecim articulos fidei, in Credo in deum contentos, qa aliqui

ſunt de eius diuinitate, alij ſunt de eius humanitate. Credo dicatur. Itē luna totam claritatem recipit a ſole, ita eccleſia totam claritatem habet a deo. Nota ſeptem conditiones lune, q̃ reperiuntur in eccleſia. Primo fuit noua tēpore xp̄i & apoſtolorum. Secundo fuit creſcens tempore martyrum. Tertio fuit plena tempore doctorum. Quarto fuit minuta tempore confeſſorū. Quinto fuit girata. Nam totus mundus eſt giratus, & uerſus ad uanitatem. Sexto eclypſabitur cito, ſcilicet tempore antixp̄i. Septimo in die iudicij erit perfecta in eternum, & teſtis in celo fidelis. p̄s. lxxxviij. Vel aliter, Sol eſt de quo dicit eccleſia uirgini Marie, Felix nāq; es &c. Et ſicut in ſole ſunt tria, ſcilicet ſubſtantia, radius, & calor, ita in xp̄o ſubſtātia corporis, & radius diuinitatis, & calor dilectionis. Luna eſt uirgo Maria, que fuit noua in natiuitate, creſcens in templi habitatione, plena in filij dei conceptione, minuta ſecum portans dominum in Egypti fugatione, & girata in paſsione xp̄i, eclypſata in corporis defunctione, & tandē perfecta in corporis & anime glorificatione. Sol & luna ſteterūt in habitaculo ſuo. Abac. iiij. Lucifer, qui ſolem ſequitur, fuit Ioannes Baptiſta. Heſperus ille, qui debet finem mundi publicare, fuit beatus Dominicus, & ſpecialiter ſanct⁹ Vincentius, de quo Apoc. xiiij. Vidi alterum angelum uolantem per medium celi, habentem euangelium eternum, ut euangelizaret ſedentibus ſuper terram, & ſuper omnem gentē, & tribum, & linguam, & populum, dicens magna uoce, Timete dominū, & date illi honorem, quia uenit hora iudicij eius, & adorate eum qui fecit celum & terram. Item cōtemplari debemus planetas. ſ. angelos, qui influunt mundo cuſtodiendo nos. Qui talia contēplantur, ſunt boni Aſtrologi, & poſſunt dicere cum apoſtolo, Noſtra conuerſatio in celis eſt. Vnde etiam ſaluatorem expectamus dn̄m noſtrum Ieſum xp̄m. ad Phil. iij. Ecce quare dicit thema, Nolite eſſe prudentes &c. Omni enim conamine, quo poſſumus, mundi & carnis uitemus prudentiam, q̃ potius ſtultitia q̃ prudentia eſtimanda eſt, ut ad diuinam & ueram pertingere in preſenti ualeamus prudentiam, & in futuro ſapiētie ingenite & increate claram contemplationem, quam nobis cōcedat deus trinus, & unus, nūc & in euū benedictus. Amen.

Sermones ſancti Vincentij, illuminatiſsimi, ſacre theologie profeſſoris acutiſsimi, fratris diui ordinis Predicatorū, temporis eſtiualis finiunt feliciter.

S. VINCEN
TII FERRER
Sermon
Æstivales




colorchecker CLASSIC
calibrite
mm